NOTITIA
HISTORICO-LITTERARIA
DE LIBRIS
AB ARTIS TYPOGRAPHICAE INVENTIONE
VSQVE AD ANNVM MCCCCLXXVIIII.

IMPRESSIS:

IN BIBLIOTHECA

LIBERI, AC IMPERIALIS MONASTERII
AD SS. VDALRICVM ET AFRAM AVGVSTAE
EXTANTIBVS.

ACCEDVNT VIII. TABVLAE AEREAE

SEXAGINTA PRIMORVM TYPOGRAPHORVM ALPHABETA CONTINENTES.

AVGVSTAE VINDELICORVM

SVMPTIBVS FRATRVM VEITH, BIBLIOPOLARVM.

MDCCLXXXVIII.

Reuerendiſſimo, Perilluſtri ac Ampliſſimo S. R. I. Praelato,

DOMINO, DOMINO

IOSEPHO MARIAE

in libero & imperiali *Ord. S. Benedicti* Monaſterio

Ad SS. VDALRICVM & AFRAM, *Auguſtae Vindelicorum*

Abbati vigilantiſſimo,

Sacr. Caeſar. Majeſtat. Conſiliario ac Sacellano perpetuo,

Patri ſuo obſeruandiſſimo,

DOMINO, DOMINO PERQVAM GRATIOSO

PLACIDVS BRAVN

Bibliothecae Praefectus

Vitam & Felicitatem!

Poſtquam coelo ſecundante primitias laborum meorum eo deduxeram, vt libros ab artis typographicae incunabulis ad annum vsque MCCCCLXXIX impreſſos, ac in bibliotheca noſtra extantes, publici iuris facere valerem, haud mihi quid antiquius eſſe potuit, quam vt Tibi, Praeſul Reuerendiſſime! *primam hanc meam quamcumque opellam dedicarem, conſecraremque.* Tuae *ſiquidem Prouidentiae, ac Paternae Sollicitudini tribuendum, quod armarium hoc noſtrum, ac ſcientiarum Sacrarium, paucis abhinc annis nouam induerit faciem, nec contemnendis omnigenae Eruditionis adauctam ſe gaudeat cimeliis.*

Priusquam tamen de inita a me via Tibi *rationem reddam, patere,* Praeſul Ampliſſime! *vt non nulla de vtilitate ac neceſſitate bibliothecarum monaſticarum, de litteratura* San - Vdalricana, *ac Bibliothecae noſtrae initio, incrementis, diuerſisque eiusdem fatis praefari liceat.*

Tanta eſt bibliothecarum Coenobiticarum vtilitas, vt de ea promeritis loquendo nullum inuenirem terminum; itaque generatim ſolummodo vberrimos earum fructus vtrique reipublicae, profanae ſcilicet & eccleſiaſticae, ac praeprimis monaſticae diſciplinae adlatos recenſere, propoſui.

Nihil, *inquit lumen ordinis noſtri ſplendidiſſimum magnus* MABILLONIVS, propemodum, vel valde parum de antiquitate ſiue ſacra, ſiue profana ſuperſtes haberetur, niſi bibliothecae eam ſaluam conſeruaſſent. MABILLONIO *& alii viri eruditione praeſtantiſſimi, ac in re hiſtorica verſatiſſimi, tam ab inſtituto monaſtico, quam Catholicorum ſacris alieni adſentire, haud dubitarunt.* Ioannes Petrus LVDEWIGIVS *vir praeclaris operibus hiſtoricis celebris ſcribit:* Certiſſimum eſſe, innumera vtills argumenti, librorum, & diplomatum peritura fuiſſe, niſi Monachorum, & Coenobitarum manibus, & deſcriptionibus ab interitu fuiſſent vendicata. Erneſtus Ioach. *de* WESTPHALEN *in* Praefat. ad Tom. II. Script. Germ. Monaſteria vocat numina

omnis rei litterariae, & historiae tutelaria, monumentorumque rerum tam sacrarum, quam ciuilium, cum priuatarum, tum publicarum viua conditoria.

Perlustremus collectiones illas amplissimas Scriptorum Germanicorum, quas viri illi eruditissimi: PISTORIVS, FREHERVS, MENKENIVS, GOLDASTVS, LEIBNITIVS, VRSTISIVS, HERVAGIVS, LVDEWIGIVS, MEIBOMIVS, SCHARDIVS, SOMMERSBERGIVS, OEFELIVS, WESTPHALIVS, Hieronymus PETZIVS, *& alii multo labore nobis compararunt, & solos Monachos & Monasteriorum bibliothecas maxima ex parte illos nobis conseruasse, experiemur. Vbi* Lucas *D'* ACHERIVS *veterum scriptorum Spicilegium collegit, nisi in bibliothecis, & quidem maxime Benedictinis? Vnde suam peramplam veterum Scriptorum collectionem desumsere,* Edmundus MARTENE *&* Vrsinus DVRANDVS, *nisi ex monasticis librorum armariis? Cui* LABBEVS *suam Manuscriptorum bibliothecam potissimum acceptam referre debet, nisi Monasteriis? Annon* Bernardus PETZIVS *suum Anecdotorum thesaurum ex monasticis librorum scriniis hausit? Quis alius nobis tot familiarum iam extinctarum memoriam, tot viros praeclaros, tot maiorum nostrorum gesta, tot gentium, & regionum origines, incrementa, fata, ac mores conseruarunt, nisi bibliothecae? Quis sanctorum Patrum opera, sacrorum Conciliorum dogmata, firmissimum ac inconcussum illud religionis nostrae fundamentum, ad nos vsque transmisit, quam Monachorum solertia, ac sollicitudo? Quam parum illos inuictissimos fidei Heroes, SS. Pontificum seriem, innumerabilem sanctorum Episcoporum turmam, apostolos zelo ardentissimo inflammatos, Confessorum infinitam copiam, candidamque sanctarum Virginum cateruam, nosceremus, nisi bibliothecae hunc inaestimabilem Religionis thesaurum integrum nobis seruassent? Itaque haud iniuria magnus* MABILLONIVS *dicit:* Quidquid apud antiquos eruditum, ac scitu dignum, quidquid apud Patres pium & sapientiae plenum, quidquid in conciliis sanctum, quidquid in libris sacris diuinum, quidquid in historiis firmum, solidumque est, totum id per Monachorum nostrorum manus ad haec vsque tempora peruenit.

Nostris quoque temporibus vt Monasteria assiduam bibliothecas conseruandi, nouisque libris augendi sollicitudinem gerant, respublica vtraque tam sacra quam profana iure ab illis postulat. Haec enim; profana nimirum, Monachos ciuitate donauit, amplis ac ditissimis bonis dotauit, innumeris praerogatiuis exornauit, suo praesidio eorum iura contra iniustas inuasiones defendit, eaque salua, integraque conseruat: Illa, sacra scilicet, eosdem in suum recepit sinum, priuilegiis maximis adauxit, ad sacerdotium euexit, praeclarisque honoribus cumulauit. Ad quid vero vtraque respublica tantos fauores in statum Monasticum effundere decertauit? Vt forsan Monachi iisdem in otiosa admodum quiete fruerentur? — vt, precibus solummodo, atque propriae perfectioni vacarent? His omnis retro antiquitas sese opponit.

S. BENEDICTVS *Monachorum Occidentis Patriarcha ex eremo ad montem* Casinum *ascendens, mox cum Monasterio scholas quoque, in quas pueri minoris aetatis tum ad hauriendas litterarum scientias, tum ad virtutis, sanctitatisque studium perdiscendum, reciperentur, erexit. Duo pariter,*

vt

vt MABILLONIVS P. I. C. XI. p. 42 de Stud. Monast. *testatur*, *gymnasia distincta aderant*, *quorum: vnum pro Monachis interius; alterum vero exterius pro secularibus & laicis destinabatur.*. PETRVS *Diaconus in suo libro, de* Viris Illustribus Casinensibus *edito*, *satis superque ostendit*, *litterarum studia in Monasterio* Casinensi *vsque ad XII seculum nunquam fuisse interrupta. Id etiam minime diffitetur* Henricus MEIBOMIVS, *tametsi a Romanis sacris alienus*, *in* Differt. de Orig. Helmstadii *T. III.* Rer. Germ. *p.* 227. *ibi enim de* Casinensi *Monasterio ita loquitur*: Erat is locus toti orbi Christiano notus propter scholam, quae a temporibus BENEDICTI per Occidentem Patriarchae ibi florebat docentium ac discentium frequentia longe celeberrima. Histor. Litterar. *Ord. S.* BENEDICTI p. 194.

Monachi a GREGORIO Magno *in* Angliam *missi*, *vnacum Religione Christiana*, *litterarum quoque disciplinas ibi inuexerunt. Non deerant eodem tempore in* Gallia *Academiae*, *& Collegia sat praeclara*, *quae* MABILLONIVS l. c. p. 43 *recenset*.

In Germania quoque Monachi non virtutum solum, *sed doctrinarum quoque scholas erexere. Sic S.* BONIFACIVS *fundauit Monasterium* Fuldense, *& continuo ibidem ludum aperuit litterarium. Monasteria* Augiae diuitis, *S.* GALLI, *&* Corbeiense *in* Saxonia *viros doctissimos*, *atque ac sanctissimos cum ad Religionis, tum ad Reipublicae profanae emolumentum educauere. Ex aliis quoque monasteriis viros in omni re litteraria versatissimos*, *qui sua doctrina tum Ecclesiae*, *tum Statui profano quam plurium profuere*, *fuisse progressos*, *omnis aeui historia nos docet.*

Ita omni tempore in Monasteriis Viri sunt inuenti, *qui summa vigilantia*, *quae contingebant*, *obseruabant*, *obseruata accurate litteris consignabant*, *consignata omnimodâ curâ ad seram vsque posteritatem conseruabant*: *Viri*, *qui sua doctrina eiusdem sollicite quaerebant emolumentum*, *qui in litterarum disciplinis iuuenes in scholis*, *vbique erectis*, *instruebant*, *virosque in omni eruditione praeclaros formabant. Ex Monasteriis progressi sunt Apostoli zelo ardentissimi*, *qui sale doctrinae coelestis in iisdem exhaustae vix non totum inspersere orbem*; *suo lumine densissimas fugarunt tenebras*, *ac vndique lucem clarissimam accenderunt. Monachi erant illi fortissimi fidei defensores*, *qui suae doctrinae telis hostes omni tempore insurgentes impugnarunt*, *peruersamque eorum calliditatem penitus annihilarunt*: *qui Ecclesiae*, *supremique Capitis iura ore*, *ac calamo acerrime defenderunt. Verbo*: *Monachi primis praecipue temporibus se iuxta statum suum scientiis ad vtriusque reipublicae emolumentum vacare obstrictos semper credebant. Ast parum praestitissent*, *nisi summo ac impertaeso labore omnium scientiarum libros sibi comparassent*, *instructissimasque bibliothecas adquirere studuissent.*

Eadem & nos vocatione vocati sumus: *iisdem vtriusque reipublicae bonis*, *priuilegiis*, *fauoribusque fruimur*; *eadem itaque & nos obligatione sumus obstricti*, *vt in nostris Asceteriis bibliothecae erigantur*, *erectae optimis cuiuscunque scientiae libris instruantur*, *conseruentur*, *adaugeantur*; *iisdemque cum ad nosmetipsos*, *tum ad alios quoque informandos*, *tum ad vtriusque status emolumentum promouendum idoneos nos reddendos*, *vtamur.*

Quod

Quod autem potissimum scientiarum, itaque & bibliothecarum vtilitatem commendat, ac necessitatem, est disciplinae Monasticae gloria & splendor, quem sine illis haud posse conseruari, viri tam doctrina quam pietate insignes demonstrant.

TRITHEMIVS *Abbas Spanheimensis, splendidissimum ordinis nostri seculo XV sidus* orat. 2 & 3 in Capit. *ait*: Duo in primis ordinis nostri gloriae, atque splendori incrementm dedere; sanctitas scilicet, necnon diuinarum Scripturarum intelligentia; sed haec vbi neglecta sunt, mox eumdem ad ima deduxere. *In hac pariter sententia versatur* EVAGRIVS *Monachus, cuius dogmata in* Regularum codice *collecta habentur, vbi inquit*, vnicum totius Monasticae discipli-nae propugnaculum esse ipsas scientias, quo semel sublato, extemplo in hostium suorum manus misere traditur, qui ceu latrones eam subinde depopulantur: CONVERSATIONEM MONACHI CVSTODIT SCIENTIA; QVI AVTEM AB EA DISCEDIT, INCIDIT IN LATRONES. *Florianus* TREFLERVS non aliam ob causam, *ait*, frigere, languere, euanescere religionem, vitamque Monasticam, nisi quia studia neglecta iacerent. *Magnus* MABILLONIVS P. I. C. 8. de Stud. Monast. p. 31 *adfirmat*: Vbi primum in Coenobiis studia elanguerunt, omnis quoque disciplinae regularis honestas ad nihilum redacta est, rerumque temporalium cura illico subsecuta, cum mundo & vanitatibus eius initium est stricto foedere consortium, ex quo subinde prodiit totius monasticae perfectionis desolatio. *Idem eodem loco inquit*: Qui ergo fieri possit, vt diu quis maneat in cella reclusus, vitamque solitariam penitus degat, necnon silentium seruet, absque vllo studiorum subsidio? *Religiosus enim otiosus facile laborat horrore, & otio loci, fastidit cubiculum: solitudo taedet, silentium intolerabile, & obedientiae iugum onerosum nimis videtur; &* hinc postmodum fit, *ait* TRITEMIVS Orat. 5 in Capit. vt ea plerumque a Monacho quaerantur exterius oblectamenta, quae vel ex vanis occupationibus, vel ex materialibus obiectis hauriuntur.

S. BENEDICTVS *itaque, quia* otiositatem inimicam esse animae *sciret, in sua* Regula C. 48 *vt hoc malum refringeret, ordinauit*, vt Monachi certis temporibus occupentur in labore manuum: certis iterum horis in lectione diuina. *Ad laborem ergo Monachi iuxta S.* BENEDICTI *Regulam, ne tempus otio tererent, sunt adstricti; ast cum illis moderno tempore ex vna parte haud necesse sit, foras exire, paludes exsiccare, agros extricare, loca inculta & aspera subigere, segetes metere, aut alio labore se sustentare; ex altera vero parte Ecclesiae liberalitas, piaque Principum secularium munificentia abundantes reditus ad sustentationem parasset, aliis operibus magis statui Ecclesiastico, ac Sacerdotali, ad quem euecti sunt, conuenientibus sese occupare tenentur, quae haud alia quam litterarum scientiae esse possunt.* Quid quaeso, *inquit* TRITHEMIVS *Monachos suos alloquens*, miserabilius sacerdote indocto, qui licet nullum praedicationis officium habeat, ratione tamen suscepti ordinis ad scientias obligatur scripturarum?

Scientiarum disciplinae vnicum erant remedium, quo omnes Monasteriorum Reformatores, ad disciplinam Monasticam restaurandam, vsi fuere. TRITHEMIVS *sui temporis ardentissimus Monasteriorum & disciplinae Monasticae vindex nil neruosioribus verbis, quam studia, commenda-*

re

re studuit. Congregationis Austriacae Patres, postquam morosiores ad instruendas bibliothecas inuitarunt, inquiunt : Ne coelestis ille sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus S. summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat, & vt obseruantia regularis in pristino nitore perseueret, quae iacentibus litterarum studiis sensim etiam inaduertentibus nobis deficere solet: quippe cum per scientiam fiat gressus ad disciplinam, per disciplinam ad bonitatem, per bonitatem vero ad beatitudinem: cumque otium sine litteris mors, ac viui hominis sepulchrum; ideo in seminario a Congregatione fundato quot annis ab Abbatibus fratres in studiis ali & sustentari omnino volumus.

Nullo alio medio, quam litterarum scientiis, Congregatio S. MAVRI *ad tantam creuit magnitudinem, vt a toto litterario orbe eiusdem membra sanctorum, religiosorum, doctissimorumque virorum encomium obtinuerint.*

Nostris quoque temporibus in iis solummodo Monasteriis viros pietate insignes, exactum ordinem, adcuratamque regularem adspicimus obseruantiam, in quibus bonarum artium cultura viget, & vita solitaria legendo, studendo, scribendo, componendo defluere solet. Nisi enim, *ait* MABILLONIVS, primigenius religionis feruor litterarum studiis foueatur, sensim degenerat in supinam, crassamque socordiam, qua virtus marcescit, habetatur animorum vigor, mores etiam inaduertentibus nobis defluunt, disciplina relaxatur, religio corruit, inualescunt euagationes; hinc inquietitudines, & omnis inde malorum lerna profluit.

Summa itaque aequitas, immo necessitas exigit; vt Monasteriorum Rectores primam omnium curam ad id impendant, vt librorum armaria optimis quibusque operibus instruant, quibus illiteratum otium e coenobiis propulsent, feruorem extinctum excitent, spiritum enutriant, ignorantiam, crassamque socordiam depellant, Euagationis cohibeant, disciplinam collapsam reuocent, exactum ordinem conseruent, studia promoueant, virosque ad optima quaeque vtriusque reipublicae promouenda idoneos procreent, suumque honorem, Monasteriorumque gloriam non in aedificiis splendidissimis, non in conuiuiis opimis, non in aliis rebus pretiosis, quae seculum nimis sapiunt, sed in bibliotheca optime instructa, IN VIRIS TAM PIETATE, QVAM DOCTRINA PRAECELLENTIBVS QVAERANT.

Id, PRAESVL AMPLISSIME, *omni aeuo vix non omnium Tuorum Praedecessorum praecipuam fuisse curam, historia satis nos edocet. Quamquam, heu dolor! maxima monumentorum doctissimorum pars interciderit; hoc tamen nil impedit, quo minus inter priscos Coenobii San - Vdalricani doctrina illustres viros nominare mihi liceat B.* EGINONEM, *cuius* Henricus CANISIVS Lect. Antiqq. T. III. P. II. p. 5. Edit. Basnag. *meminit:* VDALSCALCVM, *quem Cl.* VEITHIVS Bibl. August. Alphab. *I p.* 200 *& seqq. Laudat:* Henricus *de* MAYSACH, *cuius carmina* Wilhelmus WITTWER *in* Catal. MS. Abbat. *SS.* Vdal. & Afrae *posteritati seruauit* : Ioannem *a* VISCHACII. *Horum litteraria monumenta adhucdum extant: & cum ad gubernacula monasterii sederint, pro amoris, quo ipsimet in litteras ducebantur, rem quoque litterariam, & bibliothecae incrementum cordi plurimum habuisse, nemo prudens dubitarit. His adnumerari poterunt* ADILBERTVS *Prior, cuius merita in rem litterariam* VEITHIVS Alphab. IV. *p.* 70 *depraedicauit: atque* Vdalricus, *&* Conradus WELLINGI *fratres, quorum doctrinam* VOSSIVS, FABRICIVS, CAVEVS, ZIEGELBAVR, *in* Hist. litter. Ord. S. Ben. *&* FREHERVS *celebrabant.* Quan-

Quantum librorum manu exaratorum priscis temporibus bibliotheca nostra possederit, Sigismundus MEYSTERLIN *Seculi XV. Historiographus ac nostri Asceterii Monachus in* Indice Monasterii *MS. sequentibus nos docet:* Erant libri antiqui tam poetarum quam oratorum, necnon philosophorum magna copia, adeo, vt a longe pro eis mitteretur.... Testantur hoc ea quae hodie supersunt. Taceo de originalibus sanctorum Patrum Augustini, Hieronymi & aliorum, quae vtique declarant, doctissimos olim viros locum hunc inhabitasse. Habes aliquorum nomina in codice Hieronymi super Ezechielem. *Ruinam autem bibliothecae tristissimam, & haud sat deplorandam his verbis enarrat*: Post lapsum Religionis quilibet fratrum proh! faciebat sibi placita, si ad alicuius manus liber ex repositorio deueniebat, pro libitu suo alienabat, volentibus etiam mutuabantur sine cautione; vnde multa volumina alienata sunt. Denique perplures ad Conuentum fratrum Praedicatorum deuenerunt, quibus inscripserunt, quod redempti sint, cum tamen scriptura illorum etiam ordinis eorum aetatem excedat. *Id factum fuisse per* Marquardum *de* HAGLEN, *qui ordinis Praedicatorum Alumnus in Abbatiam nostram intrusus est, idem alio loco testatur.*

Ad hoc irreparabile damnum, saltem aliquo modo resarciendum, diuina Prouidentia Melchiorem STAMHAM *Benedictinum Mellicensem, qui anno* 1459 *opera* PETRI *Episcopi* Augustani *Abbas nostri Monasteri renuntiatus est, excitauit. Hic Vir, qui teste* MEYSTERLINIO scientiam sacrae scripturae habuit plurimam, *eo cogitationes conuertit suas, vt Musas ibidem depulsas reuocaret, bonarum litterarum proueheret studia, Monachorumque sibi subditorum animos scientiarum disciplinis excoleret, probe gnarus, vt* Bernardus HERTFELDER *ait*, otium maximam Asceteriis perniciem adferre. *Itaque bibliothecam restaurare ac augmentare tam ipse, quam fratres doctissimi, quibus locus ille per illa tempora abundabat, omnibus modis studuerunt.*

Vt autem finem eo facilius adsequeretur, ac (vt HERTFELDER *in* Basilica nostri Monasterii *p.* 181 *scribit)* fratres ad litteras magis animaret, & otium, Monasteriorum perniciem fugaret, artem impressoriam a Ioanne GVTENBERGIO nuper inuentam in conuentum suum introduxit. *Hac de re licet iam fuse, ac adcurate. Cl.* VEITHIVS *in sua* Diatribe de Orig. & Increm. tygopr. August. *& in* Addendis ad eamdem, *ac Cl.* ZAPFIVS *in* Hist. typogr. Aug. *egerint; attamen plura, quae Wilhelmus* WITTWER *Monachus* San - Vlricanus, *& Historiographus synchronus in* Catalogo MS. Abbatum San - Vlric. *ad eam rem magis dilucidandam scripta reliquit, non adduxerint; ideo cuncta in eodem contenta hic adponere statui.*

Cum sub temporibus praenotati Abbatis *Melchioris* ars imprimendi libros per Alemannos mira industria de partibus aliis reportata esset, & idem Abbas & Pater MELCHIOR *fratribus peritis abundaret, nec minus per se scientiam sacrae scripturae haberet plurimam*, cepit operam eidem arti dare in tantum, quod vix potuit quiescere die noctuque, & omnibus sibi dissuadentibus, vt desisteret a tali arte, indignabatur, & praecipue laicis & bonis fautoribus suis, & toti conuentui huius loci, de quibus fuit Dominus Ioannes RVCH Plebanus noster, & Wolfgangus STAMLER, quibus noluit acquiescere, sed suum propositum vellet sequi, allegans illis, quod esset *pro communitate monasterii, & totius ordinis necnon Ecclesiae, pro*

labo-

labore fratrum, ne essent otiosi, sed comparando tales libros, similiter corrigendo, rubricando, & illigando &c. occupati. Dicens etiam, quod per istam artem magnam copiam librorum in bibliotheca posset acquirere, sc. per modum Cambii. quod & factum est successo tempore.

Anno igitur domini 1472. Reverendus in Christo Pater ac Dominus felicis memoriae Abbas *Melchior*, de STAMPHAIM prosapia natus, in Monasterio sanctorum VDALRICI et AFFRAE in Augusta Rhaetiae valde meritus, ob laudem omnipotentis Dei, et vniuersalis Ecclesiae vtilitatem, necnon sui Monasterii praefati rerum temporalium adcrescentiam nisus est imprimere stanneis characteribus *Dialogum beati* GREGORII in moralibus in vulgari, qui finitus est 1473. Dein *sermones aureos Magistri Leonardi de* VTINO *de sanctis*, et finiti sunt 1474. sed compositi siue collecti per praedictum magistrum *Leonardum de* VTINO anno Domini 1446. Iussit etiam imprimi VINCENTIUM *in Naturali — Legendum in* Historali, *ut ex verbis infra adlatis patet* — in tres patres, sed antequam finiretur, obiit idem Pater et Abbas vt infra dicetur, et per successorem suum completi sunt *sermones et speculum. Etiam cetera alia opuscula iussit imprimere hic haud necesse interserenda. His ex verbis patet, non tria solum opera praememorata sed et plura alia, quae recensere necesse haud duxit, in nostra officina typis excusa fuisse.*

Pergit deinde: Sequuntur metra, quae continentur in fine tertiae partis speculi historialis VINCENTII:

Codicis insignis quin periodus quoque finis *&c*

Versus isti suo loco, quo VINCENTII *speculum describimus, reperire licet. His terminatis, sequitur;* Finitur autem liber praescriptus anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto post obitum praedicti Abbatis.

Quomodo venerabilis Abbas MELCHIOR procuravit necessaria ad praedictam artem: videlicet instrumenta. Acciuit enim ad se quemdam opificem nomine Sixtum regiae ciuitatis praelibatae scilicet Augustae Retiae cognomento SAURLOCH, conducens eumdem pro instrumentis pressoriae artis faciendis, quibus in anni curriculo completis, et decem pressulis perfectis, praefatus Dominus MELCHIOR et Abbas Monasterii SS. VDALRICI et AFFRAE exposuit pro singulis huius artis calculatis praedictas ad pressas magnam pecuniarum summulam, vtpote septingentos ac duos Renensium florenos. Propterea aliqua debita propter praefatam artem dimisit successori suo, quae tamen successor eius mox persoluit, venditis libris praedictis, saltem dimidia, aut tertia aut quarta pars librorum, quia tres partes speculi historialis Vincentii venditi sunt in principio pro XX aut XXIV. florenis. Et sic Abbas HENRICUS successor eiusdem Abbatis MELCHIORIS multo magis, et successu temporis percepit de praedictis libris, quos ei antecessor suus Dominus MELCHIOR in debitis reliquit siue pro papyro, vel pro aliis necessariis, vt dempto hoc,

quod

quod Abbas HAINRICUS et fucceffor ipfius oportebat exfpectare fortunam, et donec venderentur libri; et fic fructum de illa arte de die in diem recepit fucceffor eius Abbas Hainricus FRIESS, qui faepius dixit, fe non poffe praeeffe, feu regere locum iftum, nifi haberet quotidie iuuamen de pecunia venditorum librorum, et quod anteceffor eius hoc maximum thefaurum reliquiffet. *Hucusque* Wilhelmus WITTWER.

Aliud huius rei teftimonium, fcilicet apographum chartulae pergamenae in noftra adferuatur bibliotheca, quod vix non eadem, quae WITTWER *nobis fcripta reliquit, continet. Hoc vnicum adhuc additum inuenitur, nimirum,* Melchiorem STAMHAM *a* Ioanne SCHUESSLER *quinque prela, ac alia vtenfilia* 73 *florenis emiffe.*

His itaque teftimoniis domefticis coaeuis, ac proxime coaeuis exploratum habetur, iam primis artis typographicae annis prelum in noftro Afceterio extitiffe, pluribusque, ac infignibus operibus eidem commiffis, orbem litterarium ditaffe, et compluribus libris alibi impreffis per modum Cambii, five *commutationis, obtentis, bibliothecam noftram auctam fuiffe, quae, ut bene animadvertit cl.* VEITHIUS in ALPHAB III Bibl. Aug. p. 132. *ex illo tempore magna primacuarum editionum, praecipue in Italia excufarum, copia gloriatur.*

Typus, quo in noftro typographeo excudebatur, triplicis generis certo conftat, fcilicet gothicus *maiufculus, quem* tabulula III. N. II. et III. *et* romanus, *quem eadem* N. VI.. *exhibet.*

Ars typographica non vnicum bibliothecam reftaurandi, ac augendi medium MELCHIORI *noftro erat; fed et plura ac magnifica opera fratres fubditi vel compofuere, vel defcripfere; et fic illa tam codicibus manu exaratis, quam impreffis ad nouum fplendorem exfurgebat. Viros iftos eruditos ac indefefsos, eorumque opera multo ac ftupendo labore confcripta cl.* VEITHIUS l. cit. *fufe fatis recenfuit. Hos inter praecipue nominari merentur* Sigismundus MEVSTERLIN, IOANNES Auguftanus, Narciffus PFISTER, Paulus KAUFFRINGER, Balthafar KRAMER, Henricus *et* Ioannes *de* Carniola, Thomas GERZEN, Henricus PITTINGER, Petrus WAGNER, Wilhelmus WITTWER, Leonardus WAGNER, Iohannes GRIESHERR, Ioannes *de* GILTLINGEN, *et* Leonardus WEINLIN.

Defuncto MELCHIORE, Henricus FRIESS *ad abbatialem dignitatem anno* 1474. *evectus, quod ille incepit, fedulo profecutus eft, dum, vt idem* WITTWER *teftatur,* plurimos libros manu fua pro communitate, et bibliotheca fcripfit, multos comparuit, et illuminare ac comparare fecit, ficut videtur in pluribus in libraria pofitis.

Ab HENRICO *noftro, anno* 1482 *demortuo,* Ioannes *de* GILTLINGEN *non Abbatialem folum dignitatem, fed rem quoque litterariam promouendi Zelum haereditauit. Sub huius regimine, tefte* MAYSTERLINIO, per fratres pro poffe aliqui libri fcripti, ac comparati funt.

Nec minori feruore Conradus MOERLIN, *fuorum praedecefforum exemplo incitatus fouere, ac promovere ftudia, ftudiofos amare, et adiuuare perrexit, dum et ille bibliothecam codicibus tam impreffis, quam manu fcriptis exornare ftuduit, ita vt folum libri vsque ad annum* 1499. *typis excufi, qui potiffimum adhuc in bibliotheca extant, plusquam mille reperti fuerint.*

Eodem

Eodem ſpiritu et ceteri Abbates animati, licet temporibus tam religionis diſſidiis, quam belli furore perturbatis, clauum tenerent, et ſumtuoſa templi ſtructura occupati eſſent, bibliothecam optimis libris, de quibus editiones tam graecae, quam latinae ab ALDIS *et* STEPHANIS *adornatae, a* FROBENIO, GRYPHIO *et aliis in lucem emiſſae principem obtinent locum, augere non deſtiterunt. Maximum eidem ornamentum adferunt* Viti BILD *ſcripta praeclara, et* Clementis SENDER *Hiſtoria vniuerſalis, de qua praecipue res ſuo tempore geſtae, et religionis catholicae triſtiſſima fata continentes omnium aeſtimationem merentur. Claruit eodem tempore* Gregorius GASTEL *vir in ſtudiis aſſiduus, variarumque elucubrationum ſcriptor induſtrius, facultate ſcribendi prius, quam cupiditate laborandi fuit deſtitutus; non enim, vt ſcribit* KHAMMIUS, *niſi cum languerent effaeto in corpore vires, ſtudiorum cultum, et Prioris officium depoſuit.*

Seculi XVII initio haud exiguam de bibliotheca curam geſſit, litteratosque maxime fouit Ioannes MERK. *Huius ſub regimine floruit* Carolus STENGELIUS *vir in omni ſcientia verſatiſſimus, pluribus ſcriptis, iisque doctiſſimis clarus, ab eruditis omni tempore celebratus, cui maximam librorum partem debemus.*

Bernardus HERTFELDER Ioannis *Succeſſor, vir litterarum humaniorum, ſeueriorumque peritia celebris tam proprii ingenii monumentis, inter quae* Baſilica *SS.* VDALRICI *et* AFFRAE, Chronicon templi et Abbatum noſtrorum, *et* belli ſuecici diarium *numerantur, tum aliis inſignibus libris bibliothecam exornauit.* Bernardo *clauum tenente, dum a Suecis cum ſuis Monachis ex ſuo Monaſterio extruſus, et in Collegio S.* Saluatoris *habitare coactus erat; bibliotheca noſtra forſan a Codicibus manu exaratis plus quam trecentis, heu irreparabile damnum! orbata eſt, de quibus nihil aliud quam catalogum a* Simperto FISCHER *conſcriptum relictum habemus.*

Gregorius IOS, *qui in* Bernardi *locum ſuffectus eſt, ſtudia et ſtudioſos impenſe fouit; ne ſimplicium ſuorum* Religioſorum *probitatem, vt ait* KHAMMUIS, *doctrinae cultu nudatam exponeret ſine ſtudiorum labore, eorumque anni effluerent ſive ſcientiarum ſapore, domi ſeueriora ſtudia inſtituit, et foris alios ſcientiis altioribus imbui voluit, librisque praeclaris ſuſtentare non deſtitit.*

Praeluxit ſub GREGORIO *ſplendidiſſimum rei Chronographicae ac heraldicae ſidus* Reginbaldus MOEHNER, *qui ſua manu tam copia quam materia admirandos ſcripſit libros, ſcilicet* Annales Auguſtanos, Itinerarium, librum Epiſcoporum, Praepoſitorum, Decanorum, et Canonicorum Auguſtanorum *cum inſignibus, debitis coloribus effigiatis*, Seriem Abbatum et Praepoſitorum Monaſteriorum, librum Eruditionis omnium pene regnorum, Regum, Ducum *&c. cum armis gentilitiis,* Librum ſpecialem cum pictis inſignibus Epiſcoporum Abbatum et Academiarum, Nucleum *ſeu* Synopſin Annalium Saliani, Seriem Conſulum ſeu Duumvirorum Auguſtanorum: Librum Haſtiludiorum: Cruſii hiſtoriae Sueuicae Epitomam, *additis plurimis inſignibus.*

)( )(2 Quan-

Quantum litteras, ac litteratos fouerit Romanus DANIEL, *magno laudis encomio cl.* Aegidius RANBECK *in* Epiſtola Dedicatoria ad Calendarium, Annuale Benedictinum *his verbis depraedicabat*: Tibi ſumma curarum eſt, in Ordinem, Coenobium, litteras et litteratos ſumptus haud parca manu ferere. Vix meritiſſimos honores nuper neopraeſul capeſſiuiſti, cum quinque tuorum Anglipolim theologiae vacaturos ablegaſti, et domi vna curſum Philoſophicum per tuos inſtituiſti, inſigni ſane argumento, quantum animatus in litteras et litteratos ſis. Tu hoc Calendarium non ſine aerarii iactura inſtitutum, lubens, volens continuaſti. Impenſae magnae ſunt, quas tu in Calcographum, quas in typum hactenus feciſti. At enim noſti: *oleum non perdere, qui ungit ſuperos*: Odiſti enim, bono publico natus, qui, vt ouis gallinae, nummis incubant. *Certe haud exigui ſumptus ad calendarium illud imprimendum, ac icones quadringentas circiter aeri incidendas requirebantur.*

Wilibaldus POPP *etiam haud paucis, iisque inſignibus libris locupletauit bibliothecam, et litterarum ſcientias inter ſuos maxime promouere ſtuduit, dum alios Romam, alios Salisburgum miſit, alios denique domi optimis ſcientiarum diſciplinis excolere curauit. Quantum laudis promeruit per editionem Hierarchiae Auguſtanae, a* Corbiniano KHAMMIO *multo labore, multaque eruditione ſcriptae, magnis ſumtibus procuratam?*

Tuus Praedeceſſor, PRAESUL AMPLISSIME, Coeleſtinus MAYR, *vir doctiſſimus, qui pluribus annis in Vniverſitate Salisburgenſi Rectoris munere fungebatur, haud parum de bibliotheca meritus, dum plures, ac praeſtantes libros magno ſumptu comparauit, nouam bibliothecae inſtructionem viro illi inſigni doctrina praedito* Petro Mariae POPP *iniunxit, nouumque Catalogum conficere curauit.*

Te vero, PRAESVL AMPLISSIME, *ſtudiorum, ac litteratorum fautorem, ac primos inter bibliothecae noſtrae reſtauratores, atque augmentatores merito honoramus. Cum enim, poſtquam ante tres annos mihi bibliothecam, pretioſſimum Monaſteriorum theſaurum commiſeras, animum ad nouam eiusdem inſtructionem adieciſſem, non ſolum ſententiam meam adprobabas, ſed Ipſe illam magno feruore ſuſtentans, magnanimum cepiſti conſilium bibliothecam Tuam domeſticam tam numero, quam excellentia librorum ditiſſimam ad publicam transferendi, ex quo iſti haud parum gloriae acceſſit. Quantum non adfert ornatum collectio conciliorum a* Dominico MANSI *adornata? quantum eorumdem collectio ab* HARDUINO *facta? quantum* Lexicon Lipſienſe, *collectio veterum ſcriptorum et monumentorum ab* Edmundo MARTENE, *et* Vrſino DURANDO *edita? Quantum ſplendoris conferunt* Antonii PAGII Critica in Annales BARONII, Samuelis BASNAGII Annales Politico-Eccleſiaſtici, MABILLONII Acta ſanctorum Benedictinorum, *eiusque* liber de re Diplomatica, *Chronicon* Gottwicenſe, Marquardi HERGOTT Genealogia Habsburgo-Auſtriaca, HONTHEMII Hiſtoria Treuirenſis, BENEDICTI XIV. opera, *ſplendidiſſimum* Miſſale *Auguſtanum anno* 1555 *pergameno impreſſum cum aliis quam plurimis omnis generis ſcientiarum operibus?*

Aſ

Ast non in hoc subsistit tuus librorum armarium augendi feruor, duas alias adhuc libros adquirendi vias aperuisti, vnam per commutationem eorum, quos in duplo possidebamus, alteram, quod Nomen tuum, ac Gloriam apud gratam posteritatem perennabit, constituendo annuum censum, quibus mediis iam magnam librorum praestantissimorum copiam obtinuimus. Inter hos maxime exornant bibliothecam nostram LAMBECII Commentarii Bibliothecae Caesareae Viennensis, KOLARII Analecta Monumentorum omnis aeui Viennensium: CAVEI Historia scriptorum Ecclesiasticorum: FABRICII Bibliotheca ecclesiastica: ALCUINI opera *per Cels. Principem S.* EMMERAMI FROBENIUM *edita*: BINGHAMI origines Ecclesiasticae: *magna scriptorum germanicorum pars*: DUFRESSNE *D.* du Cange glossaria mediae et infimae latinitatis, ac graecitatis: SCHOPFLINII Alsatia illustrata: MEVRSII opera: GUDENI Codex dispolmaticus: Opus diplomaticum *a Maurianis editum, et ab* ADELUNG *germanice redditum*: WACHTERI Glossarium germanicum: Petri SABATIERI Bibliorum SS. versiones antiquae: WALTERI Lexicon Diplomaticum: ROLLIN *Historica opera vnacum continuationibus*: DANIELIS Historia francica. *Taceo alia plura, quae tam brevi Temporis spatio hisce viis ad bibliothecam nostram peruenerunt.*

Gloriosus hic pro re litteraria Zelus non Te solum animabat, sed tuorum quoque subditorum animos inflammabat, quorum quidam libros pecunia multa comparatos, eosque pretiosos admodum ad emolumentum publicum offerebant, alii aere maxima, laudabilique parsimonia parto bibliothecae subleuabant necessitates. Ita et ego hodierno tempore id laudis Tibi et fratribus nostris dicere possum, quod noster Sigismundus MEYSTERLIN *de abbate et fratribus suo tempore scripsit*: Cum Abbas ampliorem fecisset locum pro libris, tam ipse, quam fratres studuerunt eum replere iisdem, quos vel pro posse scripserunt, vel comparauerunt.

Haec interea de litteratura San-Vlricana, et bibliothecae nostrae initio, incremento, et satis dicta sufficiant. Si diutius bibliothecarii munere fungar, si viri litterati laborem meum gratum accipiant, secundae librorum ab anno 1480. *ad* 1500. *impressorum descriptionis parti, descriptionem quoque quorumdam codicum manu exaratorum, quorum septingenti circiter numerantur, et aliorum memorabilium adiungere promitto.*

Bibliotheca nouum in ordinem redacta, nouoque de libris ibidem extantibus catalogo perfecto, laborem praesentem viribus meis vix adcommodatum tandem in me suscipere, eodemque rem litterariam magis illustrare statui, tot virorum eruditorum bibliothecam nostram continuo visitantium hortatu animatus, praecipue SERENISSIMI WITTENBERGIAE DUCIS, *Musarum ac Eruditorum* FAUTORIS, *scientiarum* PROMOTORIS, *reique bibliographicae* CULTORIS MAXIMI, *qui ad anni elapsi finem per duas horas artis typographicae monumenta, codices manu exaratos aliaque bibliothecae nostrae memorabilia oculis eruditissimis perlustrare haud dedignatus est, magno fauore, ineffabili gratia, clementissimaque humanitate excitatus. Ast ad quid tam molestus, tamque operosus labor quaerent fortasse non nulli?*

Omnium rerum, quae in orbe terrarum contigere, originem, ac progressus, hominum studia semper detegere, ac describere, ac super eas clariorem disseminare lucem conabantur. Ars typographica anne tam vilis res est, vt minorem eiusdem originem, incrementa detegendi, magisque continuo illustrandi diligentiam adhibeamus? Annon inter maxima diuinae Prouidentiae beneficia humano generi collata illa meretur numerari, ob cuius defectum, vt ait Ioannes ANDREAS *Aleriensis Episcopus* in Epist. dedicat ad Paulum II epistolis S. Hieron. praemissa, „*non solum bonis et emendatis libris maiores nostri eguerunt; sed ne doctores quidem in litteris humanioribus, ac cultioribus vllos habuerunt, vnde factum esse reor, vt tam „ingenia, quam studia rubigine quadam, quasi callo obdurata perforduerint, tamdiu in squal„lore mersa, donec nati sunt, suoque prope ipsi marte delimatis". Ars typographica omnibus ad litterarum scientias addiscendas viam tamdiu praeclusam aperuit, atque ad eas hucusque ditioribus, aut ditiorum fauore fruentibus, et Monachorum communitatibus solum proprias adipiscendas, media optima, facilique modo comparanda omnibus pauperioribus quoque praeparauit, ita, „vt adhibito studio, vt* Aleriensis *dicit, nihil defuturum iis videatur, qui voluerint. — Velle autem omnes debent — sese efficere cultis quoque veteribus cultiores". Ars enim ista, ait cl.* MAITTAIRE T. IV. in Epist. Dedicat, „*quae divino haud absque nutu eluxit, post longam ignorantiae noctem, qua litterae per multa secula consopitae, et sepultae „iacuerant, studia politioris humanitatis hactenus interrupta, et pene emortua excitavit: atque vivificavit. Annon itaque rationi consentaneum est, vt per incunabulorum typographicorum „descriptionem omnes de artis typographicae origine, eius celeri per totam Europam propagatione erudiamus, eorumque animos ad gratitudinem ergam diuinam, beniguissimamque Prouidentiam excitemus?*

Dein haud parum eruditionis eiusmodi labor nobis praestat. Hic enim viros illos praestantissimos, qui artem illam vel invenere, vel aluere, fovere, et perfecere, ante oculos nostros statuit, operaque ab illis multo conamine, ac sumptibus typis excusa ostendit. Quis enim sine incunabulorum descriptione characterumque comparatione Iohannem MENTELIN *et* Henricum EGGENSEIN *typographos Argentinenses excellentissimos, operibusque fere innumeris, iisque praestantissimis insignes exploratos haberet? Quis* Ioannem GUTENBERGER *Artis divinae inuentorem? quis* Ioannem FUST, Petrum SCHOEFFR, Conradum SCWEYNHEIM *et* Arnoldum PANNARTZ, Ioannem *et* Vindelinum *de* SPIRA *et ceteros viros nosceret? Unde sciremus, nostrum Asceterium iam primis artis typographicae annis habuisse prelum? quaenam opera in nostro typographeo illi commissa fuerint? quinam viri litterarum scientia praestantes nostrum Monasterium exornaverint? Deinde quis seculi illius genium, litterarumque fortunam huius vel illius loci perspectam haberet, nisi opera vbique impressa de illis nos edocerent?*

Ab eruditis non solum autographa, sed apographa quoque magni aestimantur, conquiruntur, maximaque sollicitudine in bibliothecis conservantur. Ast quid sunt editiones librorum seculo XV impressorum, nisi apographa ex optimis quandoque codicibus manu exaratis desumpta, a viris doctissimis a librariorum mendis castigata, emendatioraque reddita? Quantum itaque eorum no-

litia

titia emolumenti viris eruditis, nouam alicuius libri editionem adornare volentibus, deficiente codice manu scripto, aut illo ita detrito, vt vix legi queat, adferre poterit? quantum subsidii illis praestabit, qui variantes lectiones, ex quibus quandoque potissimum verus ac genuinus sensus eruitur, colligere desiderant? Itaque nemo, nisi indoctus, ac litteraturae expers, dicere audeat: incunabulorum descriptio aut nullius, aut exiguae parum vtilitatis est.

His itaque praemissis, PRAESUL AMPLISSIME, *ad ea, quae hac in re praestiti, enarranda progredior. Opus praesens in duas distinctum est sectiones, prima libros nota anni carentes, secunda eadem insignitos complectitur. In prima sectione illi libri, quorum impressionis locum et typographum ex characterum camparatione agnoscere potui, primo iuxta loca, quibus impressi videntur, ordine alphabetico distributi adparent. E. G. Primum obtinent locum libri Argentinae, secundum Augustae, tertium Basileae &c. impressi. His deinde libros, quorum typographum omni adhibita diligentia, et inuestigatione detegere nequiui, adiunxi. In secunda sectione libri nota anni impressa instructi recensentur; id in ea maxime obseruaui, vt libri in vno loco typis excusi se inuicem sequantur, vt tali modo unusquisque lectorum eo facilius et quasi vno adspectu, quos in quolibet loco impressos nostra possideat bibliotheca, cognoscere queat.*

In librorum descriptione, viros in re bibliographica versatissimos, ac clarissimos FRYTAG, SEEMILLER, DENIS, GEMEINER, PANZER *et alios sequens, stilo prolixiori progressus fui, vt editiones librorum a me descriptae ab aliis sine multo labore, et errandi discrimine inter se discerni possint. Addidi quandoque plures eiusdem operis editiones, virorum eruditorum de quolibet opere iudicium, succinctamque Auctoris biographiam. In prima sectione cuilibet loco potissimum eiusdem artis typographicae historiam ex optimis Auctoribus, quos ad manus habebam, desumptam in gratiam eorum, qui vel Bibliothecarii officium primum ineunt, vel pauca admodum rei bibliographicae subsidia possident, praemittere proposui.*


Plus insuper, quam vnus ante me, in me suscepi. Cum enim multi libri iam prima artis typographicae aetate anni, loci nota et typographi nomine impressi ad manus meas peruenissent, eorumque notitiam exoptassem, ignorans, quid in hac re mihi esset agendum, incidi subito in quemdam locum clarissimi MAITTAIRE, *in quo ita loquitur; „Vtinam equidem scirem „multiformes litterarum, quibus illi utebantur typographi, figuras adeo graphice verbis depingere, ut certis indiciis earum inter se discrepantia statim adparere posset, et suo typographo sua quaelibet editio adsignari! ---- Non parum ad hunc laborem leuandum et rem tam „vtilem expediendam conduceret, si varia ex variis Typographorum veterum Editionibus selecta „cum Alphabetorum tum integrarum sententiarum specimina tabulis aereis inciderentur, quibus, quoties opus esset, inspectis, oculi acies, quam omnium illarum figuram ea, quae in dis„quisitionem venit, propius adsimilat, discerneret".* MAITTAIRE T. IV. p. 21. *His perlectis, mox ardens in me exurgebat desiderium, id, quod* MAITTAIRE *tam vehementer optabat, opere exequendi, praecipue cum in cl.* STEIGENBER Dissertatione de Bibliis duobus antiquissimis germanicis *legerem, primis typographicae annis typographum absque erroris pericu-*

periculo ex typis agnosci posse, quamdiu illos ad alium transiisse non constet, eiusque sententiam tribus illis tabulis dissertationi adnexis roboratam adspexissem.

Totum itaque studium in id impendi, ut litterarum primis typographis usitatarum notionem mihi adquirerem, quam etiam maxima ex parte multo conatu, ac felici successu tum in nostra bibliotheca, tum in aliis locis, tum ex epistolis amicorum meorum eruditorum, praecipue Doctissimi D. Ioannis Bapt. BERNHART, *qui Generalis studii Bauarici directorio ab officiis, et amplam typorum gothicorum notitiam, eosque delineatos possidet, inueni. Cum ergo propria experientia didici, quam parum sine characterum notitia artis typographicae historia ex densissimis tenebris ascensura, ac in plena meridie comparitura sit, quamque parum quis rei bibliographicae cultor effici, multisque ab erroribus se cauere poterit; ideo his omnibus succursurus, octo tabulis aereis sexaginta alphabeta tam maiora, quam minora a me delineata incidi curaui, ut tam ego alios, et alii me de vera characterum notitione erudirent, et ita historia bibliographica de die in diem magis ac magis aleretur, atque perficeretur. Septem primae tabulae alphabeta secundum ordinem alphabeticum locorum, quibus in usu erant, exhibent; octaua vero illa continet, de quibus omni adhibita inuestigatione nullam hucusque notitiam consequi potui. Rei bibliographicae amatores, si opus praesens in eorumdem manus peruenerit, illique typorum istorum perfectam habituri notitiam, aut me deceptum in aliquo reperturi sint, me certiorem de iis reddituros, ac modo, quo poterunt, perfectiori me edocturos spero, ac confido.*

Te vero, PRAESUL AMPLISSIME, *ut clementissima humanitate Tua, Paternaque Benignitate, ac fauore errores hunc inde occurentes ignoscas, ac emendes, sicut & viri litterati facile condonabunt, atque emendabunt, obsecro ac obtestor. Accipe hoc opus Tuo Nomini inscriptum ut singularis meae obseruantiae, ac deuotionis erga Te monimentum quouis aere perennius filiali adfectu Tibi consecratum. Perge Tuum filium Paterno fauore, ac peremni Beneuolentia fouere. Perge bibliothecam, litteratorum armarium conseruare ac augere, studia alere, atque promouere, otiumque illiteratum e coenobio propulsare. Coenobitarum quippe praecipuum negotium est, ut, dum viri seculares negotiis diuersis abstracti, sacerdotes seculares animarum curae consecrati nec tot temporis habent, nec occasione fruuntur, nec subsidia ad litterarum scientias incumbendi possident, nec sufficientibus bibliothecas erigendi facultatibus gaudent, ut illi suorum redituum partem pro libris comparandis impendant, ad scientiarum disciplinas animum adplicent, atque ad alios in iisdem erudiendos se aptos efficiant, otiumque omnium malorum lernam ex animis, ac claustris perpetuo depellant, atque proscribant. Id si curaueris,* PRAESL AMPLISSIME, *Status politicus nomen Tuum immortalitati commendabit, Ecclesia Tua merita debitis laudum encomiis praedicabit: Sera Tui Asceterii posteritas perennibus Te honorabit eulogiis, Deus omnium bonorum remunerator in senectute Tua sanum & incolumem Te conseruabit, tandemque aeternis praemiis, ac coronis cumulabit, litterariumque zelum compensabit. Vale. Dabam ex nostro Libero ac Imperatio Asceterio Kalendis Septembris Anno M. DCC. LXXXVIII.*

Libri



Libri nota anni carentes, ſed absque dubio ante annum 1480 typis impreſſi.

Libri ARGENTINAE iuxta characteres a *Ioanne* MENTEL, *Henrico* EGGENSTEIN, *Georgio* HVSNER, & *Ioanne* BECKENHVB, ac *Martino* FLACH impreſſi.

Animaduerſio praeuia.

Antequam ad recenſenda opera Argentinae impreſſa progrediar, plura ad typographiae Argentinenſis originem illuſtrandam, virosque illos clariſſimos, qui eamdem vel erexere, vel ſumma laude ei praefuere, cognoſcendos, praemittere neceſſum duxi.

Satis ſuperque de Argentinenſis typographiae origine in vindiciis ſuis typographicis *dixit* Joannes Daniel SCHOEPFLINIVS, *documentisque non ſpernendis demonſtrare ſtuduit*, Joannem GVTTENBERGER — *alias* GENSFLEISCH — *Moguntinum, Argentinae, typographicam inueniſſe artem, eamdemque* Joannem MENTELIVM, *&* Henricum EGGENSTEIN, *qui in publicis documentis iam anno* 1447 *cives adparent, docuiſſe.* SCHOEPFLINIO *quidem* KOELERUS *& Cl.* WUERTWEIN, *qui nuper typographiae Moguntinae euulgauit hiſtoriam, cum aliis ſeſe oppoſuere, quin illius argumentorum vim eneruem redderent. Dicendum mihi videtur, non Moguntinos ſolum, ſed & Argentinenſes a* Joanne GUTTENBERGIO *artem illam plane diuinam didiciſſe, eodemque tempore in vtraque ciuitate excoluiſſe. Inſcriptiones quidem primis libris a Moguntinis impreſſis adiectae, typographiae inuentae palmam* FAVSTO *&* SCHOEFFERO, *adeoque Moguntiae praebere videntur; pro Argentinenſibus tamen, qui ſuis operibus illas adponere neceſſe haud putabant, cum quilibet illis temporibus impreſſionis locum facile potuiſſet diſcernere, non ſpernenda pugnant argumenta.*

In Chronico SS. Pontificum & Imperatorum *Romae anno* 1476 *impreſſo, cujus Cl.* MAITTAIRE *T. IV. p.* 365 *meminit, ad annum* 1458 *legitur:*

„ *Sedente Papa* PIO II Iacobus *cognomento* CVTENBERGER *patria Argentinus — Moguntinus — & quidam alter, cui nomen* FVSTVS, *imprimendarum litterarum in membranis cum metallicis formis periti, trecentas chartas quisque eorum per diem facere innoteſcunt apud Maguntiam Germaniae ciuitatem.* Joannes *quoquè* MENTELINVS *nuncupatus apud Argentinam eiusdem prouinciae ciuitatem, ac in eodem artificio peritus totidem chartas — trecentas — per diem imprimere agnoſcitur* „

MENTELINVS igitur eo tempore, ut fortasse contemporaneus testatur, eam imprimendi facilitatem diuturniori exercitio sibi comparauit, vt vno die trecentas chartas typis excudere valuerit.

Fridericus IV. *Imperator insignia gentilitia, quae in lapidea tabula formae quadratae oblongae in aedis D.* Guilielmi *peristylio a* MENTELIO *ipso anno* 1473 *posita conspiciuntur*, Ioanni MENTELIN *anno* 1466. *concessit, certe non alia ex causa, quam ob merita iam inde per typographicam artem collecta. Reperitur illud quoque aeri incisum in* Iac. MENTELII Paraenesi *p.* 102 *& Excursu de* Inu. typograph. ad NAVDAEVM *p.* 7 *cum hac perigraphe:* Insigne Schottorum — Martinus *enim* SCHOTT *erat* Io. MENTELII gener — familiae a *Friderico* Rom. Imp. *Joann* MENTELIO primo typographiae inuentori, ac suis concessum anno Ch. M.CCCC.LXVI. *Plura ergo atque nobiliora eo tempore opera, quam Moguntini, quibus talis praerogatiua concessa nullibi legitur,* MENTELIVS *typis commisisse videtur.*

GEBWILERVS *insuper anno* 1473. *natus in* Panegyri Carolo V *an.* 1521 dedicata, *iam ante septuaginta & quatuor annos — id est* 1447 — *&* Spiegelius WIMPHELINGI *sororis filius in* Comment. ad BARTHOLINI Austriadem *I. IX. p.* 241 *anno* 1444 *per* Ioannem MENTELIVM *typographicam artem inuentam adfirmant. Quid aliud, tot clara virorum tam aetate, quam doctrina illustrium testimonia demonstrant, quam* MENTELIVM *si diuinam hanc typographiae prolem non procreasset, primis iam saltem annis aluisse, & ad prouectam aetatem educasse?*

Ioannes MENTELIUS *licet nuspiam impressionis locum, annum, aut nomen suum adiecerit, miniatores tamen id explere studuerunt. Sic Biblia germanica anni* 1466. *indicio sunt notata:* S. THOMAE AQVINATIS secunda secundae *annum* 1466: ASTEXANI summa 1469: S. AVGVSTINI Confessionum libri 1470, *&* Pauli de *S.* MARIA scrutinium scripturarum 1472. *rubro colore adscriptum exhibent.*

Ad hunc vsque annum iuxta SCHOEPFLINIUM *charactere gothico maiusculo & minusculo; & quidem sculpto, quem tabula I sub numeris I & II exhibet, vsus est; anno vero* 1473 *quo quatuor speculi* Vincentii Bellouacensis *tomos euulgauit, & ad quarti tomi calcem, tam annum, locum, & nomen suum adposuit, romanum, & fusum, ab eadem sub num. III exhibitum ad magnae molis opera imprimenda vsurpauit. Omnia itaque opera typo gothico sculpto, & mobili excusa ad annos saltem* 1458 — 1472: *romano, & fuso impressa ad annos* 1473 — 1478. *quo fatalem egit diem, referenda videntur.*

Henricus EGGENSTEIN, *qui teste* SCHOEPFLINIO *loc. cit. iam anno* 1442. *inter ciues Argentinenses receptus, ante annum* 1471, *quo primum suum nomen cum loci, & anni indicio manifestum fecit, innumera opera typis se mandasse, ipse in subscriptione ad* CLEMENTIS V Constitutiones *testatur:* Hic CLEMENTIS V Constitutionum liber - - - per venerabilem philosophiae Magistrum ac etiam inclitae Argentinensis ciuitatis ciuem bene meritum dominum *Henricum* EGGENSTEIN huius artis peritissimum, vt innumera ante hac diuini, humanique iuris per ipsum testantur volumina, summa cum maturitate ac diligentia impressus est. Anno domini M.CCCC.LXXI. *Vnus, aut alter annus certe ad innumera opera imprimenda non suffecit; plures igitur per annos eum artem exercuisse typographicam, dicendum erit. Quonam vero anno* EGGENSTEINIVS *imprimere desierit, ac e viuis discesserit, nullo monumento innotescit.* Henricus EGGENSTEIN *charactere maiusculo, & minusculo gothico sculpto impressit, quem tabula I sub num. IV. V. VI. repraesentat.*

Georgius seu *Jeorius* HVSNER cum *Joanne* BECKENHVB *iam anno* 1473 *adparet, quo* Guil. DVRANDI speculum iudiciale *exsculptis aere litteris, a Tab. II sub num. I, & II exhibitis, excuderat.*

Martinus FLACH *sine loci indicio anno* 1475 RODERICI Zamorensis Speculum *litteris sculptis maiusculis, quae eadem tabula sub num. III videndae, impressit, ac vsque ad annum* 1500 *multis, & insignibus operibus Argentinae euulgatis litterarium orbem illustrauit. Conf.* MAITTAIRE *T. IV p.* 234. I.

I. S. Augustini Episcopi Tractatus de arte praedicandi. in fol.

Libellus praesens 21 foliis impressis constat, quorum quaeuis pagina integra vndequadraginta lineas complectitur. Typo gothico minusculo, qui tabula I num. II videre est, totum opus, praeter duas lineas praefationis initiales, quae maiusculo expressae, excusum est. Signaturae in hac editione nullae adparent, nulli custodes, aut paginarum numeri. Initiales litteras miniculator rubro adpinxit colore. Interpunctionis signum praeter punctum nullum aliud obseruaui. Charta est alba admodum, ac firma, marginumque amplitudo editionem merito depraedicat. Chartularii signum est caput bouinum, inter cuius cornua stilus, in stellam desinens, exsurgit.

Priora duo folia prooemium, quod auersa primi folii pagina — Prima enim vacua est — incipit, occupat, cuius initium sic sonat:

Canon pro reconmendacione huius famosi operis siue
libelli sequentis. de arte predicandi sancti augustini.

In ipso prooemio editor Anonymus multis laudis encomiis extollit opus: loquitur deinde de emendatione a se facta, de praesenti editione, atque de typographo, cui illud imprimendum commisit. *feci ergo*, pergit prima folii secundi pagina, linea 22, *deo teste magnam pro eius correcione diligencia. ita. qd omnia exemplaria. que in studio heidelbergensi. nec non in spira & in wormacia, atque tandem eciam in argentina in vllis librariis reperire potui. diligenter proinde respexi. Et. cum inter hec. experimento discerem. qd idem liber Augustini raro inuenitur eciam in magnis & preciosis librariis. Et adhuc rarius de vs ex eisdem librariis ad rescibendum pot'it h'ri. Atque eciam qd peius est. rarissime correctus siue emendatus in ibi q'at reperiri. Idc'co permotus fui. ad hoc studiosius laborare. vt scd'm exemplar meum tanto nunc studio & labore quantum saltem potui correctum dictus libellus sic et taliter in breui tempore m'ltiplicari possit. vt ad p'limorum vsum. et ad ꝯmunem prof'ctm ecc'asticum. facile et cito perueniret. Qua propter. cum nullo alio modo siue medio. id expedicius fieri posse iudicarem. discreto viro. Iohanni mentelin incole argentinensi impressorie artis magistro modis omnibus persuasi. quatenus ipse assumere dignaretur. onus et laborem multiplicandi hunc libellum per viam impressionis. exemplari meo pre oculis habito. ut sic. cum ipse breui in tempore eundem libellum. ad magnam nu'ositatem multiplicaret &c. . . . Suadeo autem vnicuique. hunc libellum habere desideranti. ut propter correcciones preeligat. a dicto magistro eum comparare. quam aliunde.*

Prooemium sequitur folio tertio *liber de arte praedicandi*, qui idem est, ac *liber quartus S. Doctoris de Doctrina Christiana. Intermixtae sunt operi litterae maiusculae tam simplices quam duplicatae*, quae *deseruiunt*, vt editor in prooemio ait, *pro eiusdem libelli tabula alphabetica in fine eius posita*, *quae tabula ad easdem remittit per singula puncta.* Prima folii 17 pagina linea 39. *Explicit quartus de doctrina christiana beati Augustini episcopi.* Auersa pagina vacua est: folio sequenti incipit index quatuor foliis contentus, qui auersa vltimi folii pagina, linea septima terminatur.

Hoc est primum opus, ex quo *Ioannem* MENTELIVM perindustrium artis typographicae propagatorem, eiusque characteres nouimus, iuxta quos opera tam multa aeque, ac magnifica ab ipso impressa diiudicare possumus.

Editio haec peruetusta merito Bibliothecarum cimeliis adnumeratur, cum praestantiores Bibliographi altum de ea silentium teneant. Aliam, & quidem a nostra diuersam huius operis editionem a MENTELIO typis mandatam vidit Cl. *Iac.* MORELL. *Bibliothecae Pinellianae* editor apud quemdam amicum, & Cl. STEIGENBERGER apud Canonicos Regulares Rottenbuchii.

chii. Cl. MERCIER Bibliothecae ad S. *Genouefam* Parifiis praefectus aliam in officina *Io.* FVSTI typis excufam detexit, cuius etiam *Iac.* MORELL in *Bibl. Pinell.* mentionem facit, quae faltem anno 1466 prodire debuit, cum FVSTVS poft hunc annum nullo monumento innotefcit. Quaenam vero editio alteram praecefferit, dubium adhuc eft. MORELL T. I *Bibl. Pinell.* p. 89 inquit: „ vtraque, nempe *Menteliana* fortaffe eft iuxta editionem *Moguntinam* Jo. FVST „ facta, quamquam vice verfa fe res habere & *Moguntina* editio *Argentinenfi* vtrique pofteri- „ or effe omnino poteft „. Cl STEIGENBERGER *Bibliothecae Monacenfis* Praefecto vtraque *Menteliana Fuftianam* praeceffiffe videtur, cum iam in prooemio ifta quatuor lineis illas antecellit. Infuper in *Moguntina* tabula de tribus praecipuis operibus praedicatoris duabus paginis comprehenfa confpicitur, quae tamen in *Argentinenfi* omnino defideratur.

S. AVGVSTINVS iuxta Editores *Benedictinos Congr.* S. MAVRI libros IV *de doctrina Chriftiana*, circa annum 397 inchoatos, anno 426 abfoluit. Elaboratum eft opus, & in quo CICERONIS ad inftar fenfum animi exprimit. OPT. PATER. SELLER in Not. MS.

II. S. Ioannis Chryfoftomi Homiliae LXII in Euangelium S. Matthaei a Georgio Trapezuntino latine redditae. in fol.

Integrum hoc opus folia 251 complectitur, in quo nec cuftodes, nec fignaturae, nec paginarum numeri occurrunt. Initiales litteras miniculator tam rubro, quam coeruleo colore adiiciendas curauit. Chartae conditio, chartarii fignum, linearum numerus, diftinctionis fignum, typus, quo S. Doctoris expofitio impreffa — textus enim S. Scripturae maiufculo, quem tab. I num. I exhibet, eft excufus — omnino cum praecedenti opere conueniunt, ita, vt praefens ab eodem typographo eodem tempore in lucem emiffum videatur.

Incipit fine titulo, aut infcriptione a textu *S.* MATTHAEI: *Intrante autem ihefu. In capharnaum aduenit ei centurio deprecans eum & dicens. Domine puer meus iacet in domo paraliticus & male torquetur.* Haec verba excipit S. Doctoris Commentarius, qui fic inchoat: *Leprofus quidam vt audiftis cum a monte ihefus defcendiffet ad eum acceffit.* Homilia prima, prima folii feptimi pagina, linea trigefima abfoluitur. Exhortatio LVI de *futuro iudicio* prima folii 129 pagina, linea 39 terminatur, cuius vltima verba funt: *Hic nullus eft defectus. Sequitur textus.* qui tamen folio fequenti incipit; auerfa enim prioris pagina vacua eft. Homilia vltima prima folii 251 pagina, linea duodecima definit, cui fubiecta legitur *Georgii* TRAPEZVNTINI epiftola ad *Francifcum* BARBARVM *Senatorem Venetum*, in qua fe excufat, fe *S.* CHRVSOSTOMI homilias apud Pontificem exiftentes transmittere non potuiffe. Hac abfoluta legitur:

Rubrica pertinens ad principium libri.

Traductio librorum Sancti Iohannis crifoftomi Super matheum e greco in latinum edita a Georio trapezoncio directaque Sanctiffimo praefuli. Nicholao pape. V.

Homiliae in noftra editione fexaginta duae tantummodo inueniuntur, cum tamen in noua editione a *Bernardo* MONTFAVCON *Congr. S. Mauri Monacho* procurata XC confpiciuntur. Primae enim viginti quinque, & duae vltimae in praefenti defiderantur.

Dictae funt homiliae omnes, vt argumentis non infirmis MONTFAVCON, in *praefat. ad Tom. VII §. I* demonftrat, Antiochiae ab an. 390 — 398.

Georgius TRAPEZVNTINVS interpretationem iuffu NICOLAI V adornauit, in qua vero, vt ait MONTFAVCON loc. cit. §. VI, non raro peccat in adfequenda S. Doctoris mente, & fententia; atque vbi etiam mentem auctoris adfequitur, vt plurimum, in ordine, ac ferie, atque in verborum conftructione non placet.

III.

III. Biblia latina. in fol. mag.

Quamuis omnem operam, omnibus numeris abſolutam de his Bibliis deſcriptionem perquirendi, impendiſſem, tamen apud nullum Bibliographorum tantum inuenire potui, quantum cuilibet litteratorum ad plenam, perfectamque eorumdem cognitionem adipiſcendam ſufficeret. Cl. MASCHIVS, qui licet in *editione* LE LONG *Bibl. S. P. II Volum. III.* Biblia latina ſignis characteriſticis diligentiſſime depinxiſſet, praeſentia pag. 62 Num. XXVIII tam paucis abſoluit, vt vix coniectura, de iis dicere voluiſſe. reſtet. „ Biblia latina, inquit, quae *Pe-* „ *trus* GOSSE venalia expoſuit, & MEERMANNO ordine ſeptima dicuntur, de quibus haec ad- „ notauit:

Lineis 49 *duobus tomis, qui tamen vno volumine compacti ſunt, & cum litteris initialibus manu adpoſitis.*

Nec MEERMANN, vt mihi in re litteraria verſatiſſimus *D.* SEEMILLER *Bibliothecae Academicae Ingolſtadienſis Praefectus* reſcripſit, de iisdem plus ſcriptum reliquit. Itaque praeſentia Biblia ita adcurate adumbrare ſtudebo, vt quilibet ſibi de iis claram omnino ideam effingere poſſit.

Integrum opus, charactere gothico maiuſculo, quo textum ſuperioris operis impreſſum diximus, excuſum foliis 427 conſtat. Quaelibet pagina in duas eſt diſtincta columnas, quarum quaeuis 49 lineas exhibet. Charta eſt firma admodum, alba, ac laeuigata: Chartularii ſignum vnicum adparet, ſcilicet caput bouinum, inter cuius cornua ſtilus exſurgit in ſtellam deſinens. Diſtinctionis ſigna praeter punctum occurrunt quoque colon, & interrogationis ſignum. Littera Iod pro puncto lineolam ſibi habet impoſitam. Littera prima initialis eſt deaurata, reliquae vero librorum diuerſis coloribus depictae, capitum autem rubrae ſunt, aut coeruleae. Signaturae nullae conſpiciuntur, nulli cuſtodes, nullique paginarum numeri. Tituli tam librorum, quam capitum impreſſi penitus deſiderantur. Ante quemlibet librum vix tantum ſpatium reliquit typographus, quantum ad adſcribendum titulum ſufficeret; inter capita vero nullum intercedit.

Praemittitur operi *S.* HIERONYMI epiſtola ad PAVLINVM, quae ſine titulo, aut inſcriptione ſic incipit:

Rater ambroſius tua
mihi munuſcula perfe-
rens. detulit ſimul et ſuauiſ-
ſimas litteras. que a principio
amiciciarum. fidem probate
iam fidei & veteris ami-
cicie noua preferebant.

Epiſtola terminatur ſecunda folii tertii columna, linea quinta, quam immediate Sancti HIERONYMI *prologus* in *Pentateuchum* ſequitur. Tertia eiusdem folii columna, linea 36, prologo finito, incipit *liber Geneſis*, cui ſecunda folii vigeſimi columna, linea 33 finis eſt impoſitus. *Liber tertius Regum* ſecunda folii 118 columna, linea 31 finitur, ceterum hujus columnae, & auerſa pagina vacua eſt, ita, vt ſequenti folio liber quartus initium ſumat. Prima folii 195 columna, linea 28, praemiſſo prologo, incipiunt *Pſalmi*, quorum 150 numerantur; ſingulis eorum nec titulus, nec numerus eſt a typographo additus. Litteras quoque cuiuslibet verſus maiores, ſeptemdecim exceptis, omnes omiſit typotheta, ſpatium vacuum ad easdem adpingendas miniatori relinquens. Definit Pſalterium ſecunda folii 215 columna, linea 46. Auerſa pagina vacua adparet. Folio ſequenti incipiunt *Parabolae Salomonis*, quae ſecunda folii 223 columna, linea 44 finiuntur. Finis veteris teſtamenti adſpicitur prima folii 342 columna, linea 38. Exiguo ſpatio interiecto inchoat *S.* HIERONYMI *epiſtola in IV Euangelia* ad

 DAMA-

DAMASVM, quam tertia columna prologus excipit. *Euangelium S. Matthaei* initium sumit quarta eiusdem folii columna, linea 24. Totum opus absoluitur prima vltimi folii columna, linea 42, cuius verba haec sunt:

Gratia domini nostri ihesu xpi cum omnibus vobis amen.

Occurrit hic quaestio, quis typographorum? quo loco? quoue anno haec Biblia impresserit? Indubitatum est, vt Cl. STEIGENBERGER *in dissertat. de Bibliis Germanicis omnium primis* p. 19 iam ante me demonstrauit, atque a me superius satis demonstratum puto, *D. Augustini Ep. librum IV de doctrina Christiana seu de arte praedicandi*, adiectasque *S. Ioan. Chrysostomi homilias super Matthaeum* a *Ioanne* MENTELIO Argentinae fuisse typis excusas. Si itaque litteraeBibliorum cum litteris textus homiliarum comparantur, luce clarius patet, litteras bibliorum cum istis omnino conuenire. Ergo perspicuum quoque est, Biblia ista a MENTELIO, quamdiu characteribus istis, eo adhuc viuente, alios vsos fuisse, probari nequeat, fuisse typis euulgata, & quidem Argentinae, cum illum alio in loco typographicam exercuisse artem omnino non constat.

Quo vero anno haec Biblia in lucem prodierint, rem decidere, difficultate haud caret. Cl. SCHOEPFLINIVS in *Vindic. typog.* p. 42 nos quidem docet, „MENTELIVM anno 1466 „ *Biblia latina* maioris folii impressisse: sed temporis, & impressionis notitiam non ipsum ty„ pis expressisse, caligraphum vero, litteras capitales, & rubricas totius libri quum colori„ bus scriberet, calci eius rubro haec subiecisse colore: *Explicit liber iste anno Domini Mille„ simo quadringentesimo sexagesimo sexto formatus arte impressoria per uenerabilem virum Iohan„ nem Mentell in Argentina.*

Sed haec SCHOEPFLINIVM de germanicis Bibliis a MENTELIO impressis loqui voluisse, ex totius orationis serie, & specimine documentis adiuncto, aerique inciso perspicuum est. Cum enim de latinis p. 42 differit, ad tabulam tertiam prouocat; ista vero Psalmum *De profundis* in lingua germanica, non in latina exhibet: deinde finalis notitia est prorsus eadem, quae in exemplari germanico reperitur, & quidem eadem forma repraesentata: tandem characteres sunt longe minores, quam quibus praesentia sunt excusa. Ex quo manifestum est, SCHOEPFLINIVM nullam de Bibliis praesentibus habuisse notitiam, ideoque finalem illam subscriptionem a Calligrapho adiectam, & ab illo adductam nihil pro nostris ad impressionis annum determinandum deseruire posse. Itaque aliunde, si non certitudo, saltem verisimilitudo quoad impressionis tempus nobis inquirenda est.

Satis superque mihi demonstratum videtur, *S.* AVGVSTINI *tractatum de arte praedicandi* & *S.* CHRYSOSTOMI *homilias* praecedentibus numeris recensitas iam ante annum 1466 fuisse prelo submissas; ast Biblia vtrumque opus praecessisse haud futili commonstrabo ratione. Certum est, quo saepius vnus, ac idem typus ad imprimendum vsurpetur, illum eo magis suam amittere tenuitatem; crassiusque verba exprimere, maxime, si materia, ex qua fabricatae sunt litterae, mollis admodum sit, quod primis typographicae artis temporibus, quibus characteres vel ex stanno, vel ligno sculpsere typographi, factum haud ignoramus. Cum itaque typus *Bibliorum* paulum tenuior, quam *textus homiliarum S. Chrysostomi* adparet, illa ante istas in lucem prodiisse, coniiciendum erit. Haud inanis quoque coniectura est, primos typographos germanicis Bibliis praemisisse latina; sed germanica a MENTELIO saltem anno 1466 typis fuisse euulgata, nemo Bibliographorum dubitat: latina ergo iam ante annum 1466 primam adspexisse lucem videntur. Vnde, si ita se res habeat, non ordine septima, ut a MEERMANNO, sed tertia, aut certe quarta ponenda erunt: Duo enim illa *Missalibus* litteris impressa nostra praecessisse, non abnego; ast, annon eadem *Moguntina* a FVSTO anno 1462 impressa, vel praeierint, vel saltem iisdem contemporanea sint, valde dubitandum mihi videtur.

IV.

IV. Concordantiae Bibliorum Conradi ab Allemannia. in fol. mag.

Opus hoc folia 414 complectitur, tribusque in columnis, quarum quaelibet maxima ex parte sexaginta sex exhibet lineas, ac papyro mundae, albae & firmae admodum, charactere gothico minusculo, quo S. *Augustini ars praedicandi* excusa extat, impressum est. Chartarii signum rosa plerumque adparet. Desunt custodes, signaturae, paginarum numeri, ac initiales litterae, quas miniculator rubro colore adpinxit. Titulus operi nullus adspicitur praefixus, sed immediate a praefatione sic incipit:

Vilibet volen-
ti requirere con-
cordancias in hoc
libro &c.

Praefatio 24 primae columnae lineas occupat, quam mox littera A excipit. Littera B auersa folii 26 pagina, columna tertia, ac linea 61 a verbo *Baal* inchoat, quae folii 32 quarta columna, linea 41 terminatur. Prima folii 115 pagina, secunda columna, ac linea 42, litterae E finis imponitur; reliquum vero folii vacuum est: folio deinde sequenti littera F initium sumit. Terminatur opus secunda folii 414 columna, linea octaua, cui subiectum legitur:

Expliciunt concordancie
fratris ↄradi de allemania.

Exacta collatione cum concordantiis a FROBENIO Basileae an. 1523 editis instituta, multa sacrae scripturae verba adhuc in nostris desiderari deprehendi, quae ad clariorem operis cognitionem adquirendam, hic adscribam.

Littera A.

Achaia: *Achan*: *Adonides*: *Alpha*: *Amonides*: *Anathot*: *Approximare*: *Arena*: *Arenosus*: *Artabe*: *Arundo*: *Arundineus*: *Arundinetum.*

B.

Bethsaida.

C.

Cabseel: *Cademoth*: *Cades*: *Cadesbern*: *Cleopatra*: *Crocodillus.*

D.

Dalmanutha.

E.

Effari: *Efflorare*: *Excolere.*

H.

Horripilatio.

I.

Ignoranter: *Ignoratio.*

P.

Pigargas: *Plenus*: *Propterea.*

Q.

Quassare.

S.

Scirpeus: *Scirpus*: *Soccoth*: *Squallens*: *Squallor*: *Squallidus.*

T.

Thabor: *Topazion.*

U.

Urna.

Verba

Verba, quorum initialis littera *Ph.* v. g. *Pharisaeus* &c. a littera F incipiunt. Littera H. saepius omissa est, vt in verbis *Hortus*, *Holofernes*, *Hordeum*, *Halitus*, *Hieremias* &c.

Editio haec est antiquissima, quae absque dubio haud multo post Biblia tam latina, quam germanica intra annos 1466 — 1470 adornata fuit, estque omnium prima, de qua Bibliographi etiam praestantiores altum tenent silentium, vnde merito Bibliothecarum cimeliis adnumeratur.

De auctore huius operis a multis seculo proxime elapso disceptatum fuit. Alii S. *Antonio de* PADVA: alii *Arlotto de* PRATO, *Tusco*. Ordinis Minorum alumnis: alii HVGONI Ord. Cisterciensis Abbati attribuunt. Cl. QVETIF *in Hist. Ord. Praedic. script.* p. 203 & seqq. multis, ac inuictis argumentis *Hugoni a S.* CHARO *Ord. Praedicat.* Monacho palmam vendicat, cui & nos consentimus.

Hugo a S. CHARO, vel de *S.* THEVDERIO, vel de *S.* IACOBO, natione Gallus, patria Viennensis seculo XIII iam adulto *Concordantiarum* opus cum suis sodalibus in domo Saniacobea Parisiis, vnde *Concordantiae S. Iacobi* adpellabantur, sequenti modo compilauit. Vocabulum quaesitum semel tantum ponitur, tum ei subiiciuntur loci omnes, in quibus reperitur: liber, caput libri, & pars capitis distincta per litteras a. b. c, d. e. f. g. Vnum tantummodo verbum ob lectoris oculos ponam.

Vnigenitus

Gen. XII a. d. f.	Ier. VI g.	Zach. XII. f.	Heb. XI d.
Prou. IV a.	Amos VIII f.	Ioan. I b. III d.	I. Ioan. IV c.

„ In eo statu, ait auctor cit. p. 205 Concordantiae perstiterunt ad annum M CC L circiter; „ tum vero cum eiusmodi operis vtilitatem nostri in dies experirentur, illud tamen videretur „ incommodi, quod semper voluenda esset sacra Bibliotheca, vt quid tali vel tali loco scriptum „ esset, agnoscerent, quibusdam visum est, longe vtilius fore, si ad quemque locum indica„ tum vocabuli quaesiti adiuncta, seu voces quaedam, aut antecedentes, aut subsequentes „ iungerentur. Hunc secundum laborem libenter in se suscepere sodales in gymnasio Saniaco„ beo theologiae operam nauantes, potissimum Angli, vt praecipue VALLEOTANVS in domus su„ pradictae chronico narrat „. Praecipuos inter operis correctores, seu potius amplificatores numerantur *Ioannes de* DERLINATONA, *Ricardus de* STAVENESBY, & *Hugo* CRONYNDONIO. Hisce quoque de Concordantiis specimen ante lectoris oculos statuam.

Aaa.

Ierem. XIV d. Aaa Domine Deus prophetae dicunt eis, non videbitis gladium, & fames in vobis non erit.

Ezech. IV f Aaa Domine Deus, anima mea non est.

Ioel. I f. Aaa diei, quia prope est dies Domini.

Cum vero haec secunda editio videretur prolixior, & volumina maioris molis exquireret, alterius manus ad malo huic medendum necessaria visa est. Adiecit vero *Conradus de* ALLEMANNIA, quem ad calcem operis nostri subiectum legimus, qui natione Germanus, patria Halberstadiensis, eiusdemque ordinis Praedic. Alumnus erat. Florebat sub finem seculi XIII & anno MCCCXXI vir iam grauis erat; itaque, vt QVETIF autumat, huic operi incumbere potuit circa an. MCCC, vel potius MCCCX. CONRADVS sententias ab Anglis longiores adductas, vt opus commodius, ac leuius redderet, resecare studuit; ac praeterea, vt inter capita breuiora, & longiora discrimen haberetur, haec septem prioribus alphabeti litteris, illa vero quatuor tantum discernere, operam nauauit, cum tamen in prioribus editionibus vtraque septem alphabeti litteris distincta fuere. Specimen supra memoratum hic quoque ponamus.

Aaa

Aaa

Ie. XIIII b. prophete dicunt eis. *Ezech. IIII d. domine deus anima.*
XXI a. domine deus ipsi mea non est *Ioel. I. e. diei quam prope est dies domini.*

Tandem feculo XV circiter medio *Ioannes de* RAGVSIO Dominicanus, vir eximius Constantinopoli agens, quo a Synodo Basileensi legatus missus fuerat, cum plures & acres cum Graecis de earum particularum *ex*, & *per* vera notione haberet concertationes, & non minor illi antea Basileae cum Bohemis occasione huius quaestionis, *an communio sub vtraque specie sit omnibus Christianis de praecepto*, de alia particula *nisi* pugna fuisset, particularum indeclinabilium in prioribus omissarum alteras concordantias tentauit, & ope Amanuensium perfecit.

Et haec est praesentium *Concordantiarum* conditio; quippe non declinalibus solum dictionibus constat, sed indeclinabiles quoque particulas in prioribus collectionibus omissas continet, licet eam perfectionem, in editionibus progressu temporis nouiter procuratis obtentam, nondum suspexerit.

Qui plura adhuc hac de materia scire desiderat, adeat QVETIF *scriptores Ord. Praedic.* p. 203 — 209: *Andreae* CHEVILLIER *dissertationem gallicam Origine de l' Imprimerie.* p. 131 — 134.

V. S. Augustini Episc. de Ciuitate Dei Libri XXII cum Commentariis Thomae Vallois, & Nicolai Triuet. In fol. mag.

Duabus praesens editio constat partibus; prima S. Augustini textum, litteris maioribus impressum: secunda commentarios, minoribus excusos, continet. S. Augustini opus folia 250, commentarii 83 complectuntur. Quaeuis pagina in duas diuisa est columnas, quarum quaelibet in prima 47, in secunda parte 57 lineas ostendit. Charta tam albedine, quam firmitate eminet, in qua nullum aliud obseruatur Chartularii signum, quam littera D, quae linea secatur penpendiculari, ex vna parte in duplicem crucem, ex altera in annulum desinente. Distinctionis signa sunt punctum, & colon. Custodes, signaturae, paginarum numeri desiderantur: initiales litteras vel nitide deauratas, vel variis coloribus distinctas adpinxit miniator. Tituli nec in fronte, nec librorum aut capitum initio adspiciuntur impressi, librorumque, ac capitum initium, & finis solo spatio vacuo, eoque quidem plerumque exiguo inter praecedentem, & subsequentem librum, aut caput relicto discernuntur. Hoc tamen praecipuum habet, quod saepius huius operis lineae decurtatae tot spatii reliquerint, vt facile typographus quasdam adiicere potuerit notas, quibus lector instruitur, qua de re in textu agatur. E. g. quinto libri I capite legitur:

Textus.	*Quam morem eciam chato. sicut sc'psit salustius nobili.*	Nota *Virgilius ehato salustius.*

In fronte litteris deauratis scriptum legitur: *Incipit liber primus sčti Augustini episcopi de ciuitate dei.* Sequitur deinde praefatio ad *Marcellinum* Tribunum virum prudentem, & industrium, omniumque bonorum studiorum adpetentissimum, quam immediate linea vigesima primum libri primi caput excipit. Folio 138, columna secunda, linea 17 liber XIV absoluitur; auersa eiusdem vacua est. Ad calcem libri decimi octaui sequentia habentur: *A die itaque missionis spiritus sancti, vsque ad tempus huius scripture fluxerunt anni CCC XC & VI.* Ex quibus adparet, quo tempore S. Doctor hoc composuerit opus. Dein spatio exiguo interiecto: *Explicit liber XVIII sancti augustini de ciuitate dei. Incipiunt capitula libri XIX a beato augustino editi de ciuitate dei.* Verba mox recitata secunda folii 194 columna habentur, auersa pagina vacua comparet, ita, vt capitula sequenti folio initium sumant. Reliquis quoque subsequen-

frequentibus libris, eadem capitula, quae in prioribus desunt, praefixa habentur. In fine libri XXII sequens versus legitur:

Finito libro sit laus & gloria cristo.

Commentarii, praemissa praefatione, absque titulo, aut inscriptione auersa quoque folii primi pagina, columna secunda, linea trigesima prima incipiunt, quibus prima folii 74 columna, linea decima quarta finis imponitur. Spatio exiguo interiecto subnexus est index materiarum ordine alphabetico dispositus.

Editio huius operis est splendidissima, perantiqua, ac cum commentariis omnium prima, cuius, teste *Iacobo* MORELLIO *in Bibl. Pinell. T. I* p. 87, nulla apud praecipuos quoque rei bibliographicae scriptores mentio inuenitur. Idem circa annum 1470 eam prodiisse adfirmat, Cl. SEEMILLER vero, consideratis summae antiquitatis indiciis, illam non immerito annum 1470 praecessisse videtur.

Vix vllum *S.* AVGVSTINI opus toties in primis typographiae annis prelo subditum fuit, quam praesens. Anno 1467 in monasterio *Sublacensi*: 1468, & 1470. *Romae* per SCHWEINHEIM & PANNARTZ: 1470. *Venetiis per fratres Spirenses*: 1473. *Moguntiae per Petrum* SCHOIFFER — De hac editione pereleganti nostra quoque gaudet Bibliotheca — 1474. *Romae per Vdal.* HAN. 1475. *Venetiis per* Nic. IENSON: 1477. *Neapoli per* Petrum MORAVVM: & tandem 1479. *Basileae per* Michaelem WENSLER typis euulgatum est.

S. *Augustinus* egregium hoc opus contra Paganos, qui omne malum reipublicae infaustum christianae religioni adscribebant, contexere anno 413 incoepit, absoluit demum an. 426. Nobile, inquit CAVE, antiquitatis ecclesiasticae monumentum, in quo omnibus neruis, magno ingenii acumine, ingentis eruditionis tum ethnicae tum ecclesiasticae adparatu rei christianae causam aduersus gentilium obiectiones agit.

„ Maximi momenti opus, inquiunt PP. *Benedictini Sanmauriani in Praefat. ad* T. VII, „ maxima cura elaborauit pro materiae praestantia, & dignitate, proutque virum decebat, „ & summo ingenio praeditum, & omnium scientiarum genere ornatissimum. Nam immane dictu est, quanta hic sit rerum varietas, quam profusa eruditio, quam solers, & exquisita ratio differendi, quasi nihil strenuus *ciuitatis dei* vindex voluerit, neque artis, & industriae, neque eruditionis siue sacrae, siue profanae desiderari his in libris, e quibus reipsa tanquam e penu refertissimo eruditi disputatores quicunque aduersus impios diuinae religionis defensionem „ posthac suscipiunt, opem, & copiam sibi petendam putant „. Quid ad haec virorum illustrium ac doctissimorum testimonia HAMBERGER, qui *in den zuverläßigen Nachrichten* 3 P. p. 101 S. Doctoris eruditionem infra mediocritatem ponere non dubitauit, responsi referet?

Thomas WALLEIS seu *Vallensis* Ord. Praed. qui 1340 florebat, non vero *Thomas de* IORZ, aliis *Iorsius*, *Anglicus* dictus, qui 1310 claruit, in decem primos *S.* AVGVSTINI de *ciuitate Dei* libros scripsit: *Nicolaus* autem TREVETH Dominicanus, natione Anglus, an. 1328 florens, in omnes libros concinnauit expositionem. QVETIF. *Script. Ord. Praed.* T. I. Verum commentarii isti, vt OVDINI *Comment. script. Eccles.* T. I col. 992 testatur, haud quaquam huius aetatis eruditis sapiunt, oleuntque barbariem, & scholastici pulueris nugas. Id quidem Cl. QVETIF non negat; sed hos errores viris istis facile condonandos esse adfirmat, cum vel nullius sint momenti, vel aetati auctorum tribuendi, qua veterum latinorum, seu etiam SS. Patrum libri habebantur erratis notariorum scatentes; quod in causa fuit, vt scriptores eius seculi aliquando hallucinati sint.

VI. S. Augustini Episc. liber Epistolarum. in fol. mag.

Opus hoc in duabus columnis, chartae mundae ac firmae admodum charactere maiusculo impressum foliis 263 constat. Columna quaeuis integra quinquaquinta complectitur lineas.

as. Signa chartularii praeter litteram D superius descriptam, rosa & forfex quandoque occurrunt. Litteras initiales adiecit miniator; custodes, signaturae, & paginarum numeri nullibi conspiciuntur. Interpunctiones adparent punctum, colon, & interrogationis signum.

In fronte legitur impressum: *Liber. Epistolarum. Sancti. Augustini. Incipit. feliciter.* Haec verba mox excipit epistola S. Doctoris ad VOLVSIANVM, & istam VOLVSIANI *ad* AVGVSTINVM. Folium septuagesimum est dimidiatum, cuius auersa solum pagina typis impressa adparet. Auersa folii 263 pagina, columna prima, linea 27 vltima epistola ad ASELLICVM data, nulla subscriptione subiecta terminatur.

Haec est prima epistolarum *S.* AVGVSTINI editio, eaque rarissima, de qua nec MAITTAIRE, nec BAVR, nec Operum S. Doctoris *editores Benedictini*, nec alii Bibliographi ullam habuere notitiam. Nullam quoque aliam in iisdem reperire potui, quam illam, quae anno 1493. Basileae ex AMBERBACHII officina prodiit.

Epistolae in praesenti opere solummodo 197 occurrunt, e quibus aliae a S. Doctore, aliae ab aliis scriptae sunt. Continentur etiam epistolae episcoporum *Africanorum* ad INNOCENTIVM *I* & huius ad illos scriptae. In editione vero *Mauriana* 270 inueniuntur, ordine chronologico dispositae, ac in quatuor classes distinctae, quas *S.* AVGVSTINVS ab anno 386 — 430, quo ad coelestem patriam transiit, scripserat.

De his epistolis *Patres Benedictini* in Praef. ad T. II haec notatu digna reliquerunt. „ Vt „ oculi aliis corporis sensibus praestant, ita illustrium virorum epistolae ceteris eorum scriptis „ passim antecellunt. In eis enim tanquam in gemino oculorum speculo emicant personae, do„ tes, affectus, virtutes & vitia; sic vt nemo magis ad viuum ea exprimere possit, nemo ali„ bi melius quam in epistolis intueri. Id si de cuiusquam aliis, certe de Augustini litteris con„ stat, in quibus sanctissimi doctoris genius, eloquentia citra fucum, prudentia, zelus, ani„ mi constantia, veritatis & pietatis studium, humanitas, modestia, aliaeque virtutes resplen„ dent. Sed illud insuper Augustini epistolis dignitatem addit, quod, cum S. Pater grauissi„ mis ecclesiae negotiis fuerit occupatus, epistolarum eius collectio non tantum ipsius priua„ tam, sed & totam fere ecclesiasticam illius temporis historiam complectatur. Vnde si quis „ Donatistarum & Pelagianorum, quae duae haereses ecclesiam per id tempus infestarunt res „ gestas studiose indagare ac plene intelligere cupit, Augustini legat epistolas, ac sedulo re„ uoluat, & votis tandem suis optatum finem imponet „.

VII, S. Augustini Episc, Confessionum Libri XIII. in fol.

Excusum est hoc opus charactere eodem, quo immediate praecedens: constat plagularum fasciculis quindecim, ac 143 foliis impressis. Fasciculi tredecim priores sunt quinterni, decimus quartus quaternus, vltimus ternus, cuius postremum folium vacuum est. Desunt custodes, signaturae, & paginarum numeri. Maxime hanc editionem litterae initiales tum deauratae, tum variis coloribus depictae, Chartae albedo, mundities, firmitas, marginumque amplitudo commendant. Pagina quaelibet duas, & triginta complectitur lineas.

Praefationis loco praemittuntur quaedam ex libris *retractationum* excerpta, quae de istis libris S. Doctor in illis scripsit. In fronte operis legitur: *Ex libro retractacionum sancti augustini episcopi.* Linea primae paginae vigesima sequens titulus habetur impressus: *Liber Confessionum primus Sancti Augustini Episcopi feliciter Incipit,* qui auersa folii 10 pagina, linea sexta absoluitur. Terminatur opus auersa folii 143 pagina, linea 22, cuius vltima verba sunt:

sic inuenietur: sic aperietur.

Editio praesens, quam *Iac.* MORELLVS T. I *Bibl. Pinell.* p. 91 primae vetustatis vocitat, primum omnium locum obtinet, dum iam anno 1470, quam calligraphus in *exemplari Tegernseensi*

ensi ad finem adnotauit, in lucem prodiisse necesse est. Rarisimis quoque accenseri Bibliographorum silentium suadet.

Qui exactam *S.* AVGVSTINI cognitionem haurire desiderat, in his libris illam perquirat; „ in confessionibus enim suis, inquiunt *Patres Mauriani* Tom. I in Praefat. ad eosdem, AVGVSTINVS totum se ipse expressit perquam adcurate; quippe qui in iis non ea solum facta, „ quae hominum oculis subiecta esse potuissent, sed etiam ea, quae Deo tantum conscio in in- „ timis agitauerat, cum bona, tum mala, singillatim exposuit. In his enim sicuti anteactae „ vitae vel leuissima errata, sic etiam accepta a Deo beneficia fuse commemorat, aeternum „ posteris relicturus siue poenitentis, siue grati animi monumentum praeclarum etiam illius, „ quam constanter erga nos exhibet Deus, iustitiae, & bonitatis exemplum „.

VIII. Valerii Maximi dictorum factorumque memorabilium libri IX. in fol.

Externa huius operis facies eadem est, quae in praecedenti repraesentatur. Eodem typo, eidemque papyro est impressum, litteris initialibus tum deauratis, tum variis coloribus distinctis exornatum conspicitur. Signa distinctionum praeter punctum obseruaui etiam colon, & interrogationis signum. Pagina quaelibet integra 34 exhibet lineas. Cuiuis librorum praemittuntur capitulorum argumenta. Initio operis impressum legitur: *Valerii Maximi factorum & dictorum memorabilium. Ad Tiberium cesarem. Liber primus incipit feliciter*, qui prima folii 17 pagina, linea 26 terminatur. Finis operi imponitur auersa folii 159 pagina, linea 15, quae sic sonat:

menter imminens iusto impendi supplicio coegit.

Hac de editione scribit FREYTAG *in Analectis litterariis* p. 1017, a nemine hucusque, quantum sciat, antiquissimam, & rarissimam illam editionem fuisse memoratam. Id etiam adfirmat Cl. SEEMILLER *in fasc. I. Incunab. Ingolstad.* p. 122. Quo tempore, & quo loco prodierit, pro certo adfirmare non audet FREYTAG, cum nec anni, nec loci, nec typographi extat indicium. A non nemine, qui ea aetate, qua liber prodiit, vixisse videtur, haec calamo in exemplari a FREYTAGIO descripto leguntur adnotata: VALERII MAXIMI *factorum & dictorum memorabilium liber nonus desinit. In epithoma decimi libri.* Caii Titi Probi *praefatio incipit. Presens* VALERII MAXIMI *opus preclarissimum: in nobili vrbe Argentina Reni terminatum! anno* MCCCCLXXXVIII. *Kalendis iulii. per egregium impressorie artis maiistrum! foeliciter est consummatum.* Haec subscriptio nihil aliud sane nos docet, quam quod veritati omnino consonum est; quippe characteres, quibus impressum est opus, Argentinae illud in lucem prodiisse, dubium haud relinquunt. Quod autem anno 1470 lucem aspexerit, prouectae aetatis notae penitus comprobant.

Qui insuper lectiones ab hodiernis editionibus discedentes, aliasque mutationes legere cupit, eodem in loco a Cl. FREYTAGIO summa industria collectas inuenire poterit.

IX. S. Thomae Aquinatis Secunda secundae. in fol. mag.

Integrum hoc opus 244 folia impressa complectitur. Pagina quaelibet in duas columnas, quarum quaeuis sexaginta continet lineas, diuisa est. Initiales litterae nullae adparent, nulli custodes, aut signaturae, nullique paginarum numeri. Charta est alba, firmaque, sed minus polita, chartarii signo, capite bouino, inter cuius cornu stilus exsurgit in stellam desinens, insignita. Praeter punctum nullum aliud occurrit distinctionis signum. Typus est gothicus minusculus.

Initio operis nulla adspicitur inscriptio, aut titulus, qui etiam in contextu desideratur. Eiusdem initium sic sonat:

Post communem considerationem de virtutibus & vitiis &c. Auer-

Auerſa folii 238 pagina, columna prima, linea 59 quaeſtio vltima terminatur. Subnexa eſt operi quaeſtionum tabula ſex foliis comprehenſa, cui finis ſecunda folii 244 columna, linea quinquageſima imponitur. Deinde ſequens notitia adiecta legitur: *Explicit ordo & ſignacio queſtionum ſecundi libri ſede partis beati thome de aquino benedictus deus Amen.*

Antiquiſſima, ac rariſſima eſt praeſens editio; quod etiam omnium prima ſit, vix vllum mihi ſupereſt dubium. *Petrus* SCHOIFFER licet anno 1467 idem opus typis euulgaſſet, noſtram tamen illius editionem praeceſſiſſe, haud ſpernendum adducere poſſum argumentum.

In monaſterii fauceuſis ad S. Magnum Bibliotheca extat huius operis exemplar, a meipſo anno elapſo inſpectum, ad cuius calcem rubro colore adſcriptum legitur: *actum LXVI.* Si itaque anno 1466 id rubricis exornauit calligraphus, iam tunc extitiſſe neceſſum eſt. Deinde veriſimilitudini penitus non repugnat; iam enim in praeuia animaduerſione ſatis me demonſtraſſe puto, plura, eaque inſignia opera tunc a *Ioanne* MENTELIO emiſſa in lucem debuiſſe, quo illum a FRIDERICO IV inſignia gentilitia obtinuiſſe conſtat. Plures adhuc primis typographiae annis huius operis editiones adparuere, quas Cl. QVETIF *T. I ſcript. Ord. Praedic. p.* 322 recenſet.

S. Thomas iuxta THOLOMAEVM *Hiſt. Eccleſ. lib.* 22 c. 39. Summam ſcripſit tempore Clementis IV qui a V febr. 1265 ad 29 Octob. 1268 pontificatum tenuit. QVETIF loc. cit. p. 290.

X. Pauli a S. Maria Epiſc. Burgenſis Scrutinium ſcripturae. in fol.

In operis fronte legitur: *Incipit dialogus qui vocatur ſcrutinium ſcripturarum. Compoſitus per Reuerendum patrem dominum Paulum de ſancta maria magiſtrum in theologia. Epiſcopum Burgenſem archicancellarium ſereniſſimi principis domini regis caſtelle & legionis quem compoſuit poſt additiones poſitas ad poſtillam Nicolai de lyra Anno domini. M CCCC XXXIIII etatis ſue. anno. LXXXI.* Haec ſequitur auctoris praefatio, quae auerſa folii 2 pagina, linea nona terminatur. Tum praemiſſa diſtinctionis primae in capita diuiſione — Singulas enim diſtinctiones diuiſio praecedit — ipſum opus, ſeu dialogus inchoat.

Porro praeſens opus in duas diſſectum eſt partes: prima, quae polemica eſt contra Iudaeorum errores, in forma dialogi eſt compoſita, interlocutoribus *Saulo*, & *Paulo*, ſiue *Iudaeo*, & *Chriſtiano.* Secunda vero modo procedit didaſcalico inter *Ioannem magiſtrum*, & *diſcipulum*, cui *Ioannes* difficultates de quibusdam chriſtianae fidei articulis propoſitas enucleat. Prima pars decem, ſecunda ſex diſtinctiones comprehendit. Diſtinctio quarta prima folii 32 pagina, linea 26 abſoluitur, auerſa vacua eſt. Prima pars terminatur folio 130, linea 35, cuius vltima verba: *Explicit prima pars.* Linea trigeſima ſexta *Incipit ſecunda pars tractatus de ſcrutinio ſcripturarum;* quae auerſa folii 215 pagina, linea 39 his verbis deſinit: *Deo gracias.*

Integrum opus folia 215 comprehendit, nullis paginarum numeris, nullis ſignaturis, aut cuſtodibus, & praeter punctum nullo alio diſtinctionis ſigno inſtructum. Litterae initiales primae ſunt auro ornatae, ceterae vero minio depictae. Charta eſt alba admodum, firma, & nitida. Typus eſt idem, quo immediate praecedens excuſum eſt.

Peruetuſta haec, ac rariſſima editio ſaltem anno 1472 in lucem prodiit, cum in vno exemplari in Bibliotheca Capucinorum, Auguſtae adſeruato ad finem rubro colore a manu perantiqua notatum legitur: *Sic completum & ad finem vsque deductum anno domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo.* Alterius antiquioris editionis Romae ab *Vdalrico* HAN ſine anni indicio in lucem emiſſae, ad cuius calcem legitur, anno 1471 menſe Aprilis empta fuiſſe, meminerunt P. LAIRE *in ſpecimine typogr. Rom. p.* 133, & Cl. AVDIFFREDI *in Catal. Edit. Rom. p.* 41.

Auctor

Auctor huius operis PAVLVS in Hispania parentibus genitus iudaicis *Salomonis* LEVI gessit nomen. Cum vero circa annum Christi 1390 cum vxore, & tribus filiis Christianorum amplexus esset sacra, PAVLI *de S. Maria* nomen adeptus est. Fuit primo Carthaginensis episcopus, mox Burgensis creatus; Scrinio regio praefectus, regnorum Castellae, & Legionis Archicancellarius, ac demum Patriarcha Aquileiae constitutus. Obiisse fertur anno 1435 die 29 Augusti. Extant praeter istud opus *Additiones notabiles ad Postillas Nicolai de Lyra in totam scripturam.* Confer WARTHON *in Adpend. ad Guil.* CAVE. p. 117. FREYTAG *Adparat. II p.* 727.

XI. Aristotelis 1) Libri X Moralium. 2) Libri VIII Politicorum. 3) Libri II. Oecumenicorum a Leonardo Aretino latine redditi. in fol.

Antiquissima haec editio, praestantioribus quoque Bibliographis ignota, mihi omnium prima videtur. Continet 169 folia, nullis signaturis, aut custodibus, nullisque paginarum numeris instructa. Litteras initiales auro, ac variis coloribus splendidas miniculator adiecit. Tituli tam librorum, quam capitum penitus desiderantur. Charta est alba, firmaque, in qua typographus amplas reliquit margines. Praeter punctum nullum aliud occurrit distinctionis signum. Typus est gothicus minusculus. Pagina quaeuis integra lineas triginta duas complectitur.

Opus interpretis praefatio sine titulo aut inscriptione praecedit, in cuius initio interpretandi causam adfert: *Aristotelis ethnicorum libros latinos facere nuper institui non quia prius traducti non essent. Sed quia sic traducti erant vt barbari magis quam latini effecti viderentur.* Dein errores a primo traductore commissos prolixius ante lectoris oculos statuit. Concludit tandem: *Ego igitur infinitis pene huiusmodi erroribus permotus cum hec indigna aristotele. indigna quoque nobis ac lingua nostra arbitrarer cum suauitate horum librorum que greco sermone maxima est in asperitatem conuersam nomina intorta res obscuratas doctrinam labefactatam viderem. laborem suscepi noue traductionis in qua vt cetera omittam id assecutum me puto vt hos libros nunc primos latinos fecerim cum antea non essent.*

Praefatione auersa folii 3 pagina, linea tertia absoluta, exiguoque spatio interiecto primus *Moralium*, *seu Ethicorum* liber incipit; decimus vero, & vltimus prima folii 87 pagina, linea 18 terminatur, quem immediate interpretis epistola ad summum Pontificem, qua eidem libros *Moralium* ARISTOTELIS a se latine redditos offert, excipit. Folio octogesimo octauo, praefatione ARETINI praemissa, sequuntur ARISTOTELIS libri VIII *Politicorum*, eorumque finis prima folii 187 pagina, linea sexta adspicitur; reliquum huius folii spatium vacuum est.

Folio sequenti ARETINI praefatio ad libros Oecumenicorum inchoat, quae auersa eiusdem pagina, linea octava definit, paruoque spatio interiecto primus liber initium sumit. Secundus finitur auersa folii 193 pagina, linea duodecima. Prima sequentis pagina vacua; auersa autem habetur interpretis epistola dedicatoria ad summum Pontificem EVGENIVM *IV*, vt videtur. Hanc altera Florentiae 1430 8 Kal. Dec. ad Magistratum, & ciues vrbis Senensis scripta sequitur, quam eiusdem vrbis ciuium epistola ad *Leonardum* ARETINVM Senis 28 Dec. an. 1438 data excipit. Extat huius editionis exemplar in Bibliotheca Academica Ingolstadii, quam Cl. SEEMILLER fasc. I p. 146 descripsit.

Quamuis nulla in praefationibus, nulla in epistolis interpretis librorum ARISTOTELIS notitia nominis habeatur, omnes tamen viri litterati eorundem interpretationem *Leonardo* BRVNO, natione Italo, patria Aretino, vnde *Aretinus* appellatur, viro graece & latine docto adscribunt. Conf. OVDINI *Comment. T. II* col. 2386. *Warthon in Adpend. ad Guil. Caue* p. 122. *Iöheri Lex. T. I* p. 1422.

XII.

XII. Alberti Magni Ord. Praedic. Quaestiones super Euangelium Missus est. in fol. mag.

Quaestiones praesentes foliis 66 constant, in duabus columnis, quarum quaelibet 61 exhibet lineas, chartae mundae, firmae, sed minus politae, chartarii signo Rosa insignitae, charactere minusculo impressae sunt. Desunt litterae initiales, signaturae, custodes, ac paginarum numeri. In fronte litteris capitalibus rotundis, sed admodum rudibus impressum legitur: INCIPIT. PROLOGVS. IN. OPVS. VIRGINIS. GLORIOSE. ÉDITVM. A. DOMINO. ALBERTHO. THETONICO. QVI. ALIO. NOMINE. MAGNVS. ALBERTVS. VOCATVR. In hoc inquit, opus in laudem, & gloriam, & honorem gloriosissimae Virginis Mariae se compofuisse. Prologus auersa folii primi pagina, columna prima, linea quinta terminatur, quem tituli quaestionum, qui in operis decursu non occurrunt, excipiunt. Folio tertio prima quaestio sequentibus S. Euangelitae verbis, capitalibus litteris impressis initium sumit: MISSVS. EST. ANGELVS. GABRIEL. Vltimae quaestioni quarta columna folii 66 finis imponitur, cuius vltima verba sunt: *domine miserere nostri. Deo gracias.*

Hac de editione praeter FREYTAG, qui eam rarissimam, omnium primam, ac iam in artis typographicae infantia exortam in *Adparatu* I p. 569 vocat, nullus alius Bibliographorum notitiam habuisse videtur. Cl. QVETIF quoque, qui tamen summa industria editiones antiquiores recenset, eamdem ignorauit, vnde patet, istam non ita obuiam in Bibliothecis extare.

XIII. Opus de Laudibus B. V. Mariae. in fol. mag.

Initio operis, quod folio 213 complectitur, capitalibus litteris valde deformibus impressum legitur: PREFACIO. IN. OPVSCVLVM. DE. LAVDIBVS. BEATE. MARIE. VIRGINIS. INTITVLATVM. INCIPIT. FELICITER. Praefatio totam primam occupat columnam — in duas enim quaeuis pagina est distincta — secunda vero SEQVITVR. TABVLA. quae tertia folii primi columna, linea septima terminatur. Hanc immediate excipit PROLOGVS. PRIMVS. istum secundus, qui prima folii secundi columna, linea 28 desinit. Mox INCIPIT. LIBER. PRIMVS. DE. LAVDIBVS. BEATE. MARIE. Prima folii 16 columna EXPLICIT. PRIMVS. LIBER. Secunda folii 213 columna, linea quinta absque finali notitia opus terminatur. Paruo dein spatio interiecto, subnexae sunt similitudines ad B. Virginem directae, ordine alphabetico dispositae, quae quarta columna, linea vigesima absoluuntur.

Editio haec in omnibus cum praecedenti conuenit: iidem characteres, eadem charta, chartariique signum, ac idem linearum numerus adparent. Tituli omnes in eadem occurrentes litteris capitalibus sunt expressi. De eadem Cl. FREYTAG *Adparat. I.* p. 570 mentionem facit. Insignis eius raritas ex eo colligi potest, quod, teste FREYTAGIO, *Aloysius* NOVARINVS, qui ad finem seculi XVI natus erat, se primum esse iactauerit, ad quem istius operis, cuius codicem tantummodo habuerat manu exaratum, notitia peruenerit *Elect. SS. Lib.* IV.

De Auctore huius operis in diuersa abeunt doctores. Alii *Bernardinum de* BVSTIS illum esse existimant: alii *Iacobum de* VORAGINE, vel HVGONEM *Card. tit. S. Sabinae* illum volunt: alii denique ALBERTO MAGNO vendicare student. Conf. QVETIF *script. Ord. Praedic.* T. I p. 177. FREYTAG *Adparat.* I. p. 572. Nos vero Cl. QVETIF, & *Casimiro* OVDINO consentimus, qui multis & firmis argumentis, RICHARDVM *a S.* LAVRENTIO Canonicum & Archidiaconum ecclesiae Rothomagensis, qui anno circiter 1230 doctrina, & pietate clarus florebat, illud scripsisse commonstrant. OVDINVS omnem laudem eidem attribuit. „ Scripsit, „ inquit T. III c. 158 grande opus libris 12, distinctum, egregium sane, atque omnimodas „ beatae Matris Dei Mariae laudes cumulate continens „. Allegat idem saepius insigni cum elogio *Aloysius* NOVARINVS in *Vmbra virginea* impressa in folio Turoni an. 1640.

XIV.

XIV. Fortalitium fidei contra fidei Christianae hostes. in fol. mag.

Integrum hoc opus 248 folia continet, charactere rotundo, eoque fuso, quo *Ioan.* MENTELIVS anno 1473. ad *Vincentii* BELLOVACENSIS *speculum* excudendum vsus fuerat, & quem tabula I num. III exhibet, in duabus columnis impressum est. Editionem praesentem maxime commendant chartae munditiis, ac firmitas, marginum amplitudo, litterae initiales, aliaeque figurae cum auro, tum diuersis coloribus exornatae. Chartarii signum littera D iam saepius descripta occurrit. Columna quaeuis integra lineas 49 complectitur. Desunt signaturae, custodes, ac paginarum numeri. Titulos a typographo omissos miniator rubro colore adscripsit.

Praemittitur operi tabula omnium in eo contentorum, quae prima folii octaui columna, linea 22 finitur. Huic subnexa est narratio duorum miraculorum. Folio nono incipit prooemium fine titulo impresso, quem tamen calligraphus rubro colore his verbis adposuit.: *Incipit prohemium in quo laudes diuine annotantur & mittitur querela ante thronum maiestatis dei & ponitur intentio scribentis.* Terminatur prima folii decimi columna, linea 22. Columna secunda ipsum incipit opus in quinque libros diuisum. Liber primus agit de vera Christi militum armatura, & de fidei catholicae excellentia: Secundus primum de haeresi generatim, dein errores quosdam catholicae doctrinae oppositos refutat. Tertius iudaicam superstitionem impugnat: quartus Saracenorum, & Mahometis falsa dogmata confutat: quintus de potestate, & doemonum fraudibus differit. Liber primus terminatur secunda folii 47 columna: secundus columna folii 70 secunda linea vndeuigesima, reliquum folii vacuum est. Finitur opus secunda folii 240 columna linea 48, cui a calligrapho sequentia subiecta sunt: *Expliciunt nunc libri fidei fortalicii. In vigilia pasce. LXXIII.* Accedunt rubricae octo reliquis foliis contentae, ad quarum finem legitur impressum: *Expliciunt Rubrice libri fidei fortalicii.*

Ex subscriptione a calligrapho ad vltimi libri finem adiecta colligitur, saltem initio anni 1473 opus hoc fuisse typis euulgatum; ast iam anno 1472 prelum reliquisse, alia omni fide digna notitia, quae in exemplari in Bibliotheca monasterii faucensis ad S. Magnum extante reperitur, nos commonet; in illa enim legitur, monasterium illum praesens opus vnacum epistolis S. AVGVSTINI supra memoratis, ac illo libro, qui *Pharetra fidei* adpellatur, a *Ioanne* SCHVESSLER typographo Augustano XVIII florenis eodem anno emisse. Ex quo coniiciendum, *Ioannem* MENTELIVM iam ante annum 1473 typis rotundis, & fusis fuisse vsum.

Bibliotheca Academica Ingolstadiensis alteram, a nostra diuersam, editionem, vti nos Cl. SEEMILLER in fasc. I p. 152 docet, sine loci, anni, & typographi indicio possidet, quam tamen nostra praecessisse videtur. Anno 1485 in folio, & an. 1494 in 4. Norimbergae *Antonius* KOBVRGER idem opus typis commisit.

De auctore huius operis non conueniunt critici, vt in *Vincentii* PLACII *Theatro auctorum Anonymorum, & Pseudoanonymorum* de script. Theol. n. 737 videre est. *Casimirus* OVDINVS in Comment. de script. eccles. T. III col. 2572. THOMAE *Barbariensi* in partibus infidelium Patriarchae, ordinis Minorum alumno adscribit, *Ioannem* WOLFIVM secutus, qui anno 1600. *Rerum memorabilium* volumina duo Lauingae vulgauit, in quorum primo ad annum 1450. THOMAM huius operis auctorem adfirmat.

Henricus WARTHON *in Adpend. ad Guil.* CAVE. p. 177 sat firmis argumentis auctorem esse *Alphonsum* SPINA Hispanum franciscanum Monachum, monstrat. *Ioannes* MARIANA luculentis verbis Tom. 2 Hist. Hispan. L. 22 c. 13 p. 313 auctorem nobis ostendit, cum *Aluari* LVNAE, fontidoniae reguli a Castellae rege anno 1453 capite plexi supplicium enarrans, morienti adfuisse *Alphonsum* SPINAM, is, qui *fortalitium fidei* edidit, splendido titulo, voce barbara, eruditum opus, & diuinarum rerum cognitione praestans. Hallucinantur igitur, qui illud THOMAE *Barbariensi*, aut *Gulielmo* TOTANO, aut alteri adscribunt.

XV.

XV. Pharetra auctoritates, & dicta SS. Doctorum, Philosophorum, & Poetarum ordine alphabetico dispoſita continens. in fol. mag.

Opus hoc, quod foliis 360 conſtat, vix non in omnibus, concordat cum ſupra memorato; eodem enim charactere eſt impreſſum, eamdem chartae formam, ac idem chartarii ſignum repraeſentat, ita, vt dubium haud ſit, ex eadem officina, eodemque tempore illud in lucem prodiiſſe. Fuit quoque emtum eodem anno a monaſterio fauccnſi, vt iam ſupra vidimus. Caret cuſtodibus, ſignaturis, & paginarum numeris. Initiales litterae adparent auro inſignes, ac minio depictae. Singulae paginae duas complectuntur columnas, columnae quinquaginta lineas.

Praemittuntur operi praefatio, doctorum, quorum auctoritates, & dicta adducit auctor, nomina, materiarumque index, quae priora ſex folia occupant. Praefatio ſine titulo, aut inſcriptione incipit, in qua cum perfectam totius operis cognitionem lector quisque haurire poſſit, eam quoad maximam partem exſcribere, placuit.

In conuerſionis mee pmordio cum pro mentis recreacione ſanctorum auctoritates legerem & legendo varias pereiperem corrupciones. Viſum eſt mihi ſecurum & bonum vt ad ipſum fontem originalium recurrerem & ob maiorem certitudinem ipſi met excerperem aliqua que poſtmodum diligēt eius ordinarem. Quatenus que ad deuotionem & predicationem vel etiam ad diſputacionem vtilia forent poſſent ibidem facilius inueniri Sciat autem hoc quilibet lector huius opuſculi quod quandoque reperi diuerſos & plures doctores vnum & idem dixiſſe. Quandoque vero doctorem eundem in diuerſis libris idem & vnum aliter poſuiſſe. Opuſculum etiam preſens volui pharetram appellari, quia ſicut in pharetra baliſtariorum diuerſa iacula reponuntur quibus hoſtis hoſtem ſuo tempore ferit vulnerat & deuincit Sic etiam in hoc libello varie fortes & multe ponuntur & inueniuntur auctoritates & dicta ſanctorum doctorum & aliorum philoſophorum & poetarum fide dignorum quas ſi lingua pariter & manu firmiter tenuerimus antiquum hoſtem noſtrum id eſt diabolum & nouum eccleſie inimicum id eſt quemlibet peccatorem quantocius deuincemus. . . . Iſta pharetra vero iſtud opuſculum ſecundum ordinem alphabeti ponitur & diſtinguitur quatenus quicquid in eo queritur cercius & facilius habeatur &c.

Folio ſeptimo ipſum opus incipit a verbo *Abbas*. Huic ſubnexae ſunt auctoritates patrum, abbatis munus explicantium. Auerſa folii 53 pagina, ad ſecundae columnae finem *Sequitur lrr. B.* Tertia folii vltimi columna, linea quadrageſima operis habetur finis, cuius vltima ſunt verba: *ymbres ad inſtar gurgitum.*

De auctore huius libri nullibi aliquam inuenire potui notitiam. Annon e *S.* BONAVENTVRAE penna emanauerit, dubius inde haereo, eoquod praefatio praeſentis operis vix non quoad omnia verba eadem eſt, quae in Pharetra, a WADDINGO, TRITHEMIO, & ab aliis *S.* BONAVENTVRAE attributa reperitur, de qua nos exemplar, quod inferius inter libros Norimbergae impreſſos deſcribemus, poſſidemus. Iſta quidem breuiori ſtilo eſt concepta, ac in quatuor libros diſtributa, noſtra vero fuſius ſcripta, ac ordine alphabetico diſpoſita. Aſt fieri potuiſſet, S. Doctorem opus lapſu temporis magis auxiſſe, ac vt, quidquid in eo quaeratur, certius, ac facilius haberetur, ſecundum ordinem alphabeticum diſtinxiſſe.

XVI. Iſidori Epiſc. Hiſpalenſis Libri XX. Etymologiarum. in fol. mag.

Sex epiſtolae praecedunt opus, quatuor *S.* ISIDORI ad BRAVLIONEM Epiſcopum Caeſaraugustanum, duae BRAVLIONIS ad duas priores *S* ISIDORI reſponſoriae. Ante primam ſequentia leguntur litteris capitalibus impreſſa: INCIPIT EPISTOLA ISIDORI IVNIORIS HISPALENSIS EPISCOPI AD BRAVLIONEM CESARAVGVSTANVM EPISCOPVM. Sexta epiſtola ſecunda folii ſecundi columna — in duas enim ſingulae paginae ſunt diſtinctae — terminatur, cui ſubiecta

eſt

eſt breuis ad lectorem admonitio de immediate ſequenti tabula, ſeu breuiſſimo cuiusque libri indice. Quarta eiusdem folii columna INCIPIVNT CAPITVLA PRIMI LIBRI, ſeu capitum tituli, qui ſingulis libris etiam ſunt praefixi. Eadem columna INCIPIPIT LIBER PRIMVS ETHIMOLOGIARVM ISIDORI HISPALENSIS EPISCOPI. DE DISCIPLINA ET ARTE.

Opus foliis 141 contentum eodem typo, quo praecedens, excuſum, nec litteras initiales, nec cuſtodes, nec ſignaturas, nec paginarum numeros oſtendit. Tituli librorum, capitum, aliarumque ſectionum litteris capitalibus ſunt expreſſi. Charta quidem munda eſt, ac firma, ſed minus polita. Quaeuis columna 51 numerat lineas. Signa diſtinctionum occurrunt punctum, & colon. Graecis vocibus adſcribendis, & figuris tum geometricis, tum aſtronomicis adiiciendis vacuum ſpatium reliquit typographus, quod in noſtra editione figuris tum a miniatore, tum ligno inciſis impletum conſpicitur. Ad calcem operis litteris capitalibus impreſſum habetur: EXPLICIT LIBER ETHIMOLOGIARVM ISIDORI ISPALENSIS EPISCOPI.

Editio haec Bibliographis hucusque ignota, illi, quae Auguſtae ex *Guntheri* ZAINER officina anno 1472 prodiit, ſi non coaeua, vt Cl. SEEMILLER *faſc. I* p. 172 bene animaduertit, ſaltem non multo poſterior videtur.

S. ISIDORVS *S.* LEANDRI Germanus, eiusque in ſede Hiſpalenſi ſucceſſor vltimis vitae ſuae annis opus *Ethymologiarum* BRAVLIONIS Epiſcopi Caeſarauguſtani hortatu compoſuit; ſed cum illi anno 636 immortuus fuiſſet, BRAVLIO illud perfecit, digeſſitque in eam, quam cernimus, formam. Operis huius mentionem facit *S.* BRAVLIO in *Praenotatione librorum S. Iſidori: S.* ILDEPHONSVS cap. 9 *libri de viris illuſtribus.*

XVII. Vincentii Bellouacenſis Speculi Naturalis pars II, eiusdem Doctrinale, & Morale. Tomi III. in fol. max.

I. *Speculum Vincentii Naturale* duabus conſtat partibus; pars prima priores octodecim libros, ſecunda, quam in praeſenti deſcribimus, quindecim poſteriores complectitur. Integra haec pars foliis 327 conſtat, in duabus columnis, quarum quaelibet ſexaginta ſex exhibet lineas, chartae albae, ac firmae admodum typo rotundo impreſſa eſt. Praecedit iſtam librorum, & capitulorum in iisdem contentorum index. Capitula etiam ante quemlibet librum repetuntur, excepto libro decimo nono, qui folio nono his verbis incipit. 1. *De opere ſexte diei. Et primo de animalibus.* GVILLERINVS *de Conchis.* Ita quoque cuilibet capitulo auctorem, ex quo materiae deſcriptionem hauſerat, praepoſuit. Vltimus liber auerſa folii 327 pagina, columna prima, linea 27 terminatur.

II. Speculi doctrinalis initio haec leguntur impreſſa: *Speculum doctrinale Vincentii beluacenſis fratris ordinis predicatorum incipit. Et primo prologus de cauſa ſuſcepti operis & eius materia.* Conſtat foliis 402 ac in octodecim libros diuiſum eſt. Liber primus prologum, & omnium librorum indicem continet, cui finis ſecunda folii 14 columna imponitur. Prima folii 15 pagina vacua conſpicitur; auerſa deinde ſecundi libri capitulorum titulos, qui & ceteris libris praemiſſi, occupat. Folio ſequenti *Secundus liber incipit*, qui agit vniuerſaliter *de hominis reparatione per doctrinam & ſtudium philoſophiae.* Liber decimus octauus terminatur ſecunda folii 402 columna, linea ſexageſima.

III. *Speculum morale* in tres libros diuiſum eſt;libri in partes; iſtae in diſtinctiones. Nos tantum priores duos libros poſſidemus, & hi initio ab homine in re litteraria peregrino ob plagulam pergamenam hinc inde inſertam, aut ob litteras initiales auro ſplendidas decurtati ſunt. Primum quod in praeſenti opere adparet, eſt tabula alphabetica tribus foliis contenta, in cuius initio legitur: *Tabula breuis alphabetica demonſtrans quoto Libro, quota Parte quotaque di-*

ſtinctio-

ſtinctione. quaeque in hoc volumine principaliter tractata inueniri debeant. Folia quartum & quintum, diſtinctionem primam, & dimidiam partem ſecundae complectentia, deficiunt. Folio ſexto rubricae In margine ſuperiori a typographo adiectae ita ſonant:

In prima columna *In ſecunda*
Pars prima *De ope* *ribus.* *Diſtinctio ſcd'a*

Prima linea deinde ita legitur:

ſacras amare. audita. lecta. ſex etiam cogitata.

Folia tantum 262 numerare potui. Quod praecipuum habet, eſt, quod tituli maxima ex parte capitalibus expreſſi ſiut litteris. Singulae columnae integrae duas, & ſexaginta lineas complectuntur. Charta eſt, vt in praecedentibus, alba, & firmitate pergameno non multum diſſimilis. Secunda folii 210 columna *Vincentii Beluacenſis Speculi Moralis Liber Primus finit feliciter.* Columna tertia *Vincentii Beluacenſis Speculi Moralis Liber ſecundus in quo de Nouiſſimis diſſeritur incipit feliciter.* Ad calcem libri ſecundi ſequentia habentur: *Vincentii Speculi Moralis Liber ſecundus in quo de quatuor nouiſſimis diſſeritur. finit. feliciter.*

De praeſenti huius triplicis ſpeculi editione Cl. QVETIF *de ſcript. Ord. Praedic. T. I p.* 233 ita diſſerit: „ Prima, ab aliis omiſſa eſt Argentinenſis *Iohannis* MENTELLI vel MENTELIN; habe-
„ tur Pariſiis in Nauarr. voll. IV chart. imper. quorum duo priora *Speculum naturale*, tertium
„ *Doctrinale*, quartum *Speculum morale*, complectuntur. In tribus primis deſunt locus. annus, & nomen typographi; at cum charta & charactere ſint omnino eadem cum quarto,
„ ex eadem officina prodiiſſe veriſimillimum eſt. Sic autem ad calcem quarti legitur: *Vincen-*
„ *tii Beluacenſis S. T. P. ordinis ff. Praedicat. Speculum morale &c. finit feliciter, impreſſumque*
„ *in inclita vrbe Argentinenſium, ac nitide terſe, emendateque refertum per H. D. Ioannem Men-*
„ *telin artis impreſſoriae magiſtrum famoſiſſimum anno* 1476 *die menſis nouemb.* 9.

VINCENTIVS patria Bellouacenſis, natione Gallus, ordinis Praedicatorum alumnus, vir ſeculo XIII clariſſimus, libris legendis, ac ſcribendis maxime deditus, magnae molis opus *Speculorum*, *Naturalis*, *Doctrinalis*, ac *Hiſtorialis* maximis laboribus compilauit. Mortem opetiit anno 1264. QVETIF. l. cit. p. 213.

Idem auctor multis argumentis demonſtrare nititur, VINCENTIVM *Speculi moralis* auctorem haud eſſe, ac illud eſſe opus ſeculi XIV nec niſi inter an. 1310 — 1325 a falſario editum, & *Bellouacenſi* ſubpoſitum. Auctores vero, ex quorum operibus *Speculum morale* compactum, quinque ſunt praecipui: I. Anonymus auctor *Tractatus de conſideratione nouiſſimorum*, qui florebat circa an. 1300, certo ſcripſit poſt an. 1291, cuius opella fere tota in *Speculum morale* conuaſata eſt. II. *F. Stephanus de* BORBONE ſeu de BELLAVILLA Ord. Praedic. qui circa 1262 mortuus eſt, & magnum opus de ſeptem donis Spiritus S. edidit, fere totum in ſpeculum translatum. III. *S.* THOMAS mortuus anno 1274. IV. *F. Petrus de* TARENTASIA, ſeu INNOCENTIVS *Papa V* mortuus anno 1276. V. *F. Ricardus de* MEDIAVILLA Ord. Min. qui obiit circa 1300 aut 1302 QVETIF. l. cit. p. 218 — 232 & p 300 — 318.

XVIII. Auicennae libri V. Canonum a Gerardo Carmonenſi latine redditi, & tribus tomis contenti. in fol. max.

Tomus primus duobus prioribus libris, & foliis 176 conſtat. In fronte primi libri legitur impreſſum: *Liber canonis primus quem princeps abohali abiuſceni de medicina edidit. translatus a magiſtro gerhardo cremonenſi in toleto ab arabico in latinum. Verba abohali abiuſceni.* His verbis immediate ſubiecta eſt auctoris praefatio, quae columna eiuſdem paginae ſecunda, linea 18 terminatur. Hanc excipit index materiarum tam generalis omnium librorum, quam particularis primi libri. Iſte de *vniuerſalibus ſcientiae medicinae* tractans prima folii 92 columna,

na,

na, linea 21 terminatur. Folio sequenti *Incipit liber canonis secundus auicene de simplici medicina verba principis abhoali.* Praemisso huius libri tractatuum indice, inchoat secunda columna, linea 23 tractatus primus. Quarta folii 176 columna, linea 56. Liber *Secundus cum dei laude explicit.*

Tomus secundus tertium comprehendit librum, & folia 235 numerat. Agit hic liber *de aegritudinibus particularibus, quae sunt in membris hominis a capite vsque ad pedes manifestis & occultis.* Praecedit materiarum index, qui quinque priora occupat folia. Terminatur prima folii 235 columna, linea 47.

Tomus tertius duos libros posteriores continet. Liber quartus *de aegritudinibus particularibus, quae cum accidunt, non adpropriantur vni membro* agens, indice praemisso, quinto folio inchoat, ac secunda folii 124 columna finitur. Folio sequenti *Incipit liber quintus canonis de medicina & est antidotarium*, desinit vero secunda folii 164 columna his verbis: *Canonis liber quintus auicene qui est & antidotarium eius finit.*

Quod ad externam operis faciem attinet, typus idem est, quo opus immediate praecedens impressum. Charta alba, & firma admodum adparet. Chartarii signa praeter Rosam obseruantur quoque Strigil, Vua, caput bouinum, ac pileus principis cum cruce superimposita. Singulae paginae in duas distinctae sunt columnas, quarum quaeuis 56 exhibet lineas. Litterae initiales, signaturae, custodes, ac paginarum numeri desiderantur.

Editio haec, quae intra annos 1473 — 1478, quo MENTELIVS e vita discesserat, prelum reliquit, merito ob Bibliographorum silentium Bibliothecarum cimeliis adnumeratur. Eiusdem editionis libri, primus, secundus, & quartus extant in Bibliotheca Academica Ingolstadii. Cl. SEEMILLER fasc. I p. 172.

AVICENNA, seu *Abuhali Elhusein Ibn Abdalla Ibnusina*, vel *Abensina*, quem alii Cordubae In Hispania e stirpe regia natum fuisse volunt. alii in prouincia Persiana Corassan, Balchi, aut Bocharae ex patre ABDALLA, & matre CITARA ad finem seculi X primis suae aetatis annis ad studia tam philosophica quam medica incubuit, multaque scripta reliquit, inter quae canones praefati maxime a litteratis celebrantur. Multi sunt, qui *Auicennam* maximis adfecerunt encomiis, multi quoque plerumque inter recentiores abiecte nimis deo eo sensere. Conf. GESNERI *Bibl.* fol. 111. BLOVNT *Censur. celeb. Auct.* p. 25, IOECHER. & ISELIN *Lexicon hist.*

GERARDVS *Cremonensis* — iuxta ISELIN, & IOECHER *Carmonensis* — vir in medicina exercitatus, ac in omni scientia doctissimus, praecipue in linguis orientalibus maxime versatus, qui seculo XII florebat, Canones AVICENNAE ex arabica lingua in latinam vertit. GESNER l. cit. IOECHER *Lexicon.*

XIX. Iacobi Paduani Adgregatio medicinarum simplicium, & compositarum. in fol. mag.

Litterae, quibus impressum est hoc opus, sunt simillimae, immo eaedem, quibus excusum est opus praecedens. Charta est eadem, sicut & chartarii signa. Integrum opus foliis 284 constans, in duabus columnis impressum est. Columna quaelibet 55 lineas ostendit. Desunt litterae initiales maiores; quandoque paruas adiecit typographus. Signaturae nullae occurrunt, nulli custodes, nullique paginarum numeri.

Opus incipit sine titulo, aut inscriptione ab auctoris praefatione hisce verbis: *fructiferum medicis acturus opus &c.* In hac operis finem manifestat, ac constructionem: *fuit principalis intentio medicinarum simplicium & quam plurimum compositarum virtutes a diuersis scriptas auctoribus: conuerso ab eis modo in tabulis sub debitis aggregare rubricis relinquendo que in predictis libris ordinate scribuntur non egentes aggregatione. Auctores cum proposita aliqua simplici vel* com-

compofita medicina eius virtutes fubiungunt. Ego virtute premiffa eius aggregabo remedia auctores fubfcribens & locum. Et quia opus hoc ex pluribus auctoribus aggregatur liber aggregationis nomen acquirat. Sequitur deinde operis partitio, quam nomina auctorum, ex quibus adgregatio facta, excipiunt. Ad praefationis finem a linea 52 — 55 haec habetur notitia: *Opus quidem hoc longis retro temporibus inchoatum completum eft per me artium & medicine doctorem Magiftrum Iacobum paduanum Anno domini. M.CCC. octuagefimo quinto.* Auerfa eiusdem folii primi pagina legitur: *Rubrice primi tractatus de primis virtutibus medicinarum.* Terminatur opus quarta folii 284 columna, linea 47 cuius verba funt: *Tenafmoni licinium. hali. ibidem.*

Bibliographi etiam praeftantiores de hac editione nullam habuiffe notitiam videntur, ex quo eiusdem infignis raritas patet.

Auctor huius operis eft *Iacobus de* DONDIS natione Italus, patria Paduanus, in re mathematica, & medica verfatiffimus. Paduae medicam e cathedra explanauit artem: Promptuarium medicum, feu de adgregatione medicamentorum ad omnes aegritudines compilauit, vnde *Adgregator* appellatus. Floruit ad finem feculi XIV. Conf. GESNERI *Bibl.* fol. 352. IOECHER *Lex.* T. 2 col. 185.

XX. Matthaei Syluatici Medicinae doctoris liber Pandectarum medicinalium. in fol. mag.

Praemiffa eft operi *Matthaei* MORETI Brixienfis, qui idem correxit, ad *Francifcum de* GONZAGA Cardinalem Mantuanum ac Bononiae Legatum dedicatoria epiftola, quae fecunda columna abfoluitur. Hanc tertia columna excipit *Tabula capitulorum que in pandectis continentur per ordinem alphabeti.* Folio fexto ipfum opus ordine alphabetico difpofitum incipit, in cuius fronte haec habentur: *Liber pandectarum medicine omnia medicine fimplicia continens, quem ex omnibus antiquorum libris aggregauit eximius artium & medicine doctor Matheus filuaticus ad fereniffimum ficilie regem Robertum.*

Integrum opus folia 307 complectitur, eodem charactere, quo praecedens, impreffum. Nullas oftendit fignaturas, aut cuftodes, nullosque paginarum numeros. Litteras initiales adpinxit miniculator. Pagina quaeuis exhibet duas columnas, quae plerumque 55 complectuntur lineas. Charta, & chartarii figna funt, vt in praecedentibus, eadem. Operi fecunda folii 307 columna finis imponitur.

Editio praefens eft quidem peruetufta, ac Bibliographis penitus ignota: fed tamen omnium prima mihi non videtur. MAITTAIRE alterius meminit, quae Neapoli, iuxta alios Bononiae 1474 in lucem prodiit, & hanc illam praeceffiffe inde coniiciendum, quod *Matthaei* MORETI apud typographos Italos correctoris munere fungentis praefatio noftrae praemiffa, ab editione Neapolitana adfumpta fit. Ex nullo enim opere a MENTELIO typis commiffo conftat, illum correctoris manu vfum fuiffe. Si etiam quemdam habuiffet, nullius tamen praefatio, aut dedicatio operibus ab ipfo impreffis praefixa reperitur. Dein, virum tam longe diftantem ad corrigendum conduxiffe, haud verifimile videtur.

Matthaeus SYLVATICVS, patria Mantuanus, medicinae doctor florebat circa medium feculi XIV. GESNERVS in Bibl. Vniuerf. fol. 507 fequentia de ipfo habet. „ Scripfit ad *Robertum* Siciliae Regem librum Pandectarum medicinae ex omnibus antiquorum libris collectum, „ quo omnia medicinae fimplicia pharmaca fecundum ordinem alphabeti defcribit, & vires „ explicat, ac innumera vocabula declarat, idque in variis linguis, Latina, Arabica, Grae- „ ca, & vulgo vfitatis apud pharmacopolas nomenclaturis. — — — Sed pleraque, quae „ explicat, valde corrupta funt, nulla vfquam obferuata orthographia: Graeca & Arabica „ faepe dicit, quae neutra funt. Magnum eft chaos, & innumera monftra dictionum, quae

 „ nale

„ male scribuntur, & male exponuntur. Apiculae tamen, id est, viri docti, in hoc etiam „ opere, ni fallor, sua mella reperient „. Haec GESNERVS, cui alii quoque viri eruditi consonant.

Libri ab Henrico Eggenstein *impressi.*

XXI. Biblia Germanica, vulgo *Moguntina*, in fol. mag.

Biblia praesentia in omnibus cum illis conueniunt, quae Cl. STEIGENBERGER Bibliothecae Electoralis Monacensis Praefectus in sua dissertatione de *duobus Bibliis Germanicis* anno 1786 edita, & a societate Eruditorum Ienaensium sat laudata, prolixius descripsit. Itaque vt nouo eadem adumbrandi labrori me subiicerem, haud necesse esset, si in omnium manus praefata eruditissima dissertatio veniret. Ast, vt hoc eueniret, cum vix credendum, illum vt antesignanum expertissimum in iisdem describendis sequi, statui.

Integrum opus, papyro mundae, firmae, ac amplae typis gothicis minusculis impressum, 403 foliis constat. Chartarii signum obseruatur littera D, quam stilus, ex vna parte in duplicem crucem, ex altera in annulum desinens, fecat; quandoque turris occurrit. Quaelibet pagina in duas distincta est columnas, quae sexaginta exhibent lineas. Distinctionis signa praeter punctum, colon, & connexionis signum adparet. Abbreuiaturae maxime in verbis *und*, *der*, *das*, *den*, *en* conspiciuntur. Littera *u* diuersis exprimitur modis, vt in *actis Apostolorum C. V. V.* 23 videndum.

vnd die hütter die stunde zu den Tu'ren.

Desunt signaturae, custodes, paginarum numeri, litterae initiales, ac librorum, capitumque tituli.

Bibliis *S.* HIERONYMI ad PAVLINVM epistola initium sequenti modo ponit:

Ruder Ambrosius d'
hat uns bracht ein clei-
ne gab. Do mit hat er
auch bracht die aller.

Tertia folii tertii columna, linea 33 terminatur epistola, quam S. Doctoris in Pentateuchum prologus excipit. Liber primus MOYSIS prima folii quarti columna, linea 37, finito prologo, inchoat, cui tertii folii vndeuigesimi columna, linea 47 finis imponitur. Secundus liber *Regum* secunda 101 folii columna, linea 33 hisce verbis desinit: *vnd die plag ward geweret von israhel.* Reliquum folii vacuum est. Folio 155, columna secunda, linea 14 liber secundus ESDRAE — seu potius tertius; rubricista enim in praesenti quoque exemplari secundum *Esdrae* librum his verbis notauit: *das buch Neemias* — terminatur; ceterum folii vacuum adparet. *Psalterium* quarta folii 195 columna, linea 56 absoluitur, cuius verba sunt:

len d' freuden ein ieglich geyst lob den herrn.

Dein vacuum sequitur folium, & hoc *Parabolae* SALOMONIS. Secunda folii 317 columna, linea 34, praemissis duobus *S.* HIERONYMI prologis incipit *Euangelium S.* MATTHAEI. *Euangelium S.* IOANNIS excipiuunt *S.* PAVLI expistolae, istas prima folii 378 columna *Actus Apostolorum*, quos *epistolae catholicae* & *Apocalypsis* sequuntur. Apocalypsis quarta folii 98 columna, linea vigesima his terminatur verbis: *mit vns allen. Amen.*

Apocalypsi subnexi sunt tituli Psalmorum quinque foliis contenti, quorum initium ita sonat:

O saul gottes gebot brach do sant er
samuelem &c. . . . .
Beatus vir qui &c. . . *Selig ist der* &c.

Titu-

Titulorum finis fequens habetur:

Lobt den herren in feinen heyligen lobt in in d' vefte nung feiner tugend lobt in in feinen tugenden lobt in nach d' meing feiner gröffung. Amen.

Exemplar noftrum illud Monacenfe a Cl. STEIGENBERGER defcriptum quoad externam faciem praecellit. Nam litterae librorum initiales adparent tum deauratae, tum variis viuisque coloribus diftinctae, atque diuerfis decorationibus, quandoque lepidis figuris exornatae; capitum vero vel rubro, vel coeruleo colore depictae. Praefixus eft Bibliis in folio feparato fcriptus omnium librorum index. Titulos modo latinos, modo germanicos rubro colore calligraphus adfcripfit. Pfalmis nullus praemiffus eft titulus, nullusque numerus.

Haec funt illa Biblia a litteratis, & bibliographicae rei cultoribus celebrata, & vix non ab omnibus *Iohanni* FVST typographo Moguntino celeberrimo adfcripta, & ad annum 1462 relata. Ad hoc edifferendum, & adfirmandum maxime clariffimos viros NAST, WIDEKIND; & GIESE permouit duplex anni, loci, & typopraphi notitia in exemplari, quod Stuttgardiae adferuatur, ad finem adiecta, & manu rubro colore exarata. Vtramque ex Cl. STEIGENBERGER *differtatione* hic adfcribam. Prima ad finem *Apocalypfeos* fic legitur:

Prefens Biblie clariffimum opus Iohann fuft Moguntinus ciuis non atramento plumali neque erea fed arte quadam perpulchra manu Petri de Gernfheym pueri mei feliciter effeci finitum Anno M. CCCC. LXII. in Vigilia affumptionis. virg. Marie.

Mox fubiectnm confpicitur fcutum FVSTI, & SCHOEFERI gentilitium. Altera vero in fequenti folio; quod ceteris minus ac fubtilius eft, tali modo exhibetur:

Prefens hoc opufculum artificiofa adinuentione imprimendi feu Caracterizandi abfque calami exaracoy in ciuitate Moguntу fic effigiatum & ad eufebiam dei induftrie per Ioh'em fuft ciuem Petrum Schoiffer de Gernfheym clericum diocefis eiufdem eft confumatum. Anno. domini. m. cccc. lxii. In Vigilia affumcionis virg'. marie. Huic iterum fcutum fubditum eft.

Nullius roboris effe hoc fundamentum, fequentibus firmis argumentis demonftrat Eruditiffimus *D.* STEIGENBERGER.

I. Nec prima, nec fecunda fubfcriptio in altero quodam, praeter Stuttgardenfe, exemplari, quamuis nouem iam innotefcant, inuenitur.

II. Oftendit Cl. Vir, primum ex CICERONE anno 1465 impreffo, fecundam ex Bibliis latinis Moguntiae an. 1462 excufis effe exfcriptam.

III. Haud verifimile videtur, vt SCHOEPFLINIVS *in Vindic. typogr.* p. 34, & 35 & Cl. PANZER in *Notit. de Bibl. antiqq. Germ.* p. 12 adnotarunt, a *Ioan.* FVST & *Petro* SCHOIFFER vno, eodemque anno duo Biblia latina, & germanica impreffa fuiffe, quod certe primis typographiae annis res haud exigui momenti fuiffet. Infuper, addit STEIGENBERGER, eosdem eadem die, nempe in vigilia Affumtionis virginis Mariae an. 1462, vt in vtraque editione legendum, duo Biblia, latina & germanica, plusquam quadringentis foliis comprehenfa, perfeciffe, omnem poffibilitatem fuperare.

His argumentis fatis probatum Cl. STEIGENBERGER videtur, nihil roboris vtrique ineffe fubfcriptioni, ad demonftrandum, Biblia fuiffe anno 1462 typis excufa. Aeque parum illa quemdam, a FVSTO ac *Moguntiae* in lucem prodiiffe, conuincere valent.

Clariffimos Viros NAST, WIDEKIND, GIESE, PANZER & FREYTAG nullum aliud argumentum ad Biblia FVST ac *Moguntiae* attribuenda, praeter exemplaris Stuttgardienfis fuble-

ftam

ſtam ſubſcriptionem in medium protuliſſe conſtat. Immo e FVSTI officina Moguntiae vna eademque die an. 1462 duo diuerſi idiomatis biblia prodire haud potuiſſe, ſatis innoteſcit. Ceteris quoque annis tot opera prelum Moguntinum reliquere, vt veriſimile non videatur, alia adhuc typis commiſſa fuiſſe.

Nihil de Bibliis, & IANVENSIS *catholico* dicendum, quae loci, anni & typographi indicio carent, & prodiere ex FVSTI officina anno 1457. *Codex Pſalmorum*: 1459. *Idem opus*, & DVRANDI *Rationale diuinorum officiorum*: 1460. CLEMENTIS *V. Conſtitutiones*, ac *Catholicon Joannis* IANVENSIS: 1462. *Biblia latina*: 1465. BONIFACII VIII. *Sextus Decretalium liber*, & CICERONIS *officia*, & *Paradoxa*: 1466 eadem. Ex quibus patet, prelum *Fuſtianum* praecipue ab anno 1460 — 1462 ita fuiſſe occupatum, vt nullum temporis ſpatium tantae molis operi imprimendo ſupereſſe potuerit. Si itaque *Ioan.* FVST Biblia ab anno 1457 — 1466 non impreſſit, aut imprimere potuit, multo minus, anno 1466 elapſo, typis *Fuſtianis* excuſa fuiſſe, dicendum erit, cum *Ioan.* FVST, absque dubio iſto anno iam mortuus, nullo typographiae monumento innoteſcit. Deinde vbinam ſunt libri theodiſci a *Ioanne* FVST, aut Moguntiae, praecipue primis typographicae artis annis impreſſi?

Secundo: Ex characterum conſideratione clareſcit, Bibliorum praeſentium characteres omnino diuerſos eſſe ab illis, quibus FVST, & SCHOIFFER ad libros ab anno 1457 — 1466 excudendos vſi fuere. Itaque alium impreſſionis locum, alium & typographum inquirere, neceſſe erit.

D. STEIGENBERGER exacta characterum collatione edoctus, primis typographiae annis ex typis absque errandi periculo, quamdiu illas ad alium typographum tranſiiſſe, non conſtat, typographum agnoſci poſſe, Bibliorum praeſentium typos improbo labore perquirere ſtuduit, ac feliciter eos in *Adparatu* INNOCENTII *IV ſuper V lib. Decret.* Argentinae 1478 impreſſo inueniſſe gaudebat. Eosdem etiam *in Lectura* CHVNI *de Piſtorio Doctoris legum ſuper codice* in eadem vrbe absque anni, & typographi indicio edita obſeruauit.

Loco impreſſionis reperto, in ipſum typographum inquirendum erat. In *Adparatu* INNOCENTII praeter litteras, quibus Biblia expreſſa, & alias maiores detexit, quae eaedem omnino ſunt, quibus *Henricus* EGGENSTEIN typographus Argentinenſis CLEMENTIS *Conſtitutiones* anno 1471 impreſſerat. Mihimet ipſi nuper in *Decreto* GRATIANI anno 1471 ab illo edito, cuius exemplar extat in Bibliotheca Monaſterii Thierhauptenſis, maiores characteres in *Adparatu* occurrentes obſeruare obtigit. Vnde colligendum, ſi maiores litterae *Adparatus* EGGENSTEINIO propriae ſint, proprias quoque eſſe tamdiu eſſe minores, quamdiu ab alio vſurpatas fuiſſe, vllo monumento oſtendi nequit. Vnde ſi idem typographus INNOCENTII *Adparatum* prelo commiſit, quod vix negari poterit, & Biblia praeſentia ab eodem impreſſa fuiſſe, dicendum erit.

Inſuper EGGENSTEIN, vt ex finali ſubſcriptione ad calcem *Conſtitutionum* CLEMENTIS, cuius iam in praeuia animaduerſione meminimus, inuenienda patet, innumera volumina ante annum 1471 euulgauit; cur non & Biblia haec germanica, quorum typus in omnibus cum typo ab eo toties vſurpato conuenit, ab illo impreſſa adfirmemus? Nunc quaeſtio adhuc ſoluenda erit, quonam anno Biblia primam lucem adſpexerint.

D. NAST, & Cl. PANZER tantam conuenientiam inter Biblia a nobis deſcripta, & *Menteliana* anno 1466 impreſſa aduertere, vt haec ad illorum exemplar recuſa fuiſſe adfirmare non timuerint. Aſt Cl. STEIGENBERGER in contrariam iuit ſententiam, dicens: Biblia *Moguntina* dicta ſecuta fuiſſe *Menteliana*.

Singularis inter vtraque eſt animaduertenda harmonia. Nam licet *Moguntina* editio in quaeuis columna ſexaginta numeret lineas, & *Argentina* 61; eadem tamen verbo ſaepiſſime vtra-

vtraque in eadem columna incipit, eodemque terminatur. Vnum, aut alterum exemplum ante lectoris oculos statuam.

	Argentina quarta folii 2 columna.	*Mog. Col. 4 Fol. 2.*
Incipit:	*durst zu hören das wort gottes.*	*durst zu hören daz wort gottes.*
Finitur:	*Der and'.*	*Der ander.*
	Fol. 55 Col. 1	*fol. 55 col. 1.*
Incipit:	*als du hast gehort*	*als hast gehort.*
Finitur:	*Nit mach dir ein ge.*	*Nit mach dir ein ge.*

Maioris attentionis digna est initii, & finis foliorum conuenientia. Quamquam linearum in vtraque diuersus sit numerus, finis tamen vnius, & alterius initium in vtraque consentiens conspicitur. E. g. verbo *ding* octauum incipit folium, quarta eius folii columna vero definit verbis: *und die.* Folii noni primum verbum: *merere*: vltimum: *ackers.* Talem conformitatem in omnibus Bibliorum foliis obseruauit Cl. STEIGENBERGER, sequentibus exceptis. 1. 5. 6. 61. 62. 66. 102. 111. 136. 137. 138. 139. 142. 143. 144. 145. 153. 173. 300. 351. 353. 354. 361. 377. 387. 394. 403. 404. in quibus nulla inuenitur conuenientia. Si hinc inde plura, quam in altera editione, verba vltimae folii lineae relicta fuere, abbreuiatura, ne harmonia cessaret, subsidio venit. E. g. folio 160. *Argentinae* editionis vltima linea sic sonat:

keit: vnd nit enwelst antwurten die sich versehent.

Moguntinae: *gangkeit: vnd nit enwelst antwurten die sich versehe.*

Immo Moguntinorum Bibliorum typographi sollicitudo conuenientiam conseruandi, eo deuenit, vt verba, immo & integras lineas omittere haud dubitaret. E. g. Vltima folii 111 linea *Argentinensis* editionis haec est:

wunt. Dorum der streit ward begangen an dem tag.

Moguntinensis: *wunt. Dorum der streyt ward begangen an dem.*

Folii 112 initium in *Argentinensi. vnd der Kunig* &c. in *Moguntina Von d' Kunig* &c. in qua itaque verbum *tag* penitus omissum conspicitur. *Argentinensis* editionis vltimae folii 144 duae lineae sic sonant: *XVIII. man. Von den su'nen selomich. d' sun iospie.*

vnd mit im hundert. LX. man: Von den su'nen bebai.

Moguntinensis vero prima linea terminatur postrema omissa.

XVIII. man. Von den su'nen selomith. der sun iosphie.

Sequentis folii initium in priore: *Zacharias der sun bebai.*

In posteriore: *Zacharias d' sun bebai.*

Quibus omnibus consideratis, haec conclusio necessario sequitur, *Argentinensem* editionem praecessisse *Moguntinam*, nullo autem modo *Moguntinam Argentinensem.* Haec enim in illa integra verba, immo integras inuenire nequibat lineas: quomodo ergo potuisset ad eiusdem exemplar recudi? Ast *Moguntina* verba, & lineas in *Argentina* repertas, vt initii, & finis foliorum consequeretur conformitatem, omittere potuit. Insuper habita hac conuenientia, magna tamen diuersitas quoad orthographiam, & abbreuiaturas in vtraque occurrit, quam hic exhibere, nec tempus, nec lectorum meorum patientia permittit.

Ex quibus omnibus Cl. STEIGENBERGER hanc conclusionem format: *Moguntina* ad *Argentinensium* exemplar impressa sunt; haec vero saltem anno 1466 primam adspexere lucem; illa ergo intra annos 467 — 1470 typis eulgata fuisse omnino videntur. Haec itaque in compendio, quae Cl. auctor fusius disseruit, a me dicta sufficiant.

XXII. S. Bernardi Abbatis Clareuallensis Epistolae CXCVI. Accedunt alii tractatus minores. in fol. mag.

Hac in editione vndenonaginta numerantur folia, de quibus tria priora epistolarum indicem, reliqua epistolas, & tractatus quosdem minores comprehendunt. Quaeuis pagina duas ostendit columnas, quarum quaelibet integra lineas sexaginta, aut sexaginta, & vnam complectitur. Charta est firmissima, & nitidissima, chartarii signo Rosa instructa. Characteres sunt plane iidem, quibus praecedentia impressa sunt Biblia. Interpunctionis signum solum obseruatur punctum. Litterae initiales nullae, nulli custodes, aut signaturae, nullique paginarum numeri occurrunt. Tabulae sequens praefixus est titulus: *Tabula Epl'arum. Beati. Bernhardi. Abbatis. Clarevallen.* Operis in fronte nulla inscriptio, aut titulus legitur; sed epistolae primae, ad ROBERTVM Sancti nepotem datae, argumentum eiusdem, & occasio scribendi praemissa est. Linea 22 deinde *Incipit. Epistola. Sancti bernardi. Abbatis Clareuallensis. Ad robertum nepotem suum qui de ordine cisterciensi ad cluniacenses transierat.* Secunda folii 61 columna, epistola ad *Arnoldum Boneuallis* abbatem absoluta, linea trigesima *Incipit narratio pulcra metrica. & dragmatica. de sancto* BERNARDO *abbate* per modum dialogi.

Mira loquor sed digna fide. bernarde quid hoc est
Viuis adhuc. uiuo. non es rogo mortuus. immo.
Et quid agis. requiesco. taces aut faris. vtrumque.
Curque taces. quia dormio. cur loqueris. quia viuo.
Quid loqueris. sacra mistica. cui. mea scripta legenti.
Num cunctis. non. ergo quibus. qui dulcia querunt.
Nomen itaque habet bernardus. num sine causa.
Non. dic. ergo quid hoc est. bernardus. bona nardus.
Cur nardus. quoniam fragro. quo fragmine dulci
Cui fragras & vbi. studioso. codice sacro
Quod tibi cognomen. de clareualle. manes hic
Mansi. sed modo non. vbi nunc. in vertice montis
Qualis eras in valle manens. humilis. modo quantus
Tanto nunc maior. quo minor ante fui.
Nilne tui vallis habet. immo. quid. ossa quousque
Donec celeste fiat. terrestre cadauer
Lactis virginei ros infusus faciei
Bernardi dat ei lactea verba dei.

Hoc carmen ab anonymo compilatum, reliquae Sancti epistolae sequuntur, quae quarta folii 79 columna, linea decima terminantur. Exiguo spatio interiecto legitur: *Expliciunt. Epl'e. Beati. Bernardi. Abbatis. Clareuallen.* Folio sequenti *Tractatus Bernardi &c. de miseria & breuitate huius vite. & de vera scientia Incipit feliciter.* Hunc excipiunt tractatus *de temtationibus & otio*: *de bona & mala voluntate*: *Speculum super emendatione vitae hominis religiosi*: *Liber de gratia & libero arbitrio.* Denique secunda folii 66 columna, linea trigesima eiusdem *Apologia ad Cluniacensis de concordia ordinum* siue excusatio eius ad eosdem, ad cuius finem sequentia habentur: *Apologia. Beati. Bernardi Abbatis Chareuallen Ad. Cluniacen. de. Concordia ordinum siue excusatio eius ad eosdem.*

Finit feliciter.

FREYTAG *in adparatu litter.* II p. 877 huius editionis meminit, eamque rarissimam adpellat. Cl. SEEMILLER fasc. I p. 140 hunc librum circa annum 1470 fuisse typis excusum adfirmat.

XXIII.

XXIII. Eusebii Pamphili Caesariensis Episc. Historiae Ecclesiasticae Libri XI. a Rufino Aquileiensi latine redditi. in fol.

In fronte operis legitur : *Prologus. Beati. Iheronimi presbiteri in historias. Eccl'asticas. Diui. Eusebii. Cesariensis. Episcopi Incipit feliciter.* Tertia folii primi columna, linea duodecima finito prologo, *sequuntur. Capitula libri primi.* Ceteris quoque libris eadem sunt praemissa. Quarta columna, linea decima *Historie eccl'iastice. Diui. Eusebii Cesariensis. Episcopi. incipiunt feliciter.* Folio 106. *Prologus. Beati. iheronimi presbiteri super decimo libro historie. Ecclesiastice Diui Eusebii Cesariensis Episcopi Incipit feliciter.* Quem ob eius breuitatem, & specialem eruditionem hic adscribere placuit,

Hucusque nobis eusebius rerum in eccl'ia gestarum memoriam tradidit Cetera que vsque ad presens tempus per ordinem subsecuta sunt que vel in maiorum litteris reperimus vel nostra memoria attigit. patris religiosi preceptis & in hoc parentes. quam poterimus breuiter addemus.

Finit prologus.

Incipiunt cap'a libri decimi. Quarta vltimi scilicet 128 folii columna sequentia leguntur: *Libri Historie Ecclesiastice. Diui Eusebii Cesariensis Episcopi finiunt feliciter.*

Litterae, quibus hoc opus impressum est, sunt plane eaedem, quae in praecedenti habentur. Singulae paginae duas complectuntur columnas, quae quadraginta lineas continent. Signum distinctionis praeter punctum nullum aliud obseruatur. Desunt signaturae, custodes, paginarum numeri, & initiales litterae.

Consideratis omnibus summae antiquitatis notis, editio haec omnium prima, ac circa annum 1470 impressa videtur. BAVR *in Bibl. Vniuers.* T. I p. 265 duplicis alterius editionis meminit, cuius prima anno 1474 sine loci, & typographi indicio, altera Romae an 1476 in lucem prodiit. Bibliographicae artis cultores de hac altum tenent silentium, ex quo insignis eiusdem raritas elucescit.

Eusebius PAMPHILVS Episcopus Caesariensis historiae ecclesiasticae libros X scripsit, ecclesiae statum ab ipsis incunabulis vsque ad LICINII senioris necem, per annorum 324 decursum continentes. Perduxit istam vsque ad tempus pacis, synodum Nicaenam immediate praecedentis, licet illam nonnisi post aliquot annos scripferit; in ea enim meminit non modo *Chronici*, sed & librorum de *Demonstratione Euangelica*, quae, concilio Nicaeno finito, componebat. CAVE *script. Eccles.* T. I p. 178.

Rufinus TORANIVS gente Italus, patria Aquileiensis, qui anno 390 florebat, EVSEBII historiae nouem tantum librorum versionem subleita fide adornauit, multis contractis, multis additis, dimidium libri octaui omisit, decimum vix attigit. Duos vltimos libros, sicut & praefationes vtrasque RVFINVS, non HIERONYMVS, vt in nostro exemplari legitur, composuit. Libri isti ab Arianae haereseos primordiis ad THEODOSII *M.* mortem vsque pertingunt. In historia isthac concinnanda, temporisque ratione digerenda credulum admodum fuisse RVFINVM constat, in fabulas, & incertos plebeculae rumores nimis propensum, quos e triuio, & tonstrina petitos litteris mandare, temere solebat. Vnde SOCRATES libros istos ex integro orditus est. CAVE T. I. *Hist. script. Eccles.* p. 28. & 288.

XXIV. Francisci Petrarchae Libri II. de remediis vtriusque fortunae per dialogos 154. in fol.

Opus istud foliis 187 contentum, papyro albae, ac firmae typo, quo praecedens, impressum est. Singulae paginae 39 exhibent lineas. Litteras initiales paruas typographus

 adii-

adiiciendas curauit. Desunt signaturae, custodes & paginarum numeri. Signa distinctionum praeter punctum, colon, & interrogationis signum obseruantur. Tituli nec operis initio, nec capitulis adspiciuntur praefixi.

Priora duo folia occupat index, ad cuius finem legitur: *Explicit liber iste d' remediis vtriusque fortune domini Francisci petrarche laureati poete* &c. Sequitur dein folio tertio impresso absque titulo auctoris prologus, cuius initium: *Cum res fortunasque hominum cogito! incertos subditos rerum motus* &c. Auersa folii 5 pagina, linea vndeuigesima *Explicit prologus*, cui haec sunt subiecta: *Incipit liber Primus de Remedys vtriusque fortune De aetate florida Sequitur Capitulum Primum* &c. Auersa folii 53 pagina nouem solummodo lineas complectitur, post illam legitur impressum: *Vacat nec Vicio Nec Defectu.* Sequenti folio Capitulum priori pagina interruptum viterius procedit, ac linea vndecima terminatur. Auersi folii 88.

Finit liber p'mus de Remedys
vtriusque fortune laureati poete feliciter.

Librum primum folio 59 sequitur secundi prologus, cuius finis auersa folii 93 pagina, linea vndecima adparet. Folio sequenti primum libri secundi capitulum initium sumit. Prima folii 187 pagina, linea decima opus absoluitur, cui subnexum habetur:

Laus deo pax uiuis: Requies eterna defunctis.

Meminit huius editionis peruetustae, *Georg.* SCHELHORN *in Diat. Praelim. ad lib. singul. de optim. script. Edit. Cardinalis* QVIRINI. BAVR, & alii illam penitus ignorarunt. Altera anno 1492. Cremonae in folio prodiit, quam BAVR T. II suppl. p. 265 recensct.

Auctor huius operis *Franciscus* PETRARCHA Aretii in Tuscia ex Florentinis parentibus, vel vt alii volunt, circa Ancisam Florentini agri vicum maiorum suorum sedem an. 1304 natus, Archidiaconus Parmensis, tum cathedralis ecclesiae Patauinae Canonicus fuit. Scripsit plurima & pedestri, & soluta oratione. Vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularibus litteris omnium sui temporis longe doctissimus, Philosophus, Rhetor, & Poeta celeberrimus, qui litteras Humanitatis post longa silentia mortuas, ab inferis reuocauit ad superos, non minus sancta conuersatione, quam scientia clarus eminuit. TRITHEM. *de script. Eccles.* Qui plura, de viro isto celeberrimo doctissimorum virorum elogia legere cupit, adeat BLOVNT *Censuram Celeb. auctorum* p. 304.

XXV. Petri Lombardi Libri IV. Sententiarum. in fol. mag.

Integrum hoc opus foliis 265 contentum, in duabus columnis nimis arctis charactere gothico maiusculo, ac sculpto, quo EGGENSTEIN ad CLEMENTIS *V. Constitutiones* & GRATIANI *Decretum* anno 1471 excudendum vsus, & quem tabula I. Num. IV exhibet, expressum est. Charta est alba, & firma admodum, in quo typographus amplissimas reliquit margines. Duplex chartarii signum obseruaui, caput bouis, cuius inter cornua stilus exsurgit in stellam desinens, & littera D saepius descripta. Litterae initiales deauratae, & variis coloribus distinctae, minores vero rubro colore depictae opus haud parum commendant. Caret signaturis, custodibus, & paginarum numeris. Interpunctiones adparent punctum, & colon. Quaeuis columna 42 lineas complectitur.

Prologus sine titulo, aut inscriptione inchoans, tertia folii primi columna, linea 19 desinit, quem primi libri capitula excipiunt; singulis enim libris praemissa sunt capitula. Secunda folii quarti columna primus incipit liber, & secunda folii 80 columna, linea 31 absoluitur his verbis subnexis: *Hic finit p'mus liber de misterio trinitatis.* Auersa pagina vacua est. Auersa vltimi folii pagina, linea quinta *Explicit liber sententiarum.*

Cl. DENIS *in Bibl. Garell. Memorab.* p. 37 eandem editionem descripsit, in cuius superiore folii primi margine contra omnem consuetudinem manus coeua annum 1471 adscripsit.

Atque

Atque ex hac ratione inter libros an. 1471 impressos recensere non dubitauit. Praeter BAVR, qui eam in *Bibl. Vniuers.* rarissimam adpellat, nulli alteri Bibliographorum, vt idem adnotauit, innotuit. Est sine omni dubio omnium prima, quam duae aliae, vna Norimbergae an. 1474, & altera Venetiis 1477 in lucem emissae sequebantur. Vtriusque MAITTAIRE, & ROEDER Catal. Libb. sec. XV. Norimb. p. 6 meminerunt.

Iacobus THOMASIVS, cui consonare videtur *Guil.* CAVE, *de plagio litterario*, *Petrum* LOMBARDVM plagii litterarii accusauit, eoquod sua ex BANDINI obscuri, & ignoti Theologi sententiarum libris desumpsisset. Ast OVDINVS *in suo Comment. de script. Eccles.* T. II col. 1222 penitus a LOMBARDO calumniam illi iniuria illatam depellere studuit.

„ Iam, inquit, vtrum BANDINVS, seu BAVDINVS ex LOMBARDO exscripserit, an LOM- „ BARDVS. ex BAVDINO, coniectari facillimum est. LOMBARDVS enim anno 1164 mortuus „ die 20 Iulii non potuit exscribere BAVDINVM, anno 1382 tempore WICLEFFI florentem: „ at BAVDINVS hoc anno clarus, recte libros Magistri Sententiarum anno 1164 mortui in com- „ pendium contrahere potuit. Vnde nota Plagarii merito in BAVDINVM non in LOMBARDVM „ cadit. Idem defendit Cl. DENIS l. cit.

XXVI. Concordia discordantium canonum, in fol.

Opus istud non integrum GRATIANI decretum continet, sed solum eiusdem rubricas, ac cuiuslibet canonis initium. Istud eodem typo, quo immediate praecedens; illae vero gothico minusculo, quem tabula I. Num. V exhibet, impressae sunt. Vnde haud dubito, praesens opus ex eadem EGGENSTEINII officina in lucem prodiisse. Constat foliis 64, estque in duabus columnis impressum. Charta est firma admodum, sed minus polita. Caret signaturis, custodibus, ac paginarum numeris.

In fronte operis legitur: *Humanum genus duobus regitur.* Haec sunt maioribus litteris, quae vero subsequuntur, minoribus impressa. *In noie sancte & indiuidue trinitatis Incipit concordia discordancium canonum. ac primum de iure constitucionis nature humane Rubrica.* Prima folii 63 columna *Expliciunt rubrice* &c. Reliquum folii vacuum est. Folio 64 in duabus columnis charactere minusculo initialia quorumdam canonum verba leguntur impressa. In prima columna legitur: *Vt vineam.* In secunda: *Si vobis fratres.* In prima ad finem: *Gracia que per.* In secunda: *placuit.* Editio huius operis est antiquissima, de qua bibliographicae rei scriptores parum notitiae habuerunt.

XXVII. Dialogus *Malogranatum* dictus, in tribus libris distinctus, interlocutoribus Patre, & filio. in fol. mag.

Litterae, quibus hoc opus est impressum, plane eaedem sunt, quibus rubricae praecedentis operis sunt expressae. Vnde nullus dubito, ab eodem typographo & hoc typis fuisse euulgatum. Constat foliis 214, quorum singula in quatuor distincta sunt columnas. Columna quaelibet habet lineas 54. Charta alba quidem est, & firma admodum, sed minus polita, diuersis chartarii signis insignita, scilicet rosa, littera D, quam secat stilus ex vna parte in duplicem crucem, ex altera in annulum desinens, & vua. Interpunctionis signum solum occurrit punctum. Litterae initiales, signaturae, custodes, & paginarum numeri desiderantur. Capitulis nulli praefixi sunt tituli, nulli quoque distinctionibus. In marginibus lateralibus conspiciuntur maiores alphabeti litterae, materiam in indice contentam significantes.

In fronte operis nec titulus, nec auctoris nomen legitur, sed immediate eiusdem praefatio his verbis incipit: *Et dabo tibi mustum malorum granatorum meorum. can. VIII.* Haec secunda eiusdem pagina columna, linea 34 terminatur. Columna tertia incipit distinctionum,

& capitum index quinque columnis contentus, quem folio tertio materiarum index alphabeticus excipit, prima folii 13 columna desinens. Reliquum folii vacuum est. Folio 14 ipsum opus sine titulo his inchoat verbis: *fili accedens ad seruitutem dei sta in iusticia* &c. Liber primus de *statu incipientium* tractans quarta folii 57 columna, linea 50 finitur. Libro secundo, qui folio 58 incipit, prima folii 130 columna, linea 29 finem imponit. Paruo spatio interiecto, tertius sequitur, qui tertia folii 214 columna, linea 42 finitur, cuius verba sunt: *secula seculorum Amen Explicit.*

Hac de editione quoque Bibliographi nullam faciunt, mentionem. *Henr.* WARTHON *in Adpend. ad* CAVE duarum aliarum meminit editionum, quae sine loci, & typographi indicio anno 1481 in 4 & in 1487 in folio in lucem prodiere.

GALLVS, natione Germanus, aulae regiae Coenobii iuxta Pragam Bohemiae metropolim, Ord. Cisterciensis Abbas huius operis auctor praedicatur. Hunc virum TRITHEMIVS ob sacrarum litterarum peritiam, diffusam veterum lectionem, profundam rerum diuinarum contemplationem, ingenii acumen, & morum sanctitatem, insigni elogio celebrat. Floruit an. 1370. Scripsit praeter istum dialogum ad fratrum suorum instructionem sermones. *Henr.* WARTHON l. c. OVDIN. *Comment.* T. III col. 1131. POSSEVIN. *Adpar.* T. I p. 614.

XXVIII. Lotharii Diaconi Cardinalis postea Innocentii III. P. M. I. Liber de Miseria conditionis humanae. II. Tractatus bipartitus incerti auctoris de creatione mundi, formatione Angelorum, & pluribus aliis religionis capitibus. III Summa breuis de poenitentia. IV. Sermones pro mortuis. V. Litigatio Satanae contra genus humanum. in 4.

Omnia haec opuscula sunt eodem typo, eidem chartae in inseparabili connexione impressa, & foliis 78 contenta, atque litteris gothicis minusculis, quibus praecedens, excusa. Desunt initiales litterae, signaturae, custodes, & paginarum numeri. Capitibus nulli praefixi sunt tituli, numeri, aut argumenta: & capita solum spatio vacuo inter illa relicto distinguuntur. Distinctionis signum praeter punctum nullum aliud obseruatur.

Initio primi in tres partes diuisi legitur impressum: *Incipit liber miserie condicionis humane a Lothario dyacono cardinali sanctorum Sergii & Bachi qui postea Innocencius papa appellatus est.* Tunc immediate *Incipiunt capitula primi libri*, quae auersa primi folii pagina, linea 10 praefatio ad Episcopum Portuensem, quem Cl. DENIS *Petrum* GALLOCIA vocat, excipit. Linea 21 eiusdem paginae inchoat capitulum primum de *conditionis humanae miseria.* Folio 36 linea 17. *Explicit liber de miseria condicionis humane.*

Auersa eiusdem folii pagina *Incipit breuis tractatus de creacione mundi de formacione angelorum de situacione & ordinacione mundi & pluribus aliis.* Constat hic tractatus duabus partibus: prima viginti, secunda decem complectitur capitula. Auersa folii 59 pagina, linea septima *Explicit summa breuis & utilis super diuersis composita.* Immediate deinde subiectum legitur:

Incipit summa penitentie utilis & breuis.

Terminatur ista auersa folii 64 pagina, linea 17, cui sequentia subnexa sunt:

Explicit summa penitentie utilis & breuis.

Incipiunt sermones pro mortuis. Et primo pro pueris &c.

Folio septuagesimo, linea 7 his verbis absoluuntur sermones:

Explicit liber bonus multum pro salute anime de diuersis editus.

Et dein mox additur: *Incipit litigacio sathane contra genus humanum.*

Ad calcem huius haec tantum habentur:

Explicit litigacio sathane contra genus humanum. Edi-

Editio horum opusculorum est insignis vetustatis, & raritatis, de qua praestantissimi Bibliographi nullam habuisse notitiam, videntur. De primo opusculo plures editiones Cl. DENIS *in Bibl. Garell. Memorab.* p. 192 recenset.

Libri a Georgio Husner *& Ioanne* Beckenhub *impressi.*

XXIX. Gulielmi Durandi Episc. Minatensis Rationale diuinorum Officiorum, in fol. mag.

Primum folium occupat operis index, sex columnis constans, in cuius fronte legitur: *Iste liber diuiditur in octo libros.* Folio secundo *Incipit rationale diuinorum officiorum guilhelmi minatensis ecclesie episcopi.* Opus integrum foliis 198 impressis comprehensum, in duabus columnis, quarum quaelibet 57 exhibet lineas, papyro firmae, sed minus politae charactere semigothico maiusculo, quem tabula II. Num. I repraesentat, impressum est. Litterae Initiales, custodes, signaturae, & paginarum numeri desiderantur. Interpunctionis signum solum obseruaui punctum. Chartarii signa tria occurrunt, caput bouinum, corona regia, ac littera D saepius iam descripta. Secunda folii vltimi columna:

Explicit rationale diuinorum officiorum.

Franciscus Antonius ZACCARIA in *Bibliotheca rituali* T. II p. 177 triginta duas huius operis recenset editiones, inter quas illa Moguntiae an. 1459 impressa principem tenet locum; praesentis vero nullam habuit notitiam. Immo & alii Bibliographi de ea silent, ex quo, insignis esse raritatis, merito coniiciendum est. Quonam autem anno in lucem prodierit, determinare non audeo: dubitandum tamen haud est, intra annos 1470 — 1476 prelum reliquisse, dum, anno 1476 elapso, HVSNER nullo amplius monumento innotescit.

Gulielmus DVRANDVS, aliis DVRANTES, natione Gallus, patria Narbonensis, in Podiomissione, quod Prouinciae oppidum est, nobili genere natus, diuersis officiis perfunctus: tandem anno 1286. factus Minatensis in Gallia Aquitanica Episcopus. Anno 1296 a BONIFACIO *VIII* ad Saracenorum Sultanum legatus, Nicotiae, quae Cypri metropolis est, pridie Nonas Iulii diem obiit. Eruditionem adsecutus est, pro tempore, quo vixit, haud vulgarem, eximiam theologiae, ac sacrarum litterarum scientiam, praecipue adcuratam iuris peritiam. Eius de re sacramentaria celebris haec fertur sententia:

Verbum Audimus,
Motum sentimus,
Modum nescimus,
Praesentiam credimus.

Alius a nostro fuit *Gulielmus* DVRANTVS Episcopus etiam Minatensis, nostri nempe nepos, & in sede successor, qui anno 1311 floruit. Scripsit *historiam*, siue *Relationem* rerum in Concilio Viennensi tractatarum, & tractatum de modo generalis concilii celebrandi. CAVE T. II p. 321 & *Rob.* GER. in Adpend. p. 14.

XXX. S. Anselmi Episc. Cantuariensis libri II. Cur Deus homo? in fol.

Horum librorum characteres omnino conueniunt cum illis quibus DVRANTI *speculum* anno 1473 a HVSNERO impressum est. Eos ostendit Tabula II. N. II. Triginta folia totum absoluunt opus. Pagina quaeuis integra 35 lineas complectitur. Desunt signaturae, custodes, paginarum numeri, & initiales litterae. Charta adparet munda, firmaque, sed minus polita.

Initio

Initio operis sequentia habentur: *Anshelmi. Cantuariorum Archipresulis clarissimi. prefatio in librum cur deus homo. incipit. feliciter.* Ex praefatione discimus, opusculum istud in Anglia S. Doctorem incepisse, & in Capuana Italiae prouincia, & quidem ob quosdam, qui, antequam esset perfectum, illo nesciente, primas transcribebant partes, festinantius, ac ideo breuius, quam vellet, perfecisse. Hac linea 26 finita, immediate vtriusque libri capitulorum argumenta subsequuntur, quorum finis linea folii secundi vigesima habetur. Dein mox *Incipit Liber Anshelmi Cur deus homo.* Folio 18 linea tertia *Explicit primus liber. Cur deus homo. Incipit liber secundus. qui intitulatur. Cur deus homo.* Iste auersa folii trigesimi pagina, linea 35 terminatur, cuius verba sunt:

non nobis attribuere debemus, qui est benedictus in secula. Amen.

BAVR hac de editione in *Bib. Vniuers. suppl.* T. I solus inter Bibliographos mentionem facit, eamque antiquissimam, & rarissimam vocat.

S. ANSELMVS, patria Burgundus, iuxta alios Italus, Augustae Salassorum in alpibus natus, LANFRANCI fama excitatus ad Beccense monasterium properauit, atque ordinem Benedictinum ingressus est anno aetatis 27. Post LANFRANCVM eiusdem monasterii Prior, & dein Abbas constitutus, ac demum exactis in eo munere quindecim annis, Archiepiscopus Cantuariensis, tametsi diu reluctatus, anno 1093 inauguratus est. Multis pro ecclesia laboribus in Italia, Gallia, ac Britannia, perfunctus, tandem Londini anno aetatis 76. Christi 1109 obiit. Hic vir ingentibus dei bonis, doctrina, & sanctitate exornatus, varia scripta, magno eorum bono reliquit, qui ea voluerint attente legere.

S. ANSELMVS praesens opusculum ante annum 1097 imchoasse, ac in exilio suo, quod ab eodem anno vsque ad an. 1100 ob ecclesiasticae libertatis defensionem passus, compleuisse ex prologo videtur, in quo ita disserit: *In magna enim cordis tribulatione, quam & cur passus sim, nouit Deus, illud in Anglia incepi, & in Capuana prouincia peregrinus perfeci. Conf. Gul.* CAVE *hist. script. Eccles.* T. II p. 161.

XXXI. Petri Aureoli Ord. Min. Breuiarium scripturae, seu Epitome vniuersae S. Scripturae iuxta sensum litteralem. in fol.

Breuiarium istud, foliis 147 constans, auersa primi folii pagina sequentibus inchoat: *Incipit cpendium literalis sensus totius biblie seu scripture editum a fratre petro aureoli ordinis minorum. Et ponitur cmendacio sacre scripture in g'nali.* Folio tertio, linea 22 incipit *Commendatio sacre scripture in speciali.* Ad calcem operis haec habentur impressa: *Compendium literalis sensus tocius diuine scripture tam biblie quam aliarum suis capitulis perpulchre distinctum & vt fertur editum a venerando fratre petro aureoli ordinis minorum Explicit feliciter.*

Eodem prorsus typo, quo praecedens, & haec est impressum, nullos ostendens custodes, signaturas, nullosque paginarum numeros. Lineae in quauis pagina triginta quinque numerantur. Litteras initiales adiecit miniculator. Praeter punctum nullum aliud occurrit interpunctionis signum. Charta est firmissima, munda, & alba. Editio haec Bibliographis ignota, merito peruetustis, & rarissimis adnumeratur.

Petrus AVREOLVS, natione Gallus, ex oppido, quod *Verberia* dicitur, vnde *Petrus* de VERBERIA vulgo nuncupatur, Theologus scholasticus, circa annum 1330 plurimum excellens, plura theologici argumenti monumenta reliquit. Maxima pars litteratorum illum Ordinis Minorum alumnum, & Archiepiscopum Aquensem fuisse volunt. Ast Cl. OVDIN *in Comment. de script. Eccles.* T. III col. 847 vtrumque impugnat, & ex documentis antiquissimis, atque coaeuis, illum ordinem Vallis Scholarium fuisse professum, demonstrat.

XXXII.

XXXII. Hugonis de Prato Ord. Praedic. Sermones dominicales per totum annum. in fol.

Hoc ampliſſimae molis volumen folia 477 compleſtitur, litteris iisdem, quibus DVRANTI *Rationale* ſuperius recenſitum, expreſſum eſt. Charta eſt firma admodum, ſed minus alba, & polita, duplici chartarii ſigno inſignita, ſcilicet cruce, & capite bouino. Interpunctionis ſignum ſolum adparet punctum. Initiales litterae, cuſtodes, ſignaturae, ac paginarum numeri deſiderantur. Lineae in quauis pagina quadraginta exhibentur. Sermones in ſuperiori margine litteris capitalibus ſunt indicati. Praemittitur operi alphabeticus materiarum index, nouem contentus foliis. Prima folii decimi pagina in fronte legitur: *Incipiunt ſermones dominicales ſuper euangelia & epiſtolas per totum annum editi a fratre hugone de prato ordinis predicatorum.* His ſubiectus eſt prologus, lineis 25 conſtans, quem immediate in eadem pagina primus excipit ſermo. Iſtum prima folii 13 pagina, linea 35 ſequitur *Sermo ſecundus de epiſtola.* Ad calcem operis ſequentia leguntur: *Expliciunt ſermones dominicales ſuper euangelia & epl'as per totum annum fratris hugonis de prato ordinis predicatorum.*

Hugo de PRATO ab origine, & quamdiu vixerat, ita dictus, his vero poſterioribus ſeculis de *Prato florido* vulgo nuncupatus, etruſcus fuit, & Florentiae in S. Mariae Nouellae Ordini Dominicano nomen dedit. Claruit circa annum 1322. Tanta eloquentia fuit praeditus, vt maximus ſacri verbi concionator habitus, omnium aures ad ſe traheret. Sermones eius, licet aliquam eiusdem aeui ſimplicitatem oleant, tamen etiam huius politioris, delicatiorisque ſeculi non diſplicent auribus, auideque leguntur, & conquiruntur a celeberrimis verbi Dei praeconibus ob eximiam methodum, rationumque pondus. Ita QVETIF *T. I ſcript. Ord. Praedic.* p. 551.

Libri a Martino Flach *impreſſi.*

XXXIII. Guidonis de monte Rocherii Manipulus Curatorum. in fol.

In fronte operis ſequentia habentur: *Tabula ſequentis operis quod Manipulus curatorum nuncupatur feliciter incipit.* Tabula priora duo folia occupat. Folio tertio *Incipit feliciter doctiſſimi ac famoſiſſimi viri domini Guidonis de monte Rocherii liber qui Manipulus curatorum vulgariter appellatur In quo per neceſſaria officia eorum quibus cura animarum miſſa eſt ſecundum ſeptem ſacramentorum ordinem breuiter pertractantur.* His ſubiecta legitur epiſtola dedicatoria ad *Raymundum* Valentiae Epiſcopum anno 1334 ſcripta, quam auerſa pagina prologus, ac iſtum folio quarto, linea vigeſima *Diuiſio huius operis* excipit. Linea 30 incipit *Tractatus primus de ſacramentis in generali & habet tria capitula.* Opus folio 107 his verbis finitur: *Deo gracias.*

Typus, quo impreſſum eſt hoc opus, gothicus maiuſculus, ac rudis eſt, quem tabula II. N. III exhibet. Lineae in quauis pagina integra 36 numerantur. Litterae initiales nullae adparent, nullae ſignaturae, nulli cuſtodes, nullique paginarum numeri. Interpunctionis ſignum occurrit punctum, quandoque coma longiori linea expreſſum. Charta eſt firma, ac minus polita, chartarii ſigno, capite bouino, inter cuius cornua ſtilus exſurgit, in ſtellam deſinente, inſtructa.

Peruetuſta haec eſt editio, Bibliographis ignota, iisdemque litteris expreſſa, quibus *Martinus* FLACH *Zamorenſis Speculum vitae humanae* anno 1475 fine loci indicio impreſſerat, ſed fine dubio Argentinae; nam quoties editionis locum adnotauit, Argentinenſem ciuitatem nominat, vnde concludendum, eum artem typographicam ſemper in eadem exercuiſſe; quod & Cl. SCHOEPFLINIVS *in Vindic. typogr.* adfirmat.

De huius operis auctore POSSEVINUS *in Adpar. S.* & OUDIN *in Comment.* de script. Eccles. T. III col. 910 haec tantummodo habent: *Guido de* MONTE ROCHERII, natione Gallus Theologiae Professor scripsit anno 1333 opus praenotatum *Manipulus Curatorum.*

XXXIV. Concilii Basileensis Bulla decernens, B. *Virginem Mariam esse sine labe conceptam*, ac Conceptionis festum per totam ecclesiam esse celebrandum. II. Historiae, & Missae diebus SS. Annae, Ioachim, & Ioseph festiuis dicendae. III. Orationes ad laudem dei Matris, eius parentem, Coniugis, sororum, aliorumque consanguineorum. in fol.

Haec omnia iisdem characteribus, quibus praecedens, impressa, ex eadem quoque officina in lucem prodiisse, nemo vocabit in dubium, qui oculis suis adspexerit. Omnia foliis 34 comprehensa sunt. Charta est firmissima, sed minus alba, & polita. Litteras initiales paruas adiecit typographus: desunt vero signaturae, custodes, & paginarum numeri.

In fronte primi legitur: *Item mater dei maria a suis parentibus ioachim & anna in originali peccato non est ɔcepta. sed tota pulchra. ab omni peccato singulari priuilegio preseruata. Quod quidem in basiliensi consilio finaliter diffinitum & declaratum est & de post per sedem apostolicam ɔfirmatum. cuius decreti bulla & tenor est iste vt de verbo ad verbum sequitur.* Bulla auersa primi folii pagina, linea 27 terminatur. Folio secundo, linea 78. *Sequitur Prima hystoria de S. Anna,* breuiter descripta, in qua plura fabulis inspersa narrantur, scilicet: *S. Annam* Christo superstitem, post eius ascensionem cum *M. Magdalena*, & *Martha* in Marsiliam venisse, ibique mortuam in ciuitate Aptensi Archiepiscopatus Arelatensis fuisse sepultam, S. Ioachim vero Ierosolymis iuxta templum, in quadam cauerna subterranea requiescere. Ad finem huius paginae litteris capitalibus legitur impressum: DA. GLORIAM. DEO &c. Auersa eiusdem folii pagina habentur *Versiculi de. Sancta anna.* Folii tertii initium sic sonat: *Ad laudem & honorem dei genitricis marie. hic secuntur tres historie. suis temporibus singulis annis celebrande.* &c. Prima est de *S. Anna*, quae prima folii vndecimi pagina, linea 24 absoluitur. Auersa pagina vacua est. Folio sequenti *Officium misse de sancta anna*: auersa folii 13 pagina *Hystoria pulchra de sancto ioachim*, de quo officium missae folio 21 incipit. Folio 22 inchoat *Historia de sancto ioseph*, de quo officium Missae folio 29, linea 20 definit. Subiicitur *Oracio deuota de passione cristi Et ɔpassione sue matris marie;* huic quaedam collectae. Auersa folii 32 pagina, linea 23 incipiunt Orationes cuiusdam Carthusiani *ad laudem dei matris parentum coniugis. sororum. aliorumque consanguineorum suorum. quos per valde diligit. in basilea sunt edite & compilate Et adhuc multe alie que hic non sunt impresse.* His omnibus auersa folii 34 pagina, linea 35 finis impositus est. Manus coaeua, vt videtur, possessoris sequentia rubro colore adiecit: *Dominus Ioannes* KNVESSLY *donauit istas hystorias.* In margine folii primi superiore rubro colore annus 1476 adnotatus conspicitur. Ex quo patet, saltem anno 1476 haec typis euulgata fuisse.

XXXV. *Tractatus de iudeorum & ɔcpianorum communione & conuersatione: ac constitutionum, super hac re innouatione.* in fol.

Haec verbo tenus leguntur in fronte primae paginae, quae immediate tractatus quindecim foliis contentus sequitur. Folio duodecimo pro auisamentorum sigillo, & confirmatione addita est commissio *Ioannis* CAPISTRANI, quam circa conuersationem Iudaeorum, & innouationem, atque confirmationem ordinationum ecclesiae de Iudaeis a Domino NICOLAO *Papa V* anno 1447 obtinuit. Ad calcem tractatus legitur: *Explicit tractatus de iudeorum & ɔcpianorum ɔmunione & ɔuersatione, ac constitutionum super hac re innouatione.* Desunt in hac editione

tione peruetusta litterae initiales, signaturae, custodes, & paginarum numeri. Quaeuis pagina 33, & 34 lineas ostendit. Characteres sunt illis, quibus praecedentia impressa, simillimi, vnde & hunc tractatum *Martino* FLACH attribuere non dubitamus.

XXXVI. *Tractatulus seu summula breuis, de sponsalibus matrimoniis, famosissimi iuris vtriusque interpretis Iob'is an. bononien. vtilis ac fere necessariis omnibus animarum curam regentibus.* in fol.

Haec verba operis titulum constituunt, quem dein auctoris praefatio excipit, lineis 21 constans. His subiecta est *Rubrica prima de Sponsalibus.* Folii noni prima pagina, linea 27 finitur tractatus, cui subnexum habetur: *finis huius.* Litteris est expressus iisdem, quibus praecedens, eundemque linearum numerum exhibet; quare nullus dubito, quin ex eadem typographia, eodemque tempore prodierit.

Libri AVGVSTAE VINDELICAE iuxta characteres a *Gunthero* ZAINER, *Ioanne* SCHVESSLER, *Ioanne* BAEMLER, *Antonio* SORG, & in MONASTERIO ad *SS. Vdalricum*, & *Afram* impressi.

Animaduersio praeuia.

De Origine, & incrementis artis typographicae in vrbe Augusta Vindelica iam satis superque disseruere clarissimi, ac doctissimi viri D. Georgius Wilhelmus ZAPF *Electoris Moguntini Consiliarius Intimus* in sua historia typographiae Augustanae, *& D.* Franc. Antonius VEITH *in sua de eadem* Diatribe, *ita, vt de iisdem orationis protrahere filum, supersedere possem, nisi illorum opiniones in diuersa abiissent, ac in quaedam egomet incidissem, quae, ad eiusdem historiam supplendam, adducere necessarium duxi.*

Cl. VEITH, *indefessus rei litterariae, maxime Augustanae indagator, ac sanae critices peritissimus, virorum eruditorum* Achillis GASSARI, Martini CRVSII, Melchioris ADAMI, Caroli STENGELII, *& aliorum argumentis innisus, anno* 1466 *a* Ioanne BAEMLER *artem typographicam in vrbem Augustam introductam fuisse, suspicatur, cui quoque Cl.* ZAPFIVS *in prima Analium suorum editione subscribere haud dubitat. Ast in secunda, a* VEITHII *opinione discessit, maxime hoc fundamento fisus: Si* Ioan. BAEMLER *anno* 1466. *Biblia latina, & anno* 1467 *germanica typis euulgasset, cui verisimile videatur, eiusdem prelum ab anno* 1467 *vsque ad annum* 1472 *otiosum fuisse? Ast nullum opus ab illo intra annos* 1467 *vsque ad an.* 1472 *impressum in lucem proferri potest: itaque vel intra illos annos artem typographicam exercere cessauit, vel omnino ante annum* 1472 *nullum opus prelo commisit. Primum haud verisimile videtur: secundum ergo adseuerandum erit. Ita doctissimo Consiliario Intimo argumentari visum est.*

Quasnam horum Virorum partes sequar, diutius dubius haerebam; ex vtraque enim tam firma, tam conuincentia reperi argumenta, vt quid hac in re consilii caperem, tam facile determinare haud possem. Tandem illa sanae critices regula, quamdiu affirmatiua argumenta fide digna in re historia habentur, tamdiu eadem, neglectis negatiuis sequi debemus, *conuictus, in Cl.* VEITHII *partibus stare, decreui.* Achilles GASSARVS *temporibus vixit, quibus typographiae artis origo, ac in omnes Europae partes propagatio in recenti memoria, ac viri superstites erant, qui exploratum habebant, quo tempore, a quo viro illam fuerit Augustam introducta, ac quae nam opera a quolibet typographorum impressa in lucem prodierint.*

Ast nullum opus ante annum 1472 *a* BAEMLERO *typis excusum existit. Nullum opus, anni, & loci nota, atque illius nomine instructum, aut characteribus illis, quibus anno* 1472. *vsus fuit, impressum, facile admittere possem. Annon fieri potuit,* BAEMLER, *aliorum typogra-*

pographorum more , ante annum 1472 *plura opera , anni , loci , & typographi indicio destituta , impressisse? Annon fieri potuit , illum , facultatibus duorum Bibliorum impressione consumptis , in imprimendo vlterius progredi impotem , prelum suum ad tempus reliquisse , ac se forsan anno* 1468. Gnnthero ZAYNER , *aut alteri typographorum adsociasse , & pro stipendio in illorum typographeo , donec vires suas exhaustas instauraret , deseruisse ? Aut Bibliorum germanicorum , figuris ligno incisis , adornatorum , quae a nonnullis eruditorum* BAEMLER *attribuuntur , editione cum figurarum sculptoribus vti iuxta Cl.* ZAPFIVM Gunthero ZAYNER *contigit , in contentionem venisse , ac , eoquod forsan ciuitate donatus haud esset , vlterius artem typographicam exercere , prohibitum fuisse?*

Quamuis rationes istae certitudinis gradum haud attingant , tantum tamen ponderis possident, vt res tamdium indecisa sit , quamdiu argumentis omnino certis contrarium non euincatur.

Ast a BAEMLERO *anno* 1466. *Biblia typis fuisse euulgata , ob rationes non spernendas , quas infra , vbi ista prolixius adumbrabo , adducam , verisimile mihi videtur.*

Incertis relictis , ad indubitata progredior. Guntherus ZAYNER *anno* 1468 *monumento typographico , anni , loci indicio , ac nomine typographi instructo adparet , qui vsque annum* 1478 , *quo e viuis discessit , multa , ac praeclara opera diuersis characteribus , tabula II. Num. IV. V. VI. VII. exhibitis impressisse videtur.*

Ioannes BAEMLER *ab anno* 1472 , *quo suum nomen operibus a se impressis primum adiecit , vsque ad annum* 1472 *nomen suum imprimendo perennauit. Eiusdem Characteres tabula III. Num. I. II. III. exhibet.*

Ioannes SCHVESSLER *ab anno* 1470 — 1472 *artem typographicam exercuit. Characteres illius sunt prorsus iidem , qui tabula II. Num. IV adspiciuntur.*

Antonius SORG *anno* 1475 *adparet , & anno* 1493 *elapso , nullo amplius monumento innotescit.*

Ioannes WIENER *de Vienna intra annos* 1477 — 1479 : Ioannes KELLER *anno* 1478: & Ambrosius KELLER *anno* 1479 *solummodo comparent.*

De nostri Afceterii typographia iam satis prolixe in praefatione egi.

Nunc ad quemdam peruenio typographum , qui tam Cl. ZAPFIO *quam D.* VEITH , *ac aliis , quod sciam , Bibliographis incognitus , Augustae Vindelicae typographicam exercuisse artem , ex characterum comparatione videtur. Est ille* Ludouicus HOHENWANG *de Elchingen, qui anno* 1477. Summam HOSTIENSIS *typis tabula III. Num. VII exhibitis , excudit. Iisdem plane impressa extant* Biblia aurea *in lingua theodisca , ad quorum finem in omnibus , quotquot conspiciuntur , exemplaribus iisdem quoque litteris , licet crudioris formae videantur , impressum habetur :*

Hie endet die guldin Bibel gedruckt zu Augspurg.

Hac ex finali subscriptione , nisi eam a falsario quodam omnibus exemplaribus adpressam aestimes , patet , illa fuisse Augustae typis euulgata. Ex quo coniicere est , Ludouicum HOHENWANG *ibidem in typographicam incubuisse artem.*

Libri characteribus Guntheri Zainer *impressi.*

XXXVII. Expositio super canonem Missae. in fol.

Sequentia tituli loco in fronte leguntur: *Incipit notabilis expositio super canonem misse.* Sequuntur deinde canonis verba initialia : *Te igitur clementissime pater.* &c. Terminatur expositio prima folii vndecimi pagina , linea trigesima secunda , cuius verba sunt : *diuinorum. Amen.* Singulae

gulae paginae 35 complectuntur lineas. Desunt custodes, paginarum numeri, & signaturae. Prima initialis littera est omissa, reliquae vero sunt eodem typo, quo ipse textus, expressae. Impressa est iisdem characteribus, quibus *Guntherus* ZAINER anno 1468. *Meditationes de vita & Passione Domini*, & *Ioannes* SCHVESSLER anno 1470. *Iosephi Iudaei Antiquitates* euulgarunt. V. Tab. II. N. IV.

Editionem istam iam annos 1468 — 73 in lucem prodiisse, inde patet, quod nullum opus hoc charactere impressum anno 1473 elapso adpareat. Cl. ZAPFIVS de ea nullam habuit notitiam, ex quo merito Bibliothecarum cimeliis adnumeratur.

Huius expositionis Auctor est *Angelus de* BRVNSVICO, qui & EGGELINGVS dicitur, vir in diuinis scripturis eruditissimus, ingenio acer, vitae praeclarus, qui Moguntiae multo tempore praedicatoris gessit officium. Claruit circa medium seculi XV. Eamdem, paucis omissis, nonnullis additis, aut mutatis, *Gabriel* BIEL Academiae Tubingensis Professor publicus, qui anno 1480 florebat, in lucem emisit. Conf. WARTHON *in Adpend. ad* CAVE. p. 194. TRITHEM. *in Bibl. Eccles. Fabricii* p. 203.

XXXVIII. Speculum humanae Saluationis, quod Speculum B. Mariae Virginis dicitur. Latine & Germanice. c. figg. Accedit eiusdem operis compendium metrice scriptum a Ioanne Monacho San-Vlricano. in fol.

Andreas quidam, natione Italus, vt in prooemio legitur, officio Presbyter, composuit hoc opus, & ab anonymo in linguam vernaculam translatum est, *Speculum humanae saluationis*, & *B. Virginis Mariae* ideo adpellat, quod ex praecipuis vitae Christi, & B. V. Mariae circumstantiis documenta moralia hausisset.

Constat foliis 269, impressum est charactere gothico maiusculo, ac pingui admodum tabula II. N. V exhibito, quo *Guntherus* ZAINER ad *Speculum vitae humanae* anno 1471 excudendum vsus fuerat. Litteras initiales maiores partim omisit typographus, partim ligno incisas adiecit. Signaturae, custodes, & paginarum numeri desiderantur.

Praemittuntur huic operi duo prooemia, duoque indices, octo foliis contenti. In fronte legitur: *Incipit phemium libri sequentis.* Prima folii noni pagina vacua est, auersa vero sequentia habentur:

Lucifer Maiestas Genesi primo & ysaie ca. c.
Der fal Lucifers mit seiner gesöllschafft.

Verbis hisce subiecta est figura ligno incisa Luciferi casum exhibens. Dein sequitur *Primum Capl'm*, & quidem in lingua latina, cui versio eiusdem germanica subnectitur. Sic per totum opus textum latinum excipit eiusdem versio. Quodlibet quoque capitulum figuris ligno incisis, & ex veteri, nouoque testamento, atque Sybillarum libris adsumptis illustrare editor studuit. Auersa folii 230 pagina *Septem hore de passione xpi* inchoant, quas auersa folii 240 pagina *septem tristitiae B. V. Mariae*, istas vero folio 25 *septem eiusdem gaudia* sequuntur. Speculo folii 26, auersa pagina finis imponitur, cui *Alius liber saluationis humane metricus prioris libri materiam metrice ac compendiose tractatus*, subnexus est, foliis octo constans. Praemittit auctor praefationem, in qua sequentia habet: *Cum igitur prolixitas* — Auctoris Andreae — *praesertim tepidis lectoribus mater sit fastidii, eorum tarditati consulere proponens, auxiliante Domino humane saluationis auctore, fui ad laudem & honorem Proximorum profectum, mei exercitationem, siue exulantis aliqualem consolationem, dicti libri materias sententialiter metrica cogitaui perstringere compendiositate.* Sub finem vero ait: *Denique huius opusculi laborem, quod si placeat compendium siue breuiloquium humane saluationis nominetur debita cum reuerentia & humilitate offero. Reuerendo in xpo patri domino Iohanni abbati monasterii sanctorum*

 Vdal-

Vdalrici & Afre. vrbis augustensis. vt sua auctoritate emendetur, addendo, minuendo, commutando, sicut videbitur necessarium. De cuius voluntate in suo degendo monasterio presens opus compilaui. &c. Ad calcem compendii sequentes versus adiecit:

Explicit humaneque salutis summula plane
a me fratre Iohanne tui pater ordinis alme
vir bndicte puto quasi minimo monacho.

Quisnam hic IOANNES sit, an *Ioannes de* CARNIOLA, de quo Cl. VEITH. *in Alphab. III. Bibl. August.* p. 125 an alius, exploratum non habeo. IOANNES vero Abbas, cui compendium inscripsit, est *Ioannes de* HOHENSTEIN, qui abbatialem dignitatem libere depositam, in *Melchiorem de* STAMHAM, Virum de re litteraria optime meritum transtulit. Insuper verosimillimum videtur, eundem non solum compendii, sed versionis quoque germanicae parentem esse, vt Cl. VEITH optime adnotauit.

Hac de editione mentionem faciunt Cl VEITH l. cit. qui eam ex nostri monasterii officina prodiisse autumat: Cl. ZAPFIUS in *Annal. typogr. August.* qui eam cum RR. *Abbate Vrsinensi* HONORIO & *Franc.* KRISMER Carthusiano Buxheimensi *Gunthero* ZAINER adscribit, cui etiam Cl. PANZER *in Annal. Litterat. german.* in quibus quilibet litteratorem prolixiorem inuenire poterit descriptionem, consonat. Cl. SEEMILLER fasc. I p. 125.

XXXIX. S. Augustini Episc. Soliloquiorum libri II. in fol.

Tituli loco in fronte operis haec leguntur: *Aurelii Augustini episcopi ipponensis incipit soliloquiorum liber primus feliciter.* Folio vndecimo *Augustini episcopi hipponensis incipit soliloquiorum liber secundus.* Folii 23 prima pagina liber secundus terminatur his verbis: *A. fiat vt speramus.*

Eaedem sunt litterae, quibus haec S. Doctoris *soliloquia* impressa sunt, quae in praecedenti conspiciuntur. Desunt litterae initiales custodes, signaturae, & paginarum numeri.

Meminerunt huius editionis FREYTAG T. II adpar. p. 870, qui eam antiquissimam, ac rarissimam adpellat: DENIS *in Bibl. Garell. Memorab.* p. 235 qui horum colloquiorum praestantissimorum *S.* AVGVSTINI editionem vetustiorem haud adspexisse profitetur.

S. Doctor, vt Patres Congr. *S.* MAVRI testantur, ista colloquia cum sua ratione habita anno 387, dum annum aetatis trigesimum tertium ageret, composuit. V. T. I. Oper. S. August. p. 355.

XL. S. Augustini Episc. Liber de quantitate animae. Item Speculum peccatoris. in fol.

Primum opusculum foliis 29, secundum quinque constat, vtrumque eodem charactere, quo praecedentia, impressum, signaturis, custodibus, paginarum numeris, & litteris initialibus caret.

In fronte primi legitur: *Aurelii Augustini hiponensis episcopi liber de anime quantitate incipit feliciter.* Ad calcem vero: *Explicit liber Aurelii augustini* &c. BAVR T. I. Suppl. p. 149. editionem hanc antiquissimam vocat; *Patres* vero MAVRIANI eamdem ignorarunt. Iidem T. I. *Operum S.* AVGVSTINI p. 401. S. Doctorem hunc librum modo dialogico Romae anno 388 conscripsisse, testantur.

Secundum opusculum plerumque AVGVSTINI nomine euulgatum, *Patres* MAVRIANI inter suppositita opera reiecere, demonstrantes, illud ab auctore, cuius aetas in seculum a Christo nato duodecimum incidit, compositum fuisse. Legitur enim vocabulum *Praebendae* in capite 6 pro beneficio Ecclesiastico vsurpatum, ante seculum decimum vix auditum. *Guil.*

CAVE

CAVE in *Hist. script. Eccles.* T. I putat, ex ODONE *Cluniacensi*, & *Hugone* VICTORINO fuisse consarcinatum. Cl. DENIS, vel *Henrico de* HASSIA, vel DIONYSIO *Carthusiano*, qui eiusmodi speculum scripsere, attribuere, videtur. Conf. FREYTAG *Adparat. T. II* p. 877. OVDIN. T. I col. 969.

XLI. S. Hieronymi, & Genadii liber de viris illustribus. in fol.

Editio haec vetustissima, eaque rarissima, quae nec FABRICIO, nec S. Doctoris operum editoribus nota erat, principalem omnium locum obtinet praecipue, cum nec in prima operum *S.* HIERONYMI, nec in secunda editione ab ALERIENSI adornata ac Romae a SCHWEYNHEIM, & PANNARTZ anno 1468, & 1470 in lucem emissa inueniatur. Constat foliis 37, & nullas litteras initiales, nullas signaturas, aut custodes, vel paginarum numeros ostendit. Typus a praecedenti opere non obseruatur diuersus. Verba, & sententiae graecae sunt omissae, ad quas inscribendas typographus vacua reliquit spatia.

In editione Pannartzi extat Opus de viris illustribus unde Brama fallitur

In fronte operis tituli loco haec habentur: *Beati hieronimi presbyteri prologus in librum de viris illustribus.* Hic integram primam occupat paginam; auersa vero incipit *oculus* — id est index — *pro catalogo illustrium virorum.* Folio 23. *S.* HIERONYMI liber terminatur, quem auersa GENNADII liber excipit. Iste folio 37 fine finali subscriptione absoluitur.

FREYTAG, qui hanc celebrat editionem, contulit codicem cum *Ioan. Alb.* FABRICII editione, & insignem per omnia fere capita, lectionis deprehendit discrepantiam. In GENNADII libro desiderari testatur idem capita, de CAESARIO, SIDONIO, GELASIO, HIERONYMO, & GENNADIO ipso.

S. HIERONYMVS, natione Dalmata, Stridonem, oppidum in Pannoniae, & Dalmatiae confinio olim situm, natalem habuit. Parentibus christianis anno 329 natus, nonagesimo primo aetatis anno ad coelestia transmigrauit. Vir tam insigni sanctitate, quam omnibus litterarum scientiis celebris, ab ERASMO *Roterodamo*, & aliis viris litteratis omnium christianorum longe tum doctissimus, tum facundissimus, & theologorum princeps celebratur. Scripsit praeter alia vtrique reipublicae opera longe vtilissima, *catalogum scriptorum Ecclesiasticorum* a *S.* PETRO vsque ad SOPHRONIVM, qui circa annum 390 floruit, quem iuxta *Patres* MAVRIANOS anno 392 ad finem perduxit.

GENNADIVS, gente Gallus, Presbyter Massiliensis, qui anno 495 florebat, Virorum illustrium catalogum ab eo tempore, quo desiit *S.* HIERONYMVS, inchoatum, vsque ad annum 495 perduxit.

XLII. De Imitatione Christi libri IV. Augustae per Guntherum Zainer. in fol.

In primae codicis huius paginae fronte legitur: *Incipit libellus consolatorius ad instructionem deuotorum Cuius primum capitulum est de imitacoe xpi & ɜtemptu omnium vanitatum mundi. Et q'dam totum libellum sic appellant scilicet libellum de imitatione xpi. sicut euangelium Mathei appellatur liber generacois ih'u xpi Eoque in primo capit'o fit mentio de generacione xpi sed'm carnem.* Ad calcem operis haec notitia adiecta habetur: *Vir egregii Thome montis sancte agnetis in Traiecto regularis canonici libri de xpi imitacione numero quatuor finiunt feliciter per Güntherum Zainer ex reutlingen progenitum literis impressi ahenis.*

Libri isti iisdem litteris, quibus praecedentia opera, impressi, nec paginarum numeros, nec custodes, nec signaturas, neque initiales litteras exhibent.

Cl. ZAPFIVS, qui huius editionis in *Annal. typogr. August.* p. 21 meminit, illam ad annum 1472 refert, cui consonant viri clarissimi, SCHELHORN, DENIS, & HAMBERGER, qui pro sua sententia hanc adducit rationem: *Guntherus* ZAINER opus praesens impressit characte-

re

re *Monachali* dicto, quo tamen eum post annum 1472 vsum fuisse, non constat: merito igitur ad annum vel 1471, vel 72 referendum erit. Ast qua ratione hoc adfirmare potuerit HAMEERGERVS, non video; multi enim Bibliographorum plura opera sequentibus annis eodem typo impressa, recensent. Insuper *Guntherus* ZAINER, vt *Cl.* ZAPFIVS l, cit. p. X documento sat claro demonstrat, & quod in *praeuia animaduersione* exhibui, anno 1478 fatalem egit diem. Itaque dicendum erit, ZAINERVM, anno 1472 elapso, vel prelum reliquisse, vel ad alium transtulisse, vel aliis characteribus vsum fuisse, quod tamen HAMBERGERO probandum remanet.

De auctore huius operis praestantissimi diu disceptare non vacat. Qui plura de controuersia a viris doctissimis ea de re agitata, scire cupit, euoluat *Constantini* CAIETANI, *Io.* FRONTAEI, *Eusebii* AMORT, *Io.* MABILLONII, *Thomae* ERHARDI, *Io.* LAVNOII, & aliorum scripta, quae partim pro *Thoma de* KEMPIS, partim pro *Ioan.* GERSEN Abbate Ord. S. Ben. Vercellensi in lucem emissa fuerunt.

XLIII. Hieronymi de Vallibus Iesuida. in fol.

Iesuida Hieronymi de vallibus paduani. ad reuerendum in xpo patrem & dominum. dominum petrum donato regie vrbis padue presulem dignissimum dominum suum colendissimum. Haec tituli loco, operis initio habentur. Incipit deinde *inuocatio ad deum optimum maximum*, nouem versibus contenta, quam *inuocatio secunda ad episcopum*, cui inscripsit praesens opusculum de passione domini, excipit. Terminatur auersa primi folii pagina, versu decimo. Incipit suum carmen a conuocatione doemonum a Plutone inferni principe facta,qui ad suos orationem habuit, in qua IESV facta, doctrinam, & miracula enarrat, instantemque infernalis regni interitum desperabundus exponit. Denique doemonum cohortem ad furorem accendere conatur dicens:

Vadite iamque citi pedibusque accingite pennas!
Tu quoque imprimis allecto concipe vires,
Et solitas artes; maior tibi gloria restat,
Si struere ac tantum poteris componere mortem.
Quare age gorgoneis mea nata accincta venenis
Aggredere & diros longis de crinibus angues
Eripe, vipeream scribarumque infice mentem,
Atque odiis reple phariseos, iraque rumpat
Inde sacerdotes, scarioth tua vulnera iudas
Sentiat &c.

Auersa folii tertii pagina passionis domini inchoat descriptio, cui folii decimi auersa IESV in cruce pendentis ad animam christianam sermo finem imponit. Desunt litterae initiales, signaturae, custodes, & paginarum numeri. Typus est plane idem, quo praecedentia impressa sunt.

Cl. ZAPFIVS praesentem editionem antiquissimam, & rarissimam suis Annalibus non inseruit. FREYTAG *in Adpar.* T. III p. 4 & seqq. plures recenset editiones, hanc vero penitus ignorauit.

Hieronymus VALLIS, seu de VALLIBVS, siue VALLENSIS, patria Paduanus, Eques, Medicus, & Poeta eximius vixit seculo XV carmine satis elegante hexametro *Saluatoris nostri Iesu Christi* descripsit Passionem, quod primum esse opusculum ab eo compositum ex inuocationis ad Deum posteriori versu adparet.

Primitiasque meae (si qua est) en accipe musae.

Compo-

Compoſuiſſe & alia HIERONYMVM noſtrum, patet e codice MS. qui teſte *Philippo* TOMASINO in deſcriptione Bibliothecae, & Muſei *Laurentii* PIGNORII Canonici Taruiſini Venetiis 1632 in bibliotheca iſta olim extitit. Conf. FREYTAG *Adpar. III* l. cit.

XLIV. Kayſerlicher Landrechts Spiegel. in fol.

Integrum hoc opus folia 158 complectitur, eodem, quo praecedens, charactere impreſſum. Litteras initiales prologi, & regiſtri ligno inciſas adpoſuit typographus, reliquas miniculator rubro colore adpinxit. Cuſtodes, & ſignaturae deſiderantur, numerique paginarum, ſed tantum in indice, in opere vero ipſo foliorum numeri in vtraque pagina in ſuperiori margine impreſſi adparent.

Praemittitur operi praefatio, & index materiarum, foliis octo contentus. In fronte absque titulo, aut inſcriptione legitur: *In dem namen des höchſten richters Hieſu chriſti vnſer's herren.* Indicem ſequitur in ſeparata pagina imago ligno inciſa, imperatorem in throno ſedentem repraeſentans, cui a dextris Electores Eccleſiaſtici, a ſiniſtris laici adſtant, ad quorum pedes ſcuta gentilitia exhibentur: in inferiori parte clericus, & laicus flexis genibus codicem Imperatori offerunt. Incipit tandem ipſum opus, cui ſequens praefixus eſt titulus:

Hie hebt ſich an Keyſerlich Landtrecht buch geſetzt vnd geordnet von den Römiſchen Keyſern vnnd Kurfürſten Innhaltend alle gemeyn artickel der rechten was zethun rechtlicht erlaubt oder vnrechtz zeuermeiden verbotten, oder vnrecht ſey einem yegelichen menſchen vaſt nutzlich zewiſſen der ſel auch des leibs vnd zeytlicher gütter halb von gemeynes frides wegen von dem heyligen reich angeſehen vnd ernſtlich vor alter beſtätiget. Auerſa folii 108 pagina linea 5 legitur: *hie hebet ſich das edel lehenrecht buch alſo an.* Folii 143 auerſa agit *Von inſigeln.* Ad calcem operis ſequentia habentur:

Gottes gericht bedenck mit ſorgen.
Vnd richt dem reichen als den armen.

Eadem editio extat in Bibliotheca Imper. Vrbis Ratisbonenſis, quam Cl. GEMEINER in eiusdem bibliothecae notitia p. 286 N. 309 cum alia ab hac diuerſa recenſuit. Vtraque in *Panzerianis Annalibus* litteraturae teutonicae p. 29 & 30 inuenitur.

Compilator huius operis aeque parum innoteſcit, ac tempus, quo illud primam adſpexit lucem. Cl. PVETTER eiusdem exiſtentiam ad ſeculi XIII finem, aut ad initium ſeculi XIV referendam arbitratur. P. I. LAMBACHER *in diſſert. epiſt. de aetate Speculi Sueuici*, anno 1282 illud fuiſſe confectum exiſtimat.

XLV. Hiſtoria Ioſaphat, & Barlaam. Theodiſce. in fol.

Opus hoc foliis 96 contentum fine titulo, aut inſcriptione a praefatione, quae primam folii primi paginam occupat, his verbis incipit: *Hie vahet an eyn gar loblich vnnd heylſam allen chriſtglaubigen cronica.* Ad finem praefationis haec habentur: *Eyn ende hat die vorred. Vnd vahet an das buch der heyligen chriſtenlichen lere.* Auerſa pagina primum inchoat capitulum, cui figura ligno inciſa praefixa eſt. Initiales litterae, & figurae cuilibet capitulo praemiſſae, ligno inciſae conſpiciuntur. Deſunt ſignaturae, cuſtodes, & paginarum numeri. Typus eſt plane idem, quo opera praecedentia excuſa ſunt. Ad calcem operis ſequens legitur notitia:

Eyn ende hatt das buch der chriſtenlichen lere die hyſtori Ioſaphat vnd Barlaam genannt. die eynen yegklichen criſtenmenſchen gut vnd heylſam zeleſen iſt. wann er lernet darauſs gruntlichen das heyl ſeiner ſel wie er ſoll fliehen der welt den leib vnd den teufel auch allen vngelauben. der auff die recht grundfeſte die Criſtus iſt gebawen iſt vnd dem allein in gantzer begire vnnd volkomner lie-

be des hertzens des gemütz vnnd der sel anhangen vnd dienen. Dem alle ziere glori herrsehung ere vnnd grosmächtigkeit mit gott dem vatter vnnd heyligen geyst sey ewiglichen Amen.

Cl. ZAPFIVS *in Annal. typogr.* p. 141 praesentem recensuit editionem & testatur, in exemplari Buxheimensi sequentia fuisse adnotata; *das buch hat geben den Karthuser zu Buchsheim der Ersam man gunther Zainer buchtrucker vnd Burger zu Augspurg.* Cl. PANZER *in Annal. Litterat. teut.* p. 23 annum 1470 quoque adscriptum esse, nos docet, de quo autem Cl. ZAPFIVS nullam mentionem fecit.

Auctorem huius historiae *Ioannem* DAMASCENVM alii volunt; alii *Ioannem* SINAITAM; hos tamen pluribus argumentis aperte satis refellit *Iac.* BILLIVS in praefatione ad nouam versionem a se adornatam, in qua verum *Ioannis* DAMASCENI foetum esse adfirmare haud dubitat. Quod autem ad ipsam historiae veritatem attinet, multi iterum sunt, qui eam fabulis adnumerare volunt. BILLIVS praefatus l. cit. inquit: „ Videri fortasse posset nonnullis hoc opus „ non tam veram historiam esse, quam sub historiae specie tacitam vitae monasticae atque ad „ christianam perfectionem exactae, collaudationem, nisi auctor sub finem eam se ab homi-„ nibus a mendacii crimine alienis accepisse testaretur.

Historiam hanc non solum in linguam vulgarem translatam, sed insuper in compendium fuisse redactam cuilibet vel obiter consideranti patebit.

XLVI. Donatus allegoricus. in fol.

In fronte huius opusculi septem foliis comprehensi legitur: *Donatus arte grammaticus homini in suiipsius ɔgnicionem per allegoriam traductus incipit feliciter.* Octo orationis partes in tot paragraphis morali sensu explicantur. *Partes oracois q't st octo que ɔgnicio substancie cognitio qualitatis. ɔgnitio precepti domini operacio eiusdem. cognicio hominis secundum deum & secundum naturam. ɔsideratio futuri iudicii. ɔsideracio leticie electorum. ɔsideracio tristicie dampnatorum.* Impressum est typo iam saepius praesato.

Auctor huius opusculi omnino incognitus est. Cl. DENIS in *Bibl. Garell. Memorab.* p. 237. *Ioanni* GERSSONIO quondam fuisse adscriptam, animaduertit; ideo illud *Du* PIN eiusdem operibus, quorum editionem vltimo adornauit, adsociauit, addens: *Opus ludricum & alterius a Gersonio* scriptoris. T. IV col. 835.

XLVII. Modus perueniendi ad summam sapientiam. in fol.

Auctor huius tractatus incognitus prologum praemisit, in quo maxime dolet, amoris ardorem in multorum quoque religiosorum cordibus refriguisse. *Ideo*, ait, *patres Reuerendi ac fratres preclarissimi relicta hac humana scientie inutilis curiositate ac omnium secularium negotiationum vanitate immo omnium carnalium delectationum voluptate religiosa anima per amoris ascensionem ad fontem omnis sapientie ac totius bonitatis desiderando ascendat in quo solo reperiet veritatem.* Prologo secundo folio, linea septima absoluto, *Incipit modus ad summam perueniendi sapienciam.* Modum constituit triplicem: I. *anima purgetur.* II. *Diuinis fulgoribus illuminetur.* III. *In summo apice affectiue constituta ad culmen amoris vnitiui perficiatur.* Foliis 24 totus hic tractatus absoluitur, charactere saepius memorato impressus: caret signaturis, custodibus, paginarum numeris, & initialibus litteris. Hac de editione nec Cl. ZAPFIVS, nec alius Bibliographorum notitiam habuit.

XLVIII. Liber precatorius. Theodisce. in 12.

Duo sunt, quae huius libelli insignem raritatem depraedicant: primum est, quod nemo litteratorum, nec Cl. ZAPFIVS solertissimus alias Augustanarum editionum collector notitiam habue-

habuerit, neque in *Panzerianis Annalibus* vlla eiusdem occurrat mentio : secundum, quod vix vllus huius materiae libellus in lingua vulgari prima typographicae artis aetate impressus inueniendus sit. *Guntherus* ZAINER illum saltem anno 1472 prelo subiecit, equod a manu coaeua hic annus bis rubro colore adiectus, conspicitur. Praemissum est eidem calendarium duodecim foliis contentum. Auersa folii 13 pagina — prima vacua est — *vachet an das regster dises büchleins.* Continet praeter calendarium *septem psalmos poenitentiales*, *Septem horas diurnas vnacum matutino : Officium defunctorum ; Octo psalmorum versus cum orationibus S. Bernardi* : Deinde *preces ante & post communionem dicendas.*

Constat hic libellus foliis 198, eodem impressus charactere, quo praecedentia omnia excusa extant. Caret initialibus litteris, signaturis, custodibus, & paginarum numeris.

XLIX. S. Gregorii Magni Epistolarum Partes XIV. in fol. mag.

Duplicis generis charactere hoc opus, & duo sequentia sunt expressa : primus est gothicus maiusculus, quo praecedentia sunt excusa, secundus Romanus, quem tabula II. N. VI exhibet.

Epistolas index decem foliis constans praecedit, ad cuius initium rubro colore, & gothicis litteris impressum legitur :

In nomine domini nostri Ihesu cristi. Incipiunt captiula libri sequentis ex registro sancti Gregorii pape vrbis rome Inditione nona que fuit ordinationis eius prima. id est Anno dominice incarnationis quingentesimo nonagesimo secundo. Ad indicis finem rubro quoque colore, iisdemque litteris excusum habetur : *Registrum in librum Epistolarum beati Gregorii pape pro apostolice ecclesie conseruatione felicique regimine ad sanctos aliosque catholicos prelatos missarum. Vnde etiam decreti liber originem sumpsit feliciter explicit pro fine cuius laus sit & gloria christo amen.* Folio vndecimo incipiunt epistolae in quatuordecim partes distinctae, foliisque 154 contentae, quas Symbolum eiusdem S. Doctoris de fide Sacro-sanctae Trinitatis praecedit. In eadem columna — In duas enim quaelibet diuisa est pagina — *Incipit registrum sancti gregorii pape vrbis rome Vniuersis episcopis per siciliam.* Epistola prima, cuius initium diuersum est ab ea, quae in editione *Mauriana* habetur, secunda eiusdem folii columna, linea 16 terminatur. Parti primae tertia folii 15 columna finis est impositus. Columna quarta inchoat secunda epistolarum pars. Ad calcem operis sequens habetur notitia : *Liber Epl'arum beati Gregorii Pape & Apl'ce ecclesie 9seruatione : Felicisque regimine. Ad sanctos aliosque Katholicos prelatos missarum. Vnde etiam decreti liber originem sumpsit. Feliciter explicit. Pro fine cuius sit laus & gloria xpo Amen.*

Initiales litterae adparent ligno incisae, nulli vero custodes aut signaturae. Foliorum numeri in indice desunt, in epistolis vero in vtraque pagina sunt ab ipso typographo adiecti. Characteres titulorum sunt gothici ; textus vero, romani & nitidi. Charta est firma, & alba, sed minus polita, chartarii signis rosa, & vua insignita.

Editio haec peruetusta, ac rarissima, Bibliographis etiam praestantioribus ignota, principem omnium obtinet locum.

S. GREGORIVS Epistolas, in quibus singularis eius prudentia, sollicitudo pastoralis, effusa in pauperes liberalitas, animi simul robur, & demissio, ceteraeque virtutes adumbrantur, illo tempore, quo Pontificatus officio per tredecim annos, & sex menses, paucis diebus additis defunctus est, ad instruendam ecclesiam sibi a Deo commissam scripsit. Vnde etiam in tot libros, quod annis rexerat ecclesiam, epistolae diuisae comparent. Conf. T. II. Operum S. Greg. Edit. PP. Benedict. Congr. *S.* MAVRI p. 477.

L. Wilhelmi Episc. Lugdunensis, ac Doctoris Pariensis de fide, legibus, ac fidei Sacramentis Partes X. in fol.

Opus praesens folia 139 complectitur, papyro mundae, firmae, sed minus politae, charactere romano, si prologi titulum, qui gothico maiusculo excusus, excipias, impressum est, nullos exhibens custodes, aut signaturas, nullos paginarum numeros, nullasque initiales litteras. Partem operis, ac partis capitulum ipse typographus in margine superiori adnotauit.

Sequentia in fronte operis gothico charactere tituli loco impressa leguntur: *Incipit prologus libri Reuerendi In xpo patris & domini. dni Wilhelmi Episcopi lugdunensis eximiique sacre pagine doctoris parisiensis: de fide & legibus.* Sequitur immediate prologus, integrum primum folium implens. Folio secundo *Incipit liber de fide & legibus.* Ad finem operis haec habentur: *Liber Wilhelmi parisiensis. de fide. legibus. ac fidei sacramentis tractans. docensque qualiter ad bene. religiose perfecteque viuendum. continuis etiam semper agendum profectibus. Vnde ad latissimamque potissime pars est glorie ac felicitatis eterne. plenitudinem spretis ydolorum cultibus peruenitur. vbique deorum deus in syon videbitur. feliciter consummatus explicit. Pro cuius termino sit laus & gloria xpo in secula seculorum benedicto Amen.* Additus est adhuc index ordine alphabetico dispositus, cui eiusdem declaratio subnectitur.

Characteres huius editionis cum praecedentis omnino conueniunt, vnde ex eadem officina eam prodiisse, patet, & quidem iam anno 1476, cum manus cuiusdam coaeui exemplari in Bibliotheca Imper. Ciuitatis Ratisbon. extanti, vt testatur Cl. GEMEINER in Notit. eiusdem p 74, eumdem annum rubro colore adscripsit. Idem vir litteratus rarissimam illam, & principalem adpellat, quam Norimbergensis anno primum 1496 adornata, subsecuta est.

GVLIELMVS, gente Gallus, patria Aruernus, Episcopus Parisiensis, non Lugdunensis, vt in titulo prologi legitur, huius operis Auctor laudatur. Vir iste omni litterarum genere instructissimus, eximiaque pietate illustris claruit anno 1228. Conf. CAVE *Hist. script. eccles.* T. II p. 292. OVDIN. T. III col. 100. QVETIF. *script. Ord. Praed.* T. I p. 135.

LI. Stephani Flisci de Sontino Synonima. in 4.

Scripsit *Stephanus* FLISCVS iuris doctor de Soncino, & Gymnasii Epidaurii rector, vt in IOECH. *Lex.* legitur, 1453. *Synonima verborum*, & *synonima*, seu *variationes sententiarum*, de quibus in praesenti disserimus, secundum locos quosdam digestas, & epistolis scribendis accomodatas, „ quae placerent, ait *Conr.* GESNERVS *in Bibl. Vniuers.* fol. 603, si formulis „ dicendi a probis auctoribus desumptis vti, quam pro suo arbitrio confictis maluisset. In nul„ lo pretio vel vsu, quod scio, hodie habentur, quamquam permulta insint bene & eleganter „ ex priscis, vt videtur, collecta, sed eorum nominibus omissis. „ Constat opus quinque partibus: prima *synonima exordiorum*: secunda *narrationum*: tertia *confirmationum*: quarta *confutationum*: quinta *conclusionum* continet. Cuilibet partium prooemium praemissum est.

Index ordine alphabetico dispositus, foliisque vndeuiginti contentus praecedit; sequitur dein prologus, tandem ipsum opus, quod folia 153 complectitur. Sola prologi initialis littera est ligno incisa, reliquae vero a miniatore depictae. Rubricas, & foliorum numeros in ipso opere adiecit typographus. Expositio germanica, & rubricae charactere gothico maiusculo, cetera vero romano saepius memorato impressa sunt. Ad calcem operis legitur: *Finit hic Stephanus Fliscus de Sontino vir dissertus: & mira eloquii dignitate fulgens feliciter Deo gratias.*

Silentium Bibliographorum de nostra editione insignis eiusdem raritatis testis est. BAVR T. I. Bibl. Vniuers. p. 294 alterius meminit, quae Argentinae ex *Io.* PRVSS officina 1487 in 4. prodiit.

LII.

LII. S. Gregorii M. Dialogorum Libri IV. in fol.

Integrum hoc opusculum foliis 86 constat, charactere gothico & crasso, valde simili illi, quo *Speculum humanae saluationis* supra recensitum, excusum, &, qui tabula II. N. VIII videndus, impressum est. Litteras initiales ligno incisas, easque florentes adiecit typographus, quandoque easdem quoque omisit: foliorum numeros in margine superiori indicauit, custodes vero, & signaturae desiderantur. Interpunctionis signum praeter punctum nullum aliud obseruaui. Charta est firma admodum, sed minus alba, & polita.

Initio operis tituli loco sequentia leguntur: *Incipit liber dyalogorum beati Gregorii ad petrum diaconum suum.* Liber primus prima folii 17 pagina linea decima desinit, quem immediate secundus excipit. Liber quartus terminatur auersa 86 folii pagina, linea 31, cui sequens clausula subiecta habetur: *Explicit liber quartus dyalogorum Gregorii.*

Controuersia est inter eruditos, quanam ex typographeo dialogi praesentes prodierint, an ex Zeineriano, an ex San-Vlricano? *Cl.* VEITH in sua *Diatribe* p. XXIV, ZAINERO abiudicat, nostroque monasterio adscribit. Clarissimi vero Viri *D.* ZAPFIVS in suis Annalibus & *D.* SEEMILLER fasc. I ea de re omnino dubii haerent, hac ratione permoti, eoquod *Wilhelmus* WITTWER Monachus San-Vlricanus, & scriptor coaeuus in *suo catalogo MS. Abbatum nostri asceterii* libros in nostra officina excusos recensens, solummodo de Dialogis theodiscis, non autem de latinis mentionem faciat. Silentium tamen WITTWERI rem penitus indecisam relinquit, maxime, cum ipsemet loco cit. dicat, omnia opuscula, quae Abbas MELCHIOR imprimi curauerat, in suo catalogo commemorare, necesse haud esse; vnde patet, vt iam in praefatione animaduerti, plura adhuc opuscula in nostro asceterio prelo fuisse commissa, quae recensere, omnia, necessarium non duxit. Insuper haud constat, quodnam opus *Guntherus* ZAINER illo charactere, qui in praesenti adparet, excuderit.

Neque quoad impressionis annum litterati conueniunt Cl. ZAPFIVS ad annum 1472 refert, quod veritati omnino non repugnat. Certum est, vti in praefatione probaui, *Melchiorem* STAMMHAM iam quinto Augusti die praefati anni typographicam artem in nostrum introduxisse monasterium. Impossibile igitur nemo credet, intra quinque mensium spatium opus, foliis tantummodo 86 contentum, imprimi potuisse.

S. GREGORIVS dialogos de miraculis Patrum, fratrum orationibus compulsus Romae in monasterio *S.* ANDREAE anno 593 aut 594, vt *Benedictini Congr. S.* MAVRI, *operum S. Doctoris editores* in praefatione testantur, scripsit. Iique doctissimi Viri in eadem *S.* GREGORIVM ab obtrectatoribus, qui eum nimiae credulitatis, immo rudis, ac stolidae simplicitatis arguunt, qua nobis aniles fabulas ab eo referri conqueruntur, multis, atque firmis argumentis vindicant.

LIII. *Breuiarium pro dyocesi ecclesie Augustensis.* in fol.

Verba mox allata operis titulum constituunt. Mihi potius *Directorium,* quam *Breuiarium* dicendum videtur; *Breuiarium* enim officium a personis vel in sacris constitutis, vel sacra professione adstrictis singulis diebus persoluendum continet; *Directorium* autem regulas tantum, quando, & quomodo festa per annum celebranda, pensumque ecclesiasticum persoluendum, clericis tradit. Cuius ergo conditionis sit, consideranti relinquo.

Primae quatuor regulae tempus ab Aduentu vsque ad Natalem Domini diem ordinant, ceterae vero, quae triginta, & sex, festorum a septuagesima vsque ad Aduentum directionem constituunt. Vltima regula prima folii 127 pagina terminatur, quam auersa litterae dominicales subsequuntur. Annexae sunt regulae, quomodo festa S. ONVPHRII *Abbatis,* S. HENRICI *Imperatoris*, & *Praesentationis* B. MARIAE Virginis sint celebranda, cum lectionibus his

diebus festiuis' in ecclesia recitari solitis, missaeque officio cuilibet festo subiuncto. Festum *Praesentatioris* B. V. M. praecedit *copia indulgentiarum de institutione festi presentationis beate Marie per reuerendissimum dominum Adolfum Archiepiscopum maguntinum concessarum.* Copiam istam excipiunt PAULI *II* duae bullae, quarum vna festum *Praesentationis* singulis annis ad WILHELMI *ducis Saxoniae* petitionem, celebrandi facultatem praebuit: altera omnibus, qui eodem festo diuinis intersint, vel in vigilia eiusdem festi ieiunent annuatim, centum dies de iniunctis eis poenitentiis misericorditer in domino relaxat.

Litterae, quibus impressum est hoc opusculum, plane sunt eaedem, quibus *Dialogi S.* GREGORII impressi sunt, vnde nullus dubito, ex eadem quoque typographia, non autem, vt Cl. ZAPFIUS *in Annal. typogr. August.* p. 143 adfirmat, ex *Bämleriana* in lucem prodiisse, cum nullum opus a *Ioanne* BAEMLER isto typo impressum exhiberi potest. Litteras initiales partim omisit typographus, partim florentes ligno incisas adiecit. Desunt signaturae, custodes, & paginarum numeri.

LIV. Historia Friderici I. Henrici IV. Philippi. Othonis IV, & Friderici II. Imperatorum. in fol.

Historia haec folia 44 complectitur. Character, quo ista chartae firmae, albae, ac leuigatae impressa, romanus est, ac perelegans quem tabula III. N. VI exhibet. Interpunctionis signum in ipso coxtentu aliud non conspicitur, quam punctum; in fine vero quorumdam capitum puncti loco duo puncta occurrunt. Initiales litterae, signaturae, custodes, ac paginarum numeri penitus desiderantur. Quaelibet pagina 38 exhibet lineas. Opus nullas sectiones, nullumque materiae indiculum habet; nec tantum spatium relictum, quantum ad adscribendos titulos requiritur.

In fronte operis impressum legitur: *Hystoria Friderici imperatoris magni. huius nominis primi ducis sueuorum & parentele sue* :|Tum immediate ipsa incipit historia, quae per tria priora capitula de FRIDERICI *I* maioribus agit, primumque auersa folii secundi pagiua, linea 26 de illo narratio incipit, cui quoque illorum intexuit historiam, qui ante eum imperii habenas moderati sunt. Finis historiae FRIDERICI imponitur auersa folii 26 pagina, liuea 15, quam mox linea sequenti historia HENRICI *VI.* FRIDERICI filii excipit, eaque prima folii 28 pagina, linea quarta finita, PHILIPPI HENRICI fratris historia inchoat. Auersa folii 33 pagina, linea vigesima initium sumit historia OTHONIS *IV* & dein FRIDERICI *II.* Opus terminatur auersa folii 44 pagina, linea 32, absque omni adiecta finali subscriptione.

Hac de editione rarissima, ac peruetusta Cl. ZAPFIUS *in sui itineris descript.* p. 32 adfirmat, tam rara esse eius exemplaria, vt manuscriptis pene codicibus aequiparentur. Putat quoque eandem circa annum 1470 esse typis euulgatam, in quo tamen eidem consentire nequeo. Opus enim, vt mox monstrabo, in nostro monasterio prelo commissum fuit; sed hoc ante finem anni 1472 fieri haud potuit, cum, vt iam saepius dictum, ante annum praefatum typographia in asceterio nostro haud floruerit. Itaque intra annos 1473 — 1475 typis excusum forte dicendum est.

Quod autem ex nostri monasterii officina in lucem prodierit, duo afferam argumenta. Primum est: typum, quo impressum est opus, eundem plane esse, ex comparatione a me diligenter instituta, inueni, quo *Leonardi* VTINI *sermones de sanctis* anno 1474 in monasterio nostro impressi extant. Secundum: nostram Bibliothecam quondam exornabat exemplar de eadem historia pergameno impressum, de quo, nescio, qua de causa, nihil relictum habemus, quam compacturam — heu tristissimum tantae iacturae monumentum! — in cuius fronte sequens affixus est titulus: FRIDERICI *I historia in nostro monasterio pergameno impressa.*

Tota

Tota haec historia ex spurio chronico Vrsbergensi desumta est, ita quidem, vt, quae de FRIDERICI praedecessoribus dicta, excerpta quaedam sint; quae vero de ipso FRIDERICO, eiusque successoribus habeantur, ad verbum exscripta obseruentur.

Viri eruditi duos huius Chronici auctores constituunt; primum Monachum quemdam, qui id vsque ad annum 1126 texuit; secundum quemdam Canonicum Praemonstratensem, qui quidem in monasterio Vrsbergensi vitam degerit, minime vere eiusdem Abbas, multo minus *Conradus* de LICHTENAV vocitatus fuerit, & hic ab anno 1126 vsque ad an. 1229 illud continuauit. Patet quoque ex PHILIPPI Imperatoris historiae fine, illum fuisse Ordinis Praemonstratensis alumnum, vbi in vltimis lineis legitur: *Anno domini. M. CC. Ego ad ordinem premonstratensem veni.*

LV. Sermones quadragesimales. in fol.

Opus praesens eodem omnino charactere, quo praecedens, impressum est. Constat foliis 46, & sermones 39 comprehendit. Quaeuis pagina maxima ex parte 38 complectitur lineas. Desunt litterae initiales, signaturae, paginarum numeri, & custodes. Interpunctionis signum solum occurrit punctum. Charta est firma, & alba, chartarii signo capite bouino, inter cuius cornua stilus exsurgit in crucem desinens, instructa.

In fronte primae paginae legitur: *Feria quarta cinerum ex euangelio.* Sermonis primi initium sic sonat: *Cum ieiunatis Math'. VI. Bernardus in quodam sermone sic ait. Mundus clamat ego deficiam. &c.* In hoc inquit auctor, *se in praesenti quadragesima decreuisse, scribere homini deuoto, qui ad instar viatoris vult post christum diuertere.* Terminatur in eadem pagina, linea vndeuigesima: dein sequitur: *feria quarta cinerum ex epistola.* Ad finem vix non omnium sermonum haec duo verba leguntur: *dic historiam.* Auersa folii 46 pagina, linea 26 opus finitur, dein subiectum habetur: *Deo autem & omnium donanti cuius ditioni cuncta sunt subiecta, gratiarum infinitas referamus actiones.*

LVI. Antonii Rampigollis Ord. Eremit. S. August. Repertorium Bibliae. in fol.

Incipit hoc opus, foliis 116 comprehensum, sine titulo, aut inscriptione ab auctoris praefatione, ad religiosos fratres in conuentu Neapolitano studiis vacantes directa, quae lineas 33 complectitur. Huic subiectum legitur: *Sequitur tabula in Reportatorium Biblie aureum ordine alphabeti designata. & primo de his que ab a littera incipiunt agitur faustum felixque exordium.* Tabula inchoat auersa primi folii pagina, & prima folii secundi terminatur. Auersa eiusdem folii incipit ipsum opus a verbo *Abstinentia.* Finis operi imponitur prima folii 116 pagina, linea 14 cui subnexum est: *Explicit reportatorium biblie.*

Eodem charactere, quo praecedens, & hoc opus impressum, nullas ostendit litteras initiales, nullos custodes, aut signaturas, nullosque paginarum numeros. Praeter punctum nullum aliud obseruatur distinctionis signum. Lineae in quauis pagina integra 38 numerantur. Cl. OSSINGER licet in Bibl. Augustiniana p. 732 diuersas recenseat editiones, de praesenti tamen nec ille, nec alii Bibliographorum vllam habuere notitiam.

Antonius AMPIGOLLVS, aliis RAMPIGOLLVS, vel RAMPELOGVS, natione Italus, patria Ianuensis, Ordinis Eremit. S. Augustini alumnus vixit seculo XIV, Vir in diuinis scripturis eruditus, iuris Canonici Professor, & celeberrimus interpres, ingenio praestans, & clarus eloquio scripsit *Repertorium Bibliae*, quod mox *introductorii in bibliam*, mox *aureae bibliae*, iam *directorii bibliae*, iam *repertorii biblici*, iam alio titulo in lucem prodiit. Conf. OSSINGER l. cit. FREYTAG *Adpar.* II p. 1197.

Libri

Libri characteribus Ioan. Bämler *impreſſi.*

LVII. Henrici Monachi Ord. Praedic. 24 goldene Harpfen. in fol.

Hic liber moralis eſt argumenti, & in viginti quatuor capita ſeu collationes, *goldene Harpfen*, vocatas diuiſus eſt, in quo auctor antiquorum Patrum exemplis ex CASSIANI collationibus deſumtis, vitae chriſtianae praecepta tradit. Continetur foliis 171, ac litteris, quibus Io. Bämler anno 1472 ad *Regimen ſanitatis* excudendum vſus erat, & quas tabula III. N. I exhibet, impreſſum eſt. Deſunt litterae initiales, ſignaturae, cuſtodes, & paginarum numeri. Charta eſt alba admodum, & firma.

Priora duo folia indicem occupant, tertio dein legitur: *Hie hebt ſich an das aller nüczlicheſt buch genant die vyer vnd zwainczig guldin harpffen, die mit fleyſs auſs der heyligen geſchrifft, vnd der altuätter buch durch ein hochgelerten doctor, bruder hainrichen prediger ordens zu Nürenberg alſo geprediget, vnd durch bet vnd lieber erſamer burgerin daſelbſt, in ain teutſch buch ordenlich zeſamen beſchrieben ſind.* Sequitur deinde praefatio, & auerſa folii quarti pagina, linea octaua prima incipit *Collatio.* Ad calcem operis nulla omnino habetur notitia, auerſa vero folii 98 pagina linea vltima typographus nomen ſuum manifeſtauit: *Iohannes* BAEMLER.

Cl. ZAPFIVS in *Annal. typogr. Auguſt.* duarum a noſtro diuerſarum editionum, quae etiam in Bibliotheca Academica Ingolſt. extant, meminit, quae ex BAEMLERI officina anno 1472, & 1476 prodiere, de praeſenti vero praeter Cl. PANZER in *Annal. litterat. Teut.* nemo Bibliographorum mentionem fecit. Noſtram prius memoratas praeceſſiſſe, non infirmis argumentis trahor. Iſtae enim initiales litteras ligno inciſas exhibent, illa autem iisdem deſtituta eſt: in praeſentis initio legitur HENRICVM Ordinis Praedicatorum Monachum Norimbergae e ſuggeſtu collationes iſtas ad populum dixiſſe: in editionibus reliquis omnibus *Ioannes* NIDER vt auctor depraedicatur. Ex quibus patet, in prima editione circa auctoris nomen fuiſſe erratum, & in ſequentibus vel a typographo, vel ab editore errorem correctum fuiſſe.

Collationum auctor eſt *Ioannes* CASSIANVS, natione Scytha, Presbyter Maſſilienſis, qui circa annum 424 florebat. *Ioannes* NIDER Ord. Praedic. Alumnus, qui pluribus annis, teſte QVETIF Norimbergae Prioris munere fungens, ibidem mortuus erat, easdem ciuium Norimbergenſium precibus conuictus, in linguam vulgarem, transtuliſſe videtur, non HENRICVS quidam, vt in noſtro exemplari legimus, cum ex QVETIF-*Hiſtoria ſcript. Ord. Praedic.* HENRICVM quemdam Norimbergae fuiſſe commoratum, nullo monumento innoteſcit.

LVIII. Chronicon in lingua Theodiſca in fol.

Chronicon hoc folia 155 impreſſa complectitur. Quaeuis pagina triginta continet lineas. Typus eſt idem, quo BAEMLER anno 1474 *Regimen infantum — Das Regiment iunger Kinder* — impreſſerat, & quem tabula III. N. II exhibet. Initiales litteras paruas adiecit typographus: cuſtodes vero ſignaturas, & paginarum numeros omiſit.

In fronte primae paginae legitur impreſſum: *hie vahet an die Cronica.* Sub his verbis & alia habentur, quae in noſtro exemplari a Calligrapho deleta ſunt. Opus deinde ita inhoat:

Got in ſeiner ewigkeit, nach ſeiner groſſen
miltigkeit, der wolt in ſelber nit behalten allein de ſchacz der ewigen Wunne
vnnd fröd die alle Zeit von im flieſſent.

Chroni-

Chronicon eſt in tria diſtinctum capita: primum continet hiſtoriam a mundi exordio vsque ad Romani imperii initium: ſecundum ab aedificatione vrbis Romae vsque ad Imperatorem RVPERTVM; tertium denique agit de Romanis Pontificibus. Auerſa folii 55 pagina legitur:

hie vachet an wie troy
die ſtat gebuwem vnnd
zerſtöret ward.

Auerſa folii 74 pagina linea quarta ſequentia habentur:

hie vachent an alle römiſche künge vnd
keiſer die von gotes gepurd geweſen ſeind.

Hiſtoria Romanorum Imperatorum prima folii 146 pagina terminatur: auerſa vero illa de Romanis Pontificibus his verbis incipit:

hie vachet an das drit capitel von
allen bäpſten des erſten von iheſu,
xpo vnſerm herren.

Haec vsque ad Innocentii VII mortem progreditur, eiusque finis prima folii 183 pagina, linea nona habetur. Vltimae tres lineae ita ſonant:

ſchaffen, da für kam in der tod Vnnd ſtarb an dem ſamſtag
nach aller hailigen tag nach gottes gepurt xiiii. hundert vnd
zwelff iare.

Summa huius editionis raritas ex eo eluceſcit, quod nec Cl. ZAPFIVS *in typographicis Annalibus,* nec Cl. PANZER *in Annal. veteris litteraturae germanicae* nuper editis eamdem commemorarint.

In noſtro exemplari ſcriptor coaeuus multa manu ſcripta adiecit, ſcilicet praefationem, continuationem hiſtoriae Imperatorum a RVPERTO vsque ad annum 1473, & Summorum Pontificum a GREGORIO *XII* vsque ad annum 1477, ad cuius finem continuator hisce verbis ſe manifeſtat:

Vnd ſoliche Cronick iſt von mir Conrade Schreybern von Oetingen
der zeit wonhafft zu Augſpurg vollendet vnd biſsher gar auſsgemacht vnd geſchriben worden auff den obgenaten vnſer lieben
frawen aubent Do man zalt die gemelten zall der myndu
Im ſiben vnd Sibentzigſten Iaren.

Ex hac finali notitia perſpectum habetur, praeſens chronicon ſaltem primo anni 1477 dimidio typis fuiſſe excuſum, dum *Conradus* SCHREYBERN ſuam continuationem iam ſeptima Septembris ad finem perduxerat.

Praefatio duo priora folia occupat, in qua chronici auctor nobis innoteſcit. Eſt ille *Iacobus de* KOENIGSHOFEN, a GVILLIMANNO *de Archiepiſcopis Argentinenſibus* REGIOVILLANVS, & a VOSSIO de KONGELSHOWEN vocitatus. Erat Sacerdos Argentinenſis, florebatque ad finem ſeculi XV. *Ioannes* SCHILTERVS anno 1698. *Iacobi de* KOENIGSHOFEN chronicon tum generale, tum Alſaticum, & Argentinenſe notis hiſtoricis illuſtratum typis eulgauit; an vero idem cum noſtro ſit, dum illud nunquam ad manus meas peruenit, adfirmare nequeo.

Libri characteribus Antonii Sorg *impreſſi.*

LIX. S. Bonauenturae Ord. Min. Cardin. Breuiloquium. in fol.

Incipit Breuiloquium fratris Bonauenturae generalis miniſtri fratrum minorum. Prologus. Haec verba tituli loco leguntur. In Prologo loquitur S. Doctor de S. ſcriptura, de eiusdem lati-

latitudine, longitudine, sublimitate, profunditate, de modo procedendi, & eam exponendi. Prologum excipit huius libelli in septem partes, & 70 capitula diuisi, index. Auersa folii septimi pagina *Primus liber Incipit.* Ad finem sequentia habentur: *Explicit Breuiloquium fratris Bonauenture generalis ministri fratrum minorum.*

Folia 76 integrum constituunt opus, charactere gothico, quo in nostro monasterio VINCENTII *Bellouac. Speculum historiale* anno 1474 & ab *Antonio* SORG *Augustini liber*, qui *quinquaginta* dicitur, impressus, & quem tabula III. N. III repraesentat, excusum est. Signaturae, custodes, & paginarum numeri desiderantur; initiales litteras paruas adposuit typographus.

Genuinum Doctoris Seraphici partum esse, testatur HENRICVS *Gandauensis* in opere suo *de Scriptoribus eccles.* c. 47. Conf. OVDIN *Comment. de script. Eccles.* T. III col. 394. & seqq.

LX. Ioannis de Turre-cremata Ord. Praedic. Cardin. Tractatus de efficacia aquae benedictae. in fol.

In operis fronte legitur: *Incipit tractatus de efficacia aque benedicte, per venerandum Iohannem de turre cremata, sacre theologie professorem, ordinis predicatorum tempore Concilii basiliensis compilatus contra petrum anglicum hereticorum defensorem in bohemia.* Scripsit praesentem tractatum iussu Summi Pontificis EVGENII *IV*, vt ex prologo facile eruendum, & in duos diuisit articulos; in primo agit de aquae benedictae institutione, eiusdemque efficaci virtute: in secundo ad proposita dubia respondet. Foliis octo totus absoluitur tractatus, litteris, quibus praecedens, impressus, qui nullos custodes, aut signaturas, aut paginarum numeros exhibet. Initiales litteras paruas typographus adiiciendas curauit. Ad calcem sequens auctoris clausula legitur: *Hec sunt reuerendissime pater & domine que vester humilis capellanus Ioh'es de turri cremata ad propleuma, per magistrum petrum anglicum propositum, vestre dominationi celeriter annotaui. que vestre reuerendissime paternitatis linee & correctioni cum omni reuerentia presento.*

QVETIF *in Script. Ord. Praedic.* T. I p. 839 tres laudat editiones: prima est, quae absque loci, anni & typographi indicio in 4. impressa, secunda Romae an. 1524 in 8. tertia item Romae 1559 prodiit; praesentem vero ignorauit, quae prima omnium esse mihi videtur.

Ioannes de TVRRE-CREMATA vernacule de TORQVEMADA, natione Hispanus, patria Pincianus, Ordinis Praedic. Professus, ab EVGENIO *IV.* Presbyter Cardinalis *S.* SIXTI creatus ad Episcopatum Orensanensem in Gallaecia euectus, deinde a NICOLAO *V* ad Albanensem translatus, & hunc tandem Pii II fauore Sabinensi sede commutauit. Vir Theologiae & Canonum doctor insignis, multa tam eruditione, quam pietate opulenta posteritati reliquit monumenta. Conf. QVETIF. *Script. Ord. Praedic.* T. I p. 837.

LXI. F. Feliciani Ord. Praedic. Tractatus de diuina Praedestinatione. in fol.

Sequentia titulum operis constituunt: *Incipit Tractatus fratris Feliciani ordinis Praedicatorum doctoris eximii de diuina predestinatione intitulatus.* Sequitur dein prologus ad *Iacobum Episcopum Beatinum*, quem operis in 17 capitula diuisi index excipit. Auersa primi folii pagina primum inchoat capitulum: *Quid significet nomen predestinationis.* Folii vndecimi auersa *Explicit tractatulus fratris Feliciani ordinis predicatorum de diuina predestinatione intitulatus feliciter.* Caret hic tractatus custodibus, signaturis, & paginarum numeris; initiales litterae paruae adparent.

Quisnam hic FELICIANVS fuerit, deprehendere Cl. QVETIF haud potuit. Quid vero de praesenti tractatu opinionis habuerit, audiamus. „ Licet *S. Thomam de* AQVINO ex nomine „ non

„ non laudet, tamen non solum eius sequitur doctrinam, sed & totidem verbis ea refert, &
„ exscribit, quae sanctus doctor habet prima parte *Summae* Q. XXIII *de praedestinatione*, ea
„ statuens, vt doctrinam certam & indubitatam & pauca alia in eius confirmationem addit.
„ QVETIF. *Script. Ord. Praedic.* p. 881.

LXII. Ioannis Pithsani Archiep. Cantuar. Ord. Min. Liber de oculo morali. in fol.

Constat hic liber foliis 53, impressus charactere, quo praecedens, initiales litteras ligno incisas exhibet, ast nullas signaturas, custodes, aut paginarum numeros. In quindecim capitula est distinctus, quorum contenta ipse auctor in prologo recenset. Initio huius opusculi haec leguntur: *Iohanis Pithsani archiepiscopi Canthuariensis ! ordinis fratrum minorum, liber de oculo morali feliciter incipit.* In fine vero: *Tractatus (Iohannis Pithsani archiepiscopi Cantuariensis) de oculo morali finit feliciter.*

De auctore exiguam, eamque obscuram habemus notitiam. SIMLERVS, & POSSEVINVS *in Adpar. S.* T. I p. 928 & 932. *Ioannem* PECKAM eum esse putant, qui natione Anglus, Ordinis Minorum Monachus, a NICOLAO *III.* P. M. Cantuariensis Archiepiscopus anno 12·8 consecratus est. Iis autem adsentiri haud possum, ea ductus ratione, quod nullus, qui PECKAMI Scripta recensent, neque CAVE, neque OVDINVS, immo nec ipse POSSEVINVS praesentis tractatus mentionem faciant.

LXIII. Historiae SS. Ioachim, Ioseph, & SS. mulierum Mariae Iacobi & Salome, eorum festis in ecclesiis legi solitae cum Antiphonis & collectis, Missaeque officio. in fol.

In fronte operis huius liturgici legitur: *Sequitur hic hystoria pulcra de sancto Iohachim patre dei matris Marie.* Auersa folii septimi pagina S Ioachim, & S. Annae officium incipit. Folio octauo ad finem *Sequitur hystoria de sancto Ioseph. coniuge marie & nutricii filii dei domini nostri ihesu christi. Quod festum decima nona die marcii celebratur semper in quadragesima cadens.* Folii 14 auersa *Sequitur hystoria de Maria iacobi & maria salome sororibus dei matris marie Quod festum celebratur in mayo Ipsa die Vrbani aut secd'm quosdam in octobri proxima die post festum vndecim milium virginum scilicet die sancte cordule virginis.* Auersa folii 19 pagina *Sequitur prologus in orationes de amicis & cognatis gloriosissime genitricis dei virginis marie.* Folio 22 incipit *miraculum solemne d' sanctis ioachim & anne, parentibus gloriosissime dei genitricis virginis marie per priorem ordinis cartusiensium in basilea conscriptum.* Opus concludit folio 23 *Collecta generalis de tota parentela dei matris marie.* Subiecta praecedentibus adhuc est historia *de veneranda compassione B. V. Mariae*, cuius *festum proximo sabatho post octauas pasce celebrari debet.*

Litterae, quibus hoc opusculum impressum est, sunt plane eaedem, quibus *Antonius* SORG anno 1478. ALEXANDRI *M* historiam euulgauerat. V. Tab. III. N. IV. Initiales litterae ligno incisae adparent; nullae vero signaturae, custodes, aut paginarum numeri. Hac de editione nec Cl. ZAPFIVS, nec alius Bibliographorum mentionem fecit, ex quo insignis eiusdem raritas elucescit.

LXIV. Ioannis de Turre cremata Card. S. Sixti Explanatio Psalterii. Augustae per Ioan. Schüssler. in fol.

Opus istud eodem typo, quo anno 1470. SCHVESSLERVS IOSEPHI *historiam Iudaicam*, & *Guntherus* ZAINER anno 1468. *Meditationes de vita & Passione domini* expresserant, & qui tabula II. N. IV videndus, impressum est. Constat foliis 134, nec litteras initiales, nec custodes, nec signaturas, nec paginarum numeros exhibet. Lineae maxima ex parte 35 in quauis pagina numerantur. Charta est alba admodum, & laeuigata.

Initio operis tituli loco sequentia habentur: *Ad sanctissimum ac beatissimum dominum. dominum Pium secundum pontificem maximum editio in librum psalmorum quem alii soliloquium dicunt incipit feliciter a. Iohanne de turre cremata. Sabinensi episcopo ac sancte romane ecclesie Cardinali sancti Sixti vulgariter nuncupato edita.* Praefationem folio 2 linea 23 immediate sequitur paraphrasis Psalmorum, quorum 150 numerantur. Cuilibet eorum etiam breue praemittitur argumentum. E. g. *Psalmus primus. in quo describitur processus in beatitudinem.* Ad finem haec habetur notitia: *Iohannis de turre cremata Cardinalis sancti Sixti vulgariter nuncupati explanatio in psalterium finit per Ioh'em schüssler ciuem aug. impressa.*

Cl. ZAPFIVS in *Annal. typogr. August. ad an.* 1472 alterius meminit editionis, quae eodem anno, & quidem cum eiusdem indicio ad finem adpresso, ex SCHVESSLERI officina in lucem prodiit, dubiusque haeret, an nonnostra istam praecesserit. Indubitatum tamen est, saltem anno 1472 euulgatam typis fuisse, cum anno isto elapso SCHVESSLERVS nullo typographicae artis monumento innotescat. Cl. GEMEINER *in Notit. Bibl. Ratisbon.* alteram anno 1471. Augustae in lucem emissam commemorat, quae certe nulla alia esse potest, quam in praesenti descripta. Nostra vel secundum, vel tertium locum obtinet, dum prima Romae anno 1470 ex GALLI officina prodierat. Sequebantur & aliae, quae Moguntiae an. 1474. 1476, & 1478. Argentinae 1480: Augustae Taurinorum 1482, & Venetiis 1485 prelum reliquerunt.

Libri BASILEAE iuxta characteres a BERTROLDO, *Bernardo* RICHEL, *Michaele* WENSLER, & *Friderico* BIEL impressi.

Animaduersio praeuia.

Basileensis typographiae initia tam densis inuoluta iacent tenebris, vt nihil certi, nihil veri inde erui queat. Vix non communis circumfertur opinio, vt Felix de BALTHASAR *in epistola ad quemdam Gallum scribit, Basileam primum esse in Heluetia locum, in quam ars typographica fuerit introducta, & quidem eodem anno, quo academia ibidem fuit erecta, scilicet anno* 1459. *Huic opinioni viri bibliographicae rei periti, ac summae antiquitatis characterum gnari adsentiri omnino videntur. Ex typorum consideratione exploratum habetur, Biblia sequenti numero recensenda Basileae fuisse typis euulgata; ast viri litterati eadem ob litterarum sculptarum ruditatem, ac inaequalitatem, aliaque summae antiquitatis signa ad annos* 1460 — 1465 *referre, haud dubitant. Itaque coniecturandum erit, Basileam primas inter ciuitates fuisse, quae, saltem anno* 1462 *typographos, qui belli tempore ex Moguntia emigrarunt, intra muros suos suscepit.*

Inter primos, qui Basileae typographicam exercuere artem, typographos numerantur Bernardus RICHEL, *&* BERTHOLDVS *quidam, quem* GESNERVS *in sua* Bibliotheca Bertholdum RODT *adpellat. Ille primum anno* 1474 *in* Theodorici de BVXDORF concordantia über den Sachsenspiegel *adparet. Hic vero tantummodo* CONRADI Turicensis Repertorio alphabetico nominum propriorum, *quod sine anni nota impressum habetur, nobis innotescit.* Anno 1475 cum RICHELIO Michael WENSLER Roberti de LICIO *opus quadragesimale typis excudit. Hic quoque cum* Fride-

Friderico BIEL GASPARINI *impressit* epistolas, *sed quo anno, non perspectum est. Anno* 1476. Michael WENSLER *sine socio* IVSTINIANI Institutionum quatuor libros *typis euulgauit. Iuxta* MAITTAIRE Bernardus RICHEL *vsque ad annum* 1482, *& Michael* WENSLER *vsque ad annum* 1486 *prelo praefuerunt.*

LXV. Biblia latina. Tom. II. in fol. mag.

Cum vtriusque tomi diuersa sit externa facies, diuersam quoque requirit descriptionem, quam ante me nemo bibliographiae artis cultorum hucusque facere studuit. Cl. MASCHIVS *in Edit. Le* LONG. *L.* Part. II. Vol. III. c. 2 p. 75, & 79 eorumdem adumbrationem paucis absoluit; vtrumque tomum a se inuicem diuisit, ita vt nulla de iis bibliis perfecta haberi queat notitia. Quod autem vterque tomus vnicum, & perfectum constituat opus, inferius pluribus monstrabo.

Tomus primus, qui vsque ad SALOMONIS *Prouerbia* progreditur, folia 220 complectitur, charactere gothico maiusculo, pingui, inaequali admodum, ac sculpto, chartae mundae, firmae, sed minus politae est impressus. Chartarii signum Littera D. quem stilus ex vna parte in annulum, ex altera in crucem desinens secat, solummodo conspicitur. Quaeuis pagina in duas est distincta columnas, quarum quaelibet 50 lineas comprehendit. Tria distinctionis signa obseruantur, punctum scilicet, colon, & interrogationis signum. Littera Iod puncti loco lineolam sibi habet impositam. Desunt custodes, signaturae, & paginarum numeri. Litteras initiales a typographo omissas adposuit miniculator diuersis hinc inde coloribus exornatas. Tituli tam librorum, quam capitum nulli adparent impressi; vix quoque tantum spatium vacuum reliquit typographus, quantum ad eosdem inscribendos sufficeret. Abbreuiaturae sunt nimis frequentes.

In prima folii primi columna incipit *S.* HIERONYMI *Epistola ad* PAVLINVM, quae secunda folii tertii columna linea 35 terminatur. Istam immediate eiusdem sancti prologus in *Pentateuchum* excipit, cuius finis quarta eiusdem columna linea vigesima conspicitur. Tum liber *Genesis* incipit, qui secunda folii 21 columna, linea septima finitur. Prima folii ducentesimi columna inchoat *S.* HIERONYMI prologus in *Psalterium*, & vndetrigesima eiusdem columnae linea Psalmus primus. Desunt psalmorum tituli, & numeri, quos adiecit calligraphus. Psalmi, qui 171 numerantur, quarta folii 220 columna, linea 48 desinunt. Duae vltimae lineae ita sonant:

tibi: laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum. alleluia.:.

Prima haec bibliorum pars eodem typo, vt me monuit doctiss. D. *Ioan. Bapt.* BERNHART Monacensis, excusa est, quo BERTHOLDVS quidam Basileae sine anni nota CONRADI *Turicensis Repertorium alphabeticum nominum propriorum,* cuius quoque meminit Cl. SEEMILLER fasc. I. p. 140, impresserat. Typum exhibet Tabula IV. N. I. Ex quo coniicere licet, istam quoque Basileae ab eodem fuisse typis euulgatam. Cl. SEEMILLER l. cit. animaduertit, BERTHOLDVM istum nullum fuisse alium, quam *Bertholdum* RODT apud GESNERVM in *Bibl. Vniuers.* ad vocem MEFFRET, cui GESNERVS & Repertorium, & sermones MEFFRET attribuit.

Tomus secundus, qui reliquos veteris testamenti libros, nouumque testamentum complectitur, constat foliis 216, estque etiam in duabus columnis charactere gothico maiusculo sculpto, a priore diuerso, & non ita rudi impressus. Quaeuis columna 48 exhibet lineas. Charta, chartarii signum, & interpunctiones cum priori tomo conueniunt. Signaturae, custodes, paginarum numeri, ac tituli tam librorum, quam capitum desiderantur. Litterae prologorum, & librorum initiales sunt ligno incisae, capitum vero minio depictae!

Prima folii primi columna continet prologum, fecunda incipiunt *Parabolae* SALOMONIS, quae tertia folii octaui columna, linea 23 terminantur; linea 24 inchoat prologus in *Ecclefiaften*, qui in quarta columna initium fumit. Veteri teftamento finis fecunda folii 120 columna linea 17 imponitur; tertiam, & quartam occupat HIERONYMI epiftola ad DAMASVM in Euangeliftas, quam prima folii fequentis columna prologus, & iftum linea 37. *Euangelium S.* MATTHAEI excipit. Tertia folii 216 columna, linea trigefima nouum finitur teftamentum. Vltimae duae lineae funt fequentis tenoris:

Venio cito amen. Veni domine ihefu. Gracia domini
noftri ihefu crifti cum omnibus vobis amen.

Pars fecunda eodem prorfus typo excufa eft, quo *Bernardus* RICHEL Bafileae an. 1476. GRATIANI euulgauerat *Decretum*, cuius exemplar in Electorali Bibliotheca Monachii extat. Vnde haud dubitandum, ab eodem quoque iftam Bafileae impreffam. Typum exhibet Tabula IV. N. II.

Reftat adhuc, vt oftendatur, vtrum hae duae partes a diuerfis impreffae, vnicum opus conftituant: vtrum eodem, & quo anno fuerint typis euulgatae. Cl. MASCHIVS l. cit. vnam partem ab altera feparauit, & diuerfis in locis vtramque paucis defcripfit, primam fcilicet pag. 79 fecundam pag. 75. Verifimile mihi tamen videtur, eas vnicum tantummodo efficere opus, eodemque tempore prelo ab vtroque typographo fuiffe commiffas. Primo: vterque typographorum eodem loco typographicam exercuit artem; vnde facile fieri potuit, vt eo tempore, quo ars illa adhuc in cunis iaccbat, quo vnus fibi ad tantae molis opus imprimendum, neque quoad facultates ad id neceffarias, neque quoad alia artis typographicae vtenfilia fibi fufficiebat, in id conueniffent, coniunctis viribus biblia typis euulgare, partumque ex iis lucrum inter fe diuidere. Dein quotquot mihi innotefcunt exemplaria — Sunt autem eorum tria; vnum extat in noftra Bibliotheca, alterum in Electorali Monacenfi, tertium apud fratres VEITH — vt vnum, ac idem opus fuerunt confiderata; exhibent enim eamdem compacturam, & quidem illis temporibus maxime congruentem; immo exemplar VEITHIANVM vno tantummodo volumine compactum confpicitur.

Quoad impreffionis annum vix non omnes litterati, qui haec biblia critico perluftrarunt oculo, in hoc cenueniunt, quod nempe intra annos 1460 — 1465 fuerint prelo fubiecta. Quisquis meam iftorum adumbrationem attentius legerit, eidem fententiae facile fubfcribet. Contraria omnino non eft typographiae hiftoria, cum, vt in animaduerfione praeuia adnotaui, fieri potuit, vt, poft emigrationem operariorum, & tyronum ex typographeo Moguntino anno 1462, BERTHOLDVS, & RICHELIVS transmigrarint Bafileam, & faltem vsque ad annum 1465. Biblia haec prelo fubiecerint.

LXVI. S. Gregorii M. Moralia in Librum Iob. in fol. mag.

Integrum opus foliis 421 conftat, eftque charactere, quo prima Bibliorum pars praecedenti defcripta numero excufa, in duabus columnis impreffum. Charta firmiffima eft, fed minus polita, chartarii figno littera D fuperius defcripta, infignita. Diftinctionis figna praeter punctum occurrunt quoque colon, & interrogationis fignum. Lineae in qualibet columna 45 numerantur. Signaturae nullae adparent, nulli cuftodes, nullique paginarum numeri. Ad initium fingulorum librorum typographus fpatium vacuum, cuius altitudo feptem, vel octo lineas adaequat, ad adpingendas litteras initiales miniatori reliquit. Tituli tam librorum, quam capitum defiderantur.

Auerfa folii primi pagina — Prima vacua eft — hiftoricam exhibet narrationem de Libris *Moralium* in Hifpania non diu poft *S.* LEANDRI Epifc. Hifpalenfis, cuius hortatu *S.* GREGORIVS iftos compofuit, perditis, & Romae mirabili modo a TAGIONE Caefaraauguftano Epifco-

po

po inuentis, ac demum ab isto in Hispaniam delatis. Folio secundo incipit sine titulo, aut inscriptione S. Doctoris epistola ad LEANDRVM Episcopum Hispalensem, cui hoc opus dedicauerat. Qua tertia folii tertii columna linea 22 absoluta, sequitur prologus, qui quarta folii sexti columna linea 46 terminatur. Folio sequenti incipit primus, quem & ceteri ordine suo *libri Moralium* sequuntur. Prima folii 395 columna linea 27 opus finitur. Tertia dein columna *Incipit registrum breue & utile omnium punctorum tactorum in moralibus beati. Gregorii pape se secundum ordinem alphabeti inferius annotatum.* Ad calcem registri legitur: *Explicit registrum moralium gregorii pape.*

Editionem hanc antiquissimam, ac rarissimam Bibliographi praestantiores, & *S.* GREGORII Operum Editores *Mauriani* ignorarunt. Alterius meminit Cl SEEMILLER *fasc. I p. 27*, quae Norimbergae anno 1471 in lucem prodiit. *Iacobus* MORELL *Bibl. Pinell.* T. I p. 97. praeter praesentem alias duas, vnam Romae an. 1475, alteram Venetiis 1480 impressam recenset. Nostra vero, nullus dubito, quin, consideratis summae antiquitatis indiciis, omnes istas praecesserit, atque saltem circa annum 1470 sit typis excusa.

S. GREGORIVS istam expositionem adgressus est, vt in Epistola ad LEANDRVM fusius explicat, cum Apocrisarii, seu legati sedis apostolicae munus Constantinopoli obiret: postea vero maiori otio potitus, ad incudem reuocauit, & retractauit; sicque maiori diligentia iterum, ac tertio recognitum a S. Doctore illud opus, vt numeris omnibus absolutissimum, priorem locum ordine quoque dignitatis merito consecutum est.

In ea sane expositione aeque copiosa, & eleganti, tantum ceteros scriptores, qui librum IOB commentariis illustrare conati sunt, antecellit, quantum in diuinorum arcanorum cognitione, & contemplatione, Christianae Ethices scientia experientiae coniuncta, rerumque sacrorum omnium peritia, longe superior fuit, adeo, vt his in libris refertissimum simul habeamus armamentarium ad ecclesiastica dogmata adstruenda, confirmandaque, & copiosissimum ad mores instruendos, ac informandos promtuarium. Ita *Patres Mauriani* in praefat. T. I p. XIII.

Libri charactere Michaelis Wensler *impressi.*

LXVII. Gasparini Pergamensis Oratoris Epistolarum liber. Basileae per Michaelem Wensler, & Fridericum Biel, in fol.

In auersa primi folii pagina — Prima vacua est — sequentes versus elegiaci leguntur, quos ob praecipuam eorumdem eruditionem hic adscribam.

Quos legis, vnde tibi si queras forte libelli
Mittantur. pressos dat basilea scias.
Hanc facit egregiam Rheni nunquam moritura
Fama. simul studii gloria clara fui.
Terra ferax pecorum, cerere & bachoque referta
Est tamen hoc aliquid. associasse sibi.
Artem pressurae quamquam moguncia finxit,
E limo traxit hanc basilea tamen
Littera quecunque est hoc toto codice pressa,
Mendas nec habuit dictio crede mihi.
Ars solet interdum nature vincere vires
Et pedibus fame iungere sepe pedes

Gaspa-

Gasparine tuas laudes post tristia fata,
Pressores nostri percelebres faciunt
Nomina si cupias Michael cognomine wenssler
Huic operis sotius Biel Fridericus erat.
Mittimur in totum decus insignis basilee
Orbem. qui paruus non sumus vrbis honor.

Folio secundo *Gasparini pergamensis clarissimi oratoris, epistolarum liber feliciter incipit*, & quidem sequenti modo:

Gaudeo plurimum ac laetor in ea te sententia esse &c.

Epistolis nullus est praefixus titulus, nec numerus. Initiales litterae, custodes, signaturae, & paginarum numeri desiderantur. Distinctionis signa vix non omnia adparent. Charta est firmissimá, & alba, sed non adeo polita: chartarii signum occurrit caput bouinum, inter cuius cornua stilus exsurgit in stellam desinens. Typo gothico maiusculo, quem tabula IV. N. IV exhibet, impressae sunt. Prima folii 36 pagina, linea octaua est

Felix Epl'arum Gasparini finis.

Inter libros summae raritatis hunc referre, altum Bibliographorum etiam praestantiorum de eo silentium omnino suadet. MAITTAIRE T. IV p. 293 editionis alterius meminit, quae sine anni, loci, & typographi indicio in 4. prodiit, & Parisiis anno 1470 per *Ioannem* LAPIDANVM typis excusa est. Praesens vix non eodem tempore emanasse videtur.

GASPARINVS patria Pergamensis, natione Italus, Barzizii, vnde *Barzizius* adpellatus, anno 1370 natus, praeter has epistolas plura adhuc scripta reliquit. Anno 1431. Mediolani e vita discessit. Epistolae magnam merentur aestimationem, quia, vt GESNERVS *in Bibl. Vniuers.* fol. 266 ait, in seculo doctorum primae.

LXVIII. S. Leonis I, Papae Sermones, in fol.

Praefixa est sermonibus *Ioannis andree episcopi aleriensis ad summum pontificem paulum secundum Venetum epistola in laudem ipsius sancti leonis pape.* Haec quoque praemissa adspicitur editioni Romanae ab Episcopo Aleriensi procuratae, & anno 1470 a *Conrado* SCHWEINHEYM, ac *Arnoldo* PANNARTZ typis excusae; vnde patet, nostram iuxta exemplar Romanum fuisse impressam.

Epistola auersa folii primi pagina, linea 28 absoluta, immediate *Sequuntur rubrice tocius operis per ordinem*, quae prima folii tertii pagina, linea 35 terminantur; auersa vacua est; folio dein quarto *Liber sermonum sancti leonis primi pape doctoris floridissimi ac eloquentissimi incipit feliciter. Sermo primus de ordinacione sua in pontificem.*

Integrum opusculum foliis 152 comprehensum, charactere priori operi simillimo, papyro mundae, ac albae impressum est. Lineae in quauis pagina maxima ex parte quatuor, & triginta numerantur. Signaturae, custodes, paginarum numeri, & initiales litterae non occurrunt. Interpunctionis signum solum obseruaui punctum. Auersa folii 152 pagina, linea 23. *Expliciunt sermones leonis pape.*

Editio praesens, quam BAVR *in Bibl. Vniuers.* T. II p. 275 vetustissimam, rarissimamque vocat, Bibliographis aliis ignota, secundum mereri locum, & iam ante annum 1475, quo alia sine loci, & typographi indicio prodiit, typis euulgata fuisse videtur.

S. LEO Romanus S. P. cognomento *Magnus*, vitae sanctimonia, rebusque gestis, & scriptis Maximus, orthodoxae fidei columna, Apostoli Petri interpres, dogmatum apostolicorum defensor, post SIXTVM Papam anno 44 die 8. Septembris ad Romanam sedem promotus est, quam ad annum vsque 461 tenuit. Scripsit praesentes sermones, quos christiana pietate, eruditione, & facundia admirandos, in ecclesia pronunciauit. Conf. OVDIN *Comment. de script. Eccles.* T. I col. 1272.

LXIX.

LXIX. S. Thomae Aquinatis Ord. Praedic. tertia pars Summae, in fol. mag.

S. THOMAS scripsit vltimam Summae partem tempore GREGORII *X.* P. M. qui anno 1270. CLEMENTI *IV* suffectus est. Haec *sacramentalis* dicitur, quia S. Doctor de sacramentis ibidem agit; tractat quoque de incarnatione Verbi, in qua articuli fidei continentur secundum ipsius humanitatem. Opus istud morte praeueniente non compleuit. THOLOMAEVS *Hist. Eccles.* lib. 22 c. 39 apud QVETIF. T. I p. 290.

Foliis 270 constat, ac litteris iisdem, quibus praecedentia, & hoc opus impressum est. Quaeuis pagina in duas distincta est columnas, quarum quaelibet quadraginta sex lineas exhibet. Charta est firmissima, alba, ac nitida, chartarii signo Littera D saepius iam descripta, instructa. Distinctionis signa fere omnia obseruantur. Desunt initiales litterae, signaturae, custodes, & paginarum numeri. Opus sine titulo, aut inscriptione his verbis incipit: *Quia saluator noster dominus ih'us xpus* &c. Cuilibet quaestioni eiusdem argumenta praemissa habentur. Quaestio quadragesima, & vltima tertia folii 265 columna, linea 36 terminatur, cui subnexum est: *Et sic est finis* &c. Folio sequenti incipit quaestionum index, quinque foliis contentus.

Haec est peruetusta, ac rarissima editio, de qua in Bibliographis nullam inuenire potui notitiam. Forsan etiam est omnium prima, cum in MAITTAIRE *Annal. typogr.* a primis typographicae artis annis, vsque ad an. 1478 nullam huius partis editionem adspicere potui; illo vero anno IOANNES *de* COLONIA & IOAN. MANTHEN Venetiis Prid. Id. Maii eam typis euulgarunt. MAITTAIRE T. IV p. 385.

LXX. Tractatus de modo perueniendi ad veram, & perfectam Dei, & Proximi dilectionem, in 4.

In fronte operis rubro impressum legitur: *Tractatus de modo perueniendi ad veram & perfectam dei & proximi dilectionem. Habens fundamentum ex theologia mistica. Et licet sit pro religiosis & aliis deuocioni deditis, multum vtilis! potest nihilominus deseruire & ceteris catholice fidei professoribus. Cum omnes ad dilectionem dei & proximi teneamur. Editus a quodam cartusiensi ad dei laudem & aliorum edificacionem. Incipit prologus in eandem materiam!* Prologum auersa folii 2 pagina, linea quinta excipit *Tabula capitulorum.* Folii quinti prima pagina vacua est, auersa vero *Incipit de caritate materia. Caritatis lex vt in corde scribat petitur.* Haec iterum, vti omnes capitulorum tituli, rubro sunt impressa.

Opusculum istud foliis 142 contentum, eodem typo, quo praecedens, impressum, nec signaturas, nec custodes, nec paginarum numeros ostendit. Litteras initiales adposuit miniculator. Quaeuis pagina 25 complectitur lineas. Interpunctiones fere omnes occurrunt.

Tractatus iste per modum dialogi est conceptus, cuius interlocutores Dominus, & auctor. Hac de editione frustra in Bibliographis notitiam requisiui, ex quo facile ad eiusdem raritatem concludendum erit.

LXXI. Vocabularius vtriusque Iuris, in fol. max.

Opus istud nec titulum, nec inscriptionem in fronte exhibens, immediate a prologo lineis 41 contento sequentibus verbis incipit: *Quoniam iuri operam daturum prius nosse oportet vnde nomen iuris descendat.* Prologum excipit littera A. quae prima folii 19 columna — Quodibet enim folium quatuor exhibet columnas — linea 31 terminatur. Litterae T. secunda folii 150 columna, linea quadragesima finis statuitur; reliquum folii vacuum est. Opus ipsum secunda folii 159 columna, linea 14 finitur, cui subiectum legitur: *finit vocabularius iuris*

vtrius-

utriusque. Desunt initiales, custodes, signaturae, & paginarum numeri. Singulae paginae habent 46 lineas. Charta albedine, & firmitate superbit. Signum chartarii littera D, quam stilus ex vna parte in crucem, ex altera in annulum desinens secat, adparet. Typus est prorsus idem, quo praecedens est excusum. De auctore huius operis plane incognito multum hariolari nolo. De rarissima hac editione altum est apud Bibliographos silentium.

LXXII. Ioannis Nider Ord. Praed. Manuale Confessorum. in fol.

Incipit manuale confessorum venerabilis patris fratris Iohannis Nyder. sacre theologie professoris ordinis fratrum predicatorum. Haec verba tituli loco in fronte operis leguntur; sequitur deinde operis partitio, ac capitulorum argumenta. Terminantur ista auersa folii secundi pagina, linea quarta, quae primi capituli argumentum excipit.

Opus foliis 52 constat, eodem charactere, quo praecedentia, chartae firmae, ac albae impressum: caret litteris initialibus, signaturis, custodibus, paginarumque numeris. Lineas quaeuis pagina complectitur triginta, & quatuor. Interpunctionis signum praeter punctum nullum aliud occurrit. Finitur opus prima folii vltimi pagina, linea 17, cui subnexum habetur: *Explicit manuale confessorum. venerabilis patris fratris Iohannis nider sacre theologie professoris ordinis fratrum predicatorum.*

Prodiit hoc opusculum Parisiis ex GERINGII officina an. 1473, & ex IOAN. BONHOMME an. 1489, vt Cl. QVETIF T. I *script. Ord. Praedic.* meminit: praesentis vero editionis nullam habuit notitiam.

Libri COLONIAE ab *Vdalrico* ZELL, & ab aliis ignotis typographis impressi.

Animaduersio praeuia.

Iam primis typographicae artis annis eamdem ab Vdalrico ZELL GVTTENBERGII *discipulo Moguntia delatam esse Coloniam, & forsan iam anno* 1462, *testis nobis chronicon Coloniense anno* 1499 *impressum, in quo legitur*: van Mentz is die vurss kunst komen alre eyrst zo Coellen - - - - dat begynne vnd vortganck der vurss kunst hait myr muntlich vertzelt der eirsame man meyster Vlrich Tzell van Hanauwe boichdrucker zo Coellen noch zertzyt anno MCCCCXCIX. durch den die kunst vurss is zo Coellen home. *Huius vero testimonium maxime corroborat typographiae monumentum peruetustum. Gerardus* MERMANNVS *tractauit, vt ipse in epistola ad Cl.* SCHELHORNIVM *data testatur, suis manibus librum* B. AVGVSTINI *de* singularitate Clericorum, *cuius etiam auctor catalogi Bibliothecae Illustrissimi* Ducis de la VALLIERE *meminit, excusum, vt impressa subscriptio clare docet*, per Vlricum Zell de Hanau. Clericum Diocefeos Moguntinae anno &c. sexagesimo septimo. *Forsan* Vdalricus ZELLIVS *huic operi iam alia typographiae tentamina praemisit, quae intra annos* 1462 — 1467 *typis euulgauerat, ex quo chronici praefati testimonium ab omni falsitatis specie saluatur.*

Anno 1470 *eadem in ciuitate* Conradus WINTERS de Homburch Historiam Longobardicam: *&* Ioan. KOELHOFF de Lubeck BARTHOL. de Proprietat. Rerum: *anno* 1471. PETRVS DE OLPE Auctoritates Decretorum, *&* ARNOLDVS THERHOERNEN Quaestiones de quodlibet S. THOMAE AQVINATIS: *& anno* 1474. Nicolaus GOTZ *de Seltzstat* RADVLPHVM de vita IESV CHRISTI *typis euulgarunt.* MAITTAIRE *T. IV. Cum autem perspectum habemus, primos typographos, priusquam sua nomina, & anni, & loci notam adiecerint, plura opera sine eorumdem indicio in lucem emisisse, fieri potuit, vt & hi viri in arte typographica praestantissimi iam ante annos supra memoratos plura typis euulgauerint.*

Libri

Libri charactere Vdalrici Zell *impressi.*

LXXIII. Ioannis Gersonis Cancellarii Parisiensis diuersa scripta. I. Tractatus de simplificatione, stabilitione seu mundificatione cordis. II. Tractatus de directione seu rectitudine cordis. III. Dialogus de perfectione cordis. IV. Trigilogium astrologiae Theologisatae. V. Opusculum contra superstitiosam dierum obseruationem. VI. Propositiones vndecim aduersus doctrinam cuiusdam Medici in monte Pessulano sculpentis imaginem leonis in numismate cum certis characteribus pro curatione Renum. VII. Propositiones septem de dierum aequalitate in ordine ad bonos, & malos rerum successus.

Antequam ad hos *Ioannis* GERSONIS tractatus describendos accedam, cum Cl. SEEMILLER quaedam adnotanda praemittere necessum duxi.

Horum editio adcuratissime, quae ad formam externam spectant, conuenit cum editione duorum *S.* AVGVSTINI opusculorum, sc. *De vita Christiana*, & *de singularitate clericorum*, quod iam in animaduersione praeuia adduximus, quae VDALRICVS ZELL anno 1467 impresserat. Conueniunt autem quoad typum, interpunctiones, linearum numerum, verbo: quoad omnia, ita, vt nullum relinquatur dubium, quin ex eadem typographia circa idem tempus, vel paulo post prodierint.

Primo tractatui sequens praefixus est titulus: *Incipit tractatus de Simplificacione stabilicione seu mundificacione cordis Magistri Iohannis Gerson Cancellarii parisien.* Terminatur prima folii 13 pagina, linea 27. Huius vltimae duae sic sonant: *Explicit tractatus de cordis simplificacione stabilicione vel mundificacione Ma. Ioha. Gerson.* Auersa eiusdem folii pagina *Incipit tractatus alius eiusdem magistri de directione seu rectitudine cordis*, ac prima folii 26 pagina *Explicit tractatus de directione cordis.* Auersa eiusdem folii, *Incipit Dyalogus de perfectione cordis venerabilis magistri Iohannis Gerson In quo theologus loquitur ad animam xpianam.* Hunc folio 43 excipit *Trigilogium Astrologiae theologisatae*, in cuius initio sequens habetur notitia: *Venerabilis vir magister Iohannes Gerson collegit in Lugduno anno domini Millesimo quadringentesimo decimo nono. quemdam tractatum quem intitulat trigilogium astrologie theologisate quem librum scripsit Delphino vnico regis francie filio*, ad quem praefatio directa est. Auersa folii sexagesimi pagina, linea sexta hic tractatus definit, cui subiectum legitur: *Explicit opusculum astrologie theologisate* &c. Tum immediate sine titulo sequitur tractatus *contra superstitiosam dierum obseruationem*, quem auersa folii 64 pagina, linea sexta sine titulo excipiunt *Propositiones vndecim aduersus cuiusdam medici in monte Pessulano sculpentis in numismate figuram leonis cum certis characteribus pro curatione Renum*; has vero folio 67, linea duodecima, aliae septem propositiones de *dierum aequalitate* in ordine ad bonos, & malos rerum successus sequuntur. Prima folii 69 pagina *Opusculum cuius supra finit feliciter* &c.

Haec omnia foliis 69 constant, papyro albae, ac firmissimae charactere gothico minusculo, ac nitido, quem tabula IV. N. VI exhibet, impressa sunt. Signaturae nullae, nulli custodes, nullique paginarum numeri conspiciuntur. Litteras initiales partim typographus omisit, partim paruas adiiciendas curauit. Singulae paginae viginti septem lineas complectuntur.

LXXIV. Ioannis Gersonis Conclusiones de diuersis materiis moralibus vtiles. in 4.

In fronte huius opusculi foliis 28 contenti maioribus litteris impressum legitur: *Incipit prologus super ɔclusiones de diuersis materiis moralibus vtiles valde posite per magistrum iohannem gerson. doctorem theologie eximium ac. Cancellarium parisiensem.* Auersa folii primi pagina prologo finito *Incipiunt ɔclusiones*, quae auersa trigesimi octaui pagina, linea 21 terminantur, cui adiectum habetur: *conclusiones de diuersis materiis moralibus vtiles valde posite per magistrum iohannem gerson. doctorem theologie eximium ac cancellarium ecclesie beate marie parisien.* Litterae initiales omnino desiderantur; cetera omnia sunt plane eadem, quae quoad externam eorum formam in praecedentibus dicta sunt.

LXXV. Ioannis Gersonis Tractatus I. de passionibus animae. II. De modo viuendi omnium fidelium. III. De pollutione nocturna, an impediat celebrantem, vel non? IV. De cognitione castitatis, & pollutionibus diurnis. V. Forma absolutionis sacramentalis. in 4.

Omnes hi tractatus sexaginta duo folia impressa comprehendunt, & sunt eodem charactere, quo praecedens, impressi. Tituli litteris paulo maioribus excusi conspiciuntur. In fronte primi tractatus haec tituli loco leguntur: *Incipit tractatus notabilis de passionibus anime. venerabilis magistri Ioh. gerson,* Terminatur prima folii 26 pagina, linea 16, cui haec sunt subiecta: *Explicit tractatus notabilis de passionibus anime. Editus a magistro iohanne gerson cancellario parisiensi nec non professore sacre theologie.* Auersa pagina vacua est. Folio sequenti *Incipit tractatulus bonus eiusdem de modo viuendi omnium fidelium.* Idemque terminatur in auersa folii trigesimi pagina, linea decima tertia, addita sequenti notitia: *Expliciunt regule pulchre eiusdem de modo viuendi omnium fidelium.*

Duorum tractatuum horum & aliam possidemus editionem, a Cl. SEEMILLER fasc. I p. 107 descriptam, quae licet quoad typum, foliorum, ac linearum numerum cum praecedenti conueniat, tamen in sequentibus ab illa discedit, ex quo, praecessisse praesens, mihi videtur. In auersa folii vltimi primi tractatus pagina ea leguntur impressa, quae imprimenda fuerant auersae paginae tertii folii tractatus sequentis, & ibi denuo quoad omnia repetuntur. In praesenti vero hunc errorem typographus corrigere, & auersam vltimi folii paginam vacuam relinquere voluit. Deinde in primo sequentis tractatus folio magna in vtraque editione discrepantia adparet. Primo: abbreuiationes vnius, in altera euitantur. Secundo: linearum initium, & finis varius est. Tertio: vltima postremae editionis linea, primam in altera auersae paginae efficit. Quarto denique, vt secundum folium primae editionis cum verbis secundae inchoare posset, tres sequentes syllabas: *tos suos*, pro quibus nullum spatium in linea 27 remansit, huic ad finem subiicere coactus est typographus.

Duobus foliis vacuis relictis, *Incipit Tractatulus venerabilis Magistri. Ioh. Gerson cancellarii parisien. tractatus de pollucione nocturna. an impediat celebrantem vel non.* Hic foliis quindecim constat, ac immediate folio sequenti incipit eiusdem tractatus *de cognicione castitatis. & pollucionibus diurnis.* Prima folii 59 pagina *Explicit tractatulus venerabilis magistri. Ioh'is gerson. de pollucionibus diurnis.* Auersa vacua adparet. Folio 60 *Incipit forma absolucionis sacramentalis eiusdem Magistri Ioh' Gerson*, quae 62 folii prima pagina his verbis finitur: *Explicit forma absolucionis sacramentalis venerabilis Magistri Ioh' Gerson. Deo Laus.*

LXXVI. Ioannis Gersonis opusculum tripartitum de praeceptis Decalogi, de Confessione, & de arte moriendi. in 4.

Initio operis haec litteris maioribus impressa habentur: *Incipit opusculum tripartitum de preceptis decalogi de ɔfessione & de arte moriendi. per eximium sacre theologie professorem Magistrum iohannem gerson alme vniuersitatis parisiensis Cancellarium.* Hoc opusculum triginta folia complectitur, ad cuius finem haec habentur: *Explicit opusculum tripartitum de preceptis decalogi, de confessione & de arte moriendi* &c. Ceterum & praesens opusculum quoad externam formam ita praecedentibus respondet, vt diutius eiusdem descriptioni immorari necesse haud sit.

Auctor horum opusculorum *Ioannes* CHARLIERIVS DE GERSON, gente Gallus, a vico cognomine, Dioeceseos Rhemensis in Campania oriundus. Doctor Christianissimus adpellatus, natus est an. 1363. Tantum in theologica scientia, ac agendi prudentia eminuit, vt Cancellarii Parisiensis munus obtineret. Plurimum pro ecclesiae pace, diro schismate perturbata, laborauit, ac mala permulta sustinuit. Tandem vir doctrinae, & pietatis fama celebris, & seculi sui princeps, subita inter orandum morte extinctus, obiit anno 1429. 4 Idus Iulii, plurima tam doctrinae, quam pietatis monumenta scripta relinquens. Multi inter doctores illum ordinis Coelestinorum alumnum fuisse narrant; sed hallucinantur plane, in hoc lapsi, quod hic duos fratres *Ioannem*, & *Nicolaum* Coelestinis adscriptos habuerit. Conf. *Rob.* GER. *in adpend. ad* CAVE. p. 104.

LXXVII. *Aristotelis liber de moribus ad eudemium per Leonardum aretinum de greco in latinum translatus.* in 4.

Verba superius relata huius operis titulum constituunt, quae ARETINI praefatio excipit, cuius finis auersa folii secundi pagina linea decima quinta adspicitur. Constat quatuordecim foliis, eodem charactere, quo praecedentia, impressum, omnes quoque notas in iisdem recensitas exhibet. Ad calcem libri legitur: *Explicit liber Aristotelis de moribus ad Eudemium. per Leonardum aretinum de greco in latinum translatus.*

LXXVIII. M. T. Ciceronis Paradoxa, & liber de Senectute. in 4.

Haec duo opuscula triginta, & septem foliis impressis comprehensa, ex eodem ZELLII officina cum praecedentibus prodiere. Tituli in iis occurrentes maioribus expressi sunt litteris, reliquas notas cum superioribus communes habent.

Initio primi opusculi legitur: *Marci Tulii Ciceronis paradoxa Incipit.* Auersa folii 13 pagina *Marci Tulii Ciceronis paradoxa* explicit. Folio sequenti *Incipit Tullius de Senectute.* Prima folii 37 pagina, linea octaua *Explicit Tullius de senectute.*

Horum opusculorum editiones prioribus in omnibus conuenientes, ex eadem typographia in lucem prodiisse, haud dubium relinquitur. Litterae, quibus impressa, sunt gothicae minusculae, & satis pingues, atramento nigerrimo expressae. Signa interpunctionis praeter punctum occurrunt quoque, sed raro, colon, & interrogationis signum. Initiales litterae, custodes, signaturae, & paginarum numeri desiderantur. Charta est alba, & firma admodum, chartarii signo capite bouino, inter cuius cornua prominet stilus in stellam desinens, instructa. Singulae paginae integrae viginti septem lineas complectuntur.

Editio ista ob insignem antiquitatem, & ob altum Bibliographorum etiam praestantiorum silentium merito Bibliothecarum cimeliis adnumeratur.

LXXIX. Ioannis Nider Ord. Praedic. Formicarii Libri V. in fol.

Formicarius iste in quinque libros diuisus est, quibus christianus quilibet tum admirabili formicarum exemplo, tum historiis pro re adcommodatis, & ad parandam sibi sapientiam, & ad vitam honeste, pieque instituendam, efficacissime eruditur. Constat foliis 194, estque papyro albae admodum, ac firmae in duabus columnis, quarum singulae integrae 36 complectuntur lineas, impressum. Desunt initiales litterae, signaturae, custodes, ac paginarum numeri. Interpunctionis signa duo occurrunt, punctum nimirum, & colon. In superiori margine cuiuslibet paginae tam librum, quam caput adnotauit typographus. E. g. in prima columna: *Liber Primus*, in secunda: *Capitulum Primum.*

In fronte operis sequentia habentur: *Incipit prologus formicarii iuxta edicionem fratris Joh'is Nyder sacre theologie professoris eximii qui vitam tempore concilii constanciensis basiliensisque duxit in humanis feliciter.* Secunda paginae primae columna, linea 40 prologum excipit operis sectio; hanc dein capitulorum tabula. Prima folii quarti columna ad tabulae finem legitur:

Explicit tabu-
la capitulorum.
Incipit Liber
Primus.

Ad calcem operis haec reperiuntur impressa: *Explicit q'ntus ac totus formicarii liber iuxta edicionem Joh'is Nider sacre theologie professoris eximii q' vitam tempore concilii ɔstanciensis basiliensisque duxit in humanis feliciter.*

Diutius persuasum mihi habebam, opus praesens Moguntiae a *Petro* SCHOIFFERO typis fuisse euulgatum, cum characteres istius, qui gothici maiusculi sunt, primo intuitu plane iidem videantur, quibus SCHOIFFER anno 1473. *S.* AVGVSTINI libros de *Ciuitate Dei* impresserat. Ast adcuratiori cum vtrisque comparatione instituta, me haud parum deceptum sensi, ac in vtrisque non exiguam esse differentiam expertus fui. Primo: praesentis operis characteres illis pinguiores, ac atramento nigriori expressi conspiciuntur. Secundo: litterae *B*, & *V* secunda Moguntinis typographis fuerunt ignotae, & litterae *L*, & *M* ab eorumdem forma haud parum discedunt. Denique secunda folii 44 pagina, quae non in duas est distincta columnas, integra litteris gothicis minusculis, a Moguntinis omnino diuersis, & *Vdalrico* ZELL plane propriis, quibus praecedentia exeuserat, impressa est. Ex quo coniicere licet, formicarium istum non Moguntiae, sed Coloniae ab *Vdalrico* ZELL typis fuisse euulgatum. Robur insuper huic opinioni addit, quod iste iisdem iam in praecedentibus operibus saepius ad titulos imprimendos vsus fuerit. Characterem istum tabula V. N. I exhibet.

Hac de editione altum est apud Bibliographos silentium. Cl. QVETIF T. I. *Script. Ord. Praedic.* p. 793 duarum quidem editionum, quae seculo XV sine anni, loci, & typographi indicio in lucem prodiere, mentionem facit; inter quas an praesens sit, discernere nequeo. FREYTAG quoque in suis *Analectis* p. 638 vnam recenset, quae tamen a praesenti tota discrepat; Freytagiana enim editio folia 125, nostra vero 145 complectitur.

LXXX. S. Gregorii M. Commentarius super Cantica Canticorum. in fol.

Foliis 39 hic commentarius contentus, eamdem cum praecedenti externam exhibet faciem. Iisdem litteris in duabus columnis est expressus; eadem charta, eaedam interpunctiones & in hoc obseruantur. Lineae vero in quauis columna potissimum 37 numerantur.

Initio

Initio operis tituli loco legitur: *Incipit commentum bti Gregorii pape super Cantica canticorum Prologus*, ad cuius finem quarta tertii folii columna haec habentur:

Explicit prologus
Incipit liber.
Capitulum Primum.

Tertia folii 39 columna, linea 16 *Explicit Commentum beati Gregorii pape super Cantica canticorum.*

De editione ista nullibi aliquam inuenire potui notitiam; neque editores S. GREGORII operum PP. *Benedictini Congr. S.* MAVRI illius meminere. Casimirus OVDINVS in *Comment. de script. Eccles.* T. I col. 1496 editionem huius operis anno 1476 in 4. euulgatam recenset, quam Cl. MAITTAIRE ignorauit.

Petrus GVSSANVILLAEVS expositionem istam *S.* GREGORIO abiudicare conatus est, sed *Patres Mauriani* non infirmis argumentis eam, vt genuinum S. Doctoris opus in *Praefat. ad eamdem* defendere studuerunt. His deinde se opposuit OVDINVS l. c. qui illam cuidam ROBERTO Abbati *S. Victoris Baiocensi* tempore GREGORII *VII* florenti, vno alteroue monumento inductus attribuit. Sed magis est credendum viris, qui omnes vires in colligendis, ac conferendis codd. M. SS. ac vetustissimis documentis insumpsere, quam viro Apostatae, ac S. Doctori a tot eruditis maximis laudum encomiis celebrato, maxime infenso.

Libri charactere, quo excusus est Coloniae anno 1473 sine typographi indicio Liber *S.* AVGVSTINI ad PETRVM *Diaconum de fide in* 4, impressi.

LXXXI. Ioannis de Turre cremata Card. S. Sixti Contemplationes. in fol.

Hae contemplationes quindecim foliis contentae, in duabus columnis, quarum quaelibet 38 complectitur lineas, iisdem typis, quos tabula IV. N. VII exhibet, impressae sunt. Charta est firma admodum, & alba. Interpunctionis signum punctum solummodo comparet, & quidem raro. Desunt litterae initiales, signaturae, custodes, & paginarum numeri.

Initio operis haec leguntur: *Incipiunt contemplaciones deuotissime per reuerendissimum dominum dum Iohanem de turre cremata cardinalem quondam sancti Sixti edite atque in parietibus circuitus Marie mine rue nedum literarum caracteribus verum eciam ymaginum figuris ornatissime descripte atque depicte.* Sequuntur deinde breues meditationes de vita, & passione Christi, ac aliis religionis obiectis. Vltima meditatio *de resurrectione in nouissimo die* secunda folii 15 columna, linea 37 terminatur.

Ioannes de TVRRE CREMATA Ord. Praed. ecclesiae ambitum *S.* MARIAE de Minerua Romae sacris imaginibus exornari, ac praesentes contemplationes adponi iussit. Vtrasque tam imagines ligno incisas, quam contemplationes *Vlricus* HAN typographus Romanus longe celeberrimus publici iuris anno 1467 fecit. Anno 1473 idem cum SIMONE Lucensi eamdem editionem adornauit. Alterius quoque anno 1472 in lucem emissae meminit Cl. DENIS *in Memorab. Bibl. Garell.* p. 421, quae loci & typographi nota caret. Praesentis vero, quae circa annum 1470 typis euulgata videtur, apud nullum Bibliographorum mentio inuenitur, ac inde singularis raritatis nota honorari meretur.

LXXXII. Alberti M. Tractatus de virtutibus, seu Paradisus animae. in fol.

Hic tractatus foliis viginti octo constans, iisdem litteris, quibus praecedens, impressus est; eadem quoque charta, idemque linearum numerus obseruatur: litterae initiales, custodes, signaturae, ac paginarum numeri desiderantur, ac praeter punctum nullum occurrit distinctionis signum. In

In operis sequentis fronte tituli loco leguntur impressa: *Incipit tractatus de virtutibus editus a magno Alberto secundum alios vocatus paradisus anime* Prima folii 28 pagina *Explicit tractatus de paradiso anime Alberti magni.* Paruo spatio interiecto *Sequuntur capitula tractatus precedentis*, ad quorum finem haec habentur : *Explicit tabula tractatus. pro quo sit benedictus deus & gloriosissima mater eius.* QVETIF *T. I script. Ord. Praedic.* p. 178 solum editionem Antuerpianam anni 1489 recenset; de praesenti vero nullam habuit notitiam.

LXXXIII. Iacobi Ord. Eremit. S. Augustini Sophologium, seu de inquisitione Diuinae Sapientiae Libri III. in fol.

Integrum opus foliis 167 contentum, in duabus columnis, quarum quaelibet, sicut praecedentia, 38 lineas comprehendit, impressum est. Reliqua cuncta cum iisdem quoque in omnibus conueniunt, ita, vt vlterius in eorum descriptione progredi necessum haud sit.

Duo prima folia occupat index, in cuius initio haec leguntur : *Sequuntur capitula Sophilogii.* Prima folii tertii columna *Incipit Sophilogium cuius finis est amare sciencias.* Haec verba excipit operis dedicatio ad MICHAELEM Episcopum Antisiodorensem, cuius capellanum se nominat auctor, ex qua discimus, opus praesens maxime ex poetarum dictis collectum, ac ideo *Sophologium* vocitatum, eoquod principalis esset intentio, legentis animum inducere ad sapientiae amorem. Secunda eiusdem folii columna, linea 14. *Incipit primus liber Sophilogii* qui secunda folii 32 columna definit. Prima folii 167 columna, linea nona opus terminatur, cui subiectum legitur : *Explicit Sophilogium feliciter.*

Cl. OSSINGER in *Bibl. August.* p. 532 editioni Parisiensi, quae ex GRANTZII, & sociorum officina anno 1477 in lucem prodiit, primum dedit locum, nostram penitus ignorans, quae tamen, consideratis summae antiquitatis notis, illam praecessisse videtur. Typis dein Lugduni anno 1485. 1495. & 1498. excusum est.

Auctor est IACOBVS *Magnus*, natione Gallus, patria Tolosanus Ordinis Eremit. *S.* AVGVST. Alumnus, vixit seculo XV. Extitit in vniuersitate Patauina publicus Philosophiae professor: dein CAROLO *VII.* Francorum Regi a confessionibus fuit. E vita anno 1422 migrauit, vir non tantum nomine, sed etiam in omni ferme litteratura magnus. Conf. OSSINGER l. cit.

LXXXIV. Ioannis Gersonis Tractatus I. De pollutione nocturna. II. De cognitione castitatis, & pollutionibus diurnis. III. Forma absolutionis sacramentalis. in 4.

Primi tractatus initium sic sonat : *Incipit Tractatulus venerabilis Magistri Iohannis Gerson Cancellarii parisiensis tractans de pollucione nocturna, an impediat celebrantem vel non.* Foliis quindecim absoluitur, ad cuius finem eadem verba repetuntur, ita tamen, vt loco vocis *Incipiunt*, positum sit, *Expliciunt.* Tractatus secundus, & tertius sedecim continent folia. Ille prima folii 14 pagina sic terminatur : *Explicit tractatulus venerabilis Magistri Iohannis Gerson de pollucionibus diurnis.* Iste auersa eiusdem folii pagina sequentibus inchoat : *Incipit forma absolutionis sacramentalis eiusdem Magistri Iohannis Gerson.* Ad finem eadem repetuntur, posito verbo : *Explicit*, loco *Incipit.*

Litterae, quibus impressa haec sunt, plane simillimae sunt iis, quibus praecedentia excusa habemus; vnde nullus dubito, illa quoque Coloniae, & quidem ex eadem officina in lucem prodiisse. Immo industrius characterum primorum typographorum indagator *D. Ioan. Bapt.* BERNHART me per epistolam docuit, in monasterii Tegurini Bibliotheca opus quod-

dam,

dam, cuius tamen argumentum mihi indicare non potuit, extare, eodem charactere Coloniae, quo praesens, impressum. Characterem hunc tabula IV. N. VIII repraesentat. Desunt initiales litterae, custodes, signaturae, & paginarum numeri.

Speciariam congruentiam cum superiore editione N. LXXV memorata obseruaui. Idem enim paginarum impressarum, ac linearum numerus occurrit. Quaeuis pagina, excepta prima, eodem verbo incipit, ac terminatur, eaedemque inscriptiones, & finales subscriptiones leguntur. Plures tamen abbreuiationes in praecedenti, quam in praesenti editione sese offerunt. Quaenam autem alteram praecesserit, determinare non audeo; vix non circa idem tempus vtraque opuscula fuisse typis euulgata, mihi plane videtur.

LXXXV. Ioannis Gersonis Tractatus I. De Simonia. II. De probatione spirituum. III. De Eruditione Confessorum. IV. De remediis contra recidiuum peccandi a confessoribus dandis. in 4.

Omnes isti tractatus quoad typum, & cetera omnia, quae ad formam externam spectant, praecedenti consonant. Constant foliis 29. In fronte primi legitur: *Incipit Tractatus de symonia Magistri Iohannis Gerson Cancellarii parisiensis.* Prima folii decimi pagina *Explicit tractatulus de symonia* &c. Auersa vero *Incipit tractatus de probatione spirituum Magistri Iohanis Gerson. Cancellarii parisiensis.* Auersa folii decimi octaui pagina tertius; quartus denique tractatus folio 26 incipit, qui auersa folii 29 pagina finitur.

LXXXVI. S. Hieronymi Ordo viuendi Deo ad Eustochium Virginem. in 4.

Sequentia tituli loco in fronte habentur: *Incipit prologus in ordinem viuendi deo. eximii doctoris Iheronimi ad Eustochium sacram deo virginem quam Bethleem cum pluribus deo dicatis virginibus in monasterio sub istius ordinis obseruacionibus conclusit.* Prologus auersa primi folii pagina linea 23 terminatur, cui immediate subiectum legitur: *De caritate & vnitate seruanda. Ca. primum.* Auersa folii trigesimi pagina *Explicit ordo siue regula viuendi deo. doctoris eximii Iheronimi. ad eustochium sacram deo virginem quam bethleem. cum pluribus. deo dicatis virginibus. in monasterio sub istius ordinis obseruacionibus conclusit.*

Liber iste folia triginta continens litteris iisdem, quibus praecedens, impressus, nec litteras initiales, nec signaturas, nec custodes, nec paginarum numeros ostendit. Pagina quaeuis 27 lineas exhibet. Interpunctionis signum solum obseruatur punctum. Editio est per uetusta, rarissima, ac Bibliographis ignota.

Opusculum istud Editores *Benedictini Congr. S.* MAVRI, & *Dominicus* VALLARSIVS ad opera S. Doctori falso adscripta damnarunt. *Regula Monacharum*, vt OVDINVS *Comment.* T. I col. 836 ait, absurda prorsus, & indigno, quae diui HIERONYMI nomen prae se ferat, vt cuique legenti nullo negotio constare potest.

LXXXVII. Daretis Phrigii Historia Troiana. in 4.

Hoc quoque opusculum quoad externam formam exactissime cum praecedentibus conuenit. Constat foliis 12. In fronte eiusdem legitur: *Incipit hystoria troiana daretis frigii.* Dein agit de Troianorum origine, tamque breui sermone, vt quindecim lineae iam eamdem absoluant. Huic absque titulo subnexa est *Cornelii* NEPOTIS ad SALLVSTIVM *Crispum* epistola, quam ob eiusdem breuitatem, ac eruditionem hic integram adscribam.

Cornelius nepos salustio crispo suo salutem Cum multa ego athenis curiose inueni historiam daretis frigii ipsius manu conscriptam vt titulus indicat quam ego summo amore complexus continuo

 transa-

transfuli. Cui nihil adiciendum vel diminuendum rei formande causa putaui. alioquin mea posset videri. Optimum ergo duxi ita vt fuit vere & simpliciter scripta sic eam ad verbum in latinitatem transueterem vt legentes cognoscere possint quomodo res gesta essent quas dares frigius memorie commendauit. qui per ipsum vixit. & militauit. dum greci troianos obpugnarent. Minime homero credendum. qui post annos multos natus est. Denique athenis iudicium fuit. cum pro nisano haberetur q'd deos cum hominibus belligerasse describeret. hattenus ita nunc ad pollicitum redeamus.

Epistola haec auersa primi folii pagina linea septima terminatur. Linea octaua ipsa historia incipit, eique prima folii 22 pagina, linea 21 finis imponitur, cui haec subiecta legitur notitia.

Dares frigius qui huic bello interfuit ex vtriusque
partis principes vidit hanc hystoriam ɔscripsit.

Sequitur dein carmen elegiacum, quo poeta Troiae excidium deflet, cuius initium est:

Ergama flere volo. fata danais data solo
Solo capta dolo. capta redacta solo.

Carmine iste absoluto, sequens habetur notitia:

Tempore iosue Ericheus in troia quadrigam iunxit.
Tempore thola iudicis priamus regnat in troia
Tempore abessam iudicis alexander helenam rapuit
Tempore hayolon iudicis troia a grecis obsidetur
Tempore labdon iudicis troia capitur a grecis.

FABRICIVS hanc memorat editionem, eamque antiquissimam vocat. BAVR in *Suppl. Bib. Vniuers.* T. II alterius meminit, quae Lipsiae anno 1498 primum adspexit lucem,

DARES, in Phrygia natus, Sacerdos Troianus, ab HOMERO celebratus, tempore belli Troiani vixisse, eiusdemque historiam, quam *Cornelius* NEPOS versibus heroicis latinam reddidit, scripsisse dicitur. Conf. GESNER. *Bibl. Vniuers.* fol. 188 & 193. *Ioan. Georg.* MEVSEL *Bibl. Struu. hist.* Vol. II. P. I. Sect. V. p. 74 sequentia adhuc addidit. „ Quantum ad DARETEM, inducit auctor *Cornelium* NEPOTEM ad *Crispum* SALLVSTIVM in praefatione loquentem, quasi ipse CORNELIVS DARETIS autographum nactus, idem statim latine reddiderit. „ Sed probatione haud anxie petita eget, cum ex collatione & vitarum NEPOTIS & huius, „ quam de DARETE habemus, translationis, stili difformitas primo statim intuitu adpareat. „ Immo quoque ligato sermone latino conscripta de bello Troiano narratio, perperam olim „ *Cornelio* NEPOTI fuit adscripta. Sed vero ista auctori suo, *Iosepho* ISEANO — quem etiam „ alii libelli a nobis descripti auctorem esse volunt — scriptori Anglico seculi decimi tertii, re„ stituta & vindicata per *Samuelem* DRESEMIVM.

LXXXVIII. Dictys Cretensis historiae Troianae libri VI. in 4.

Cum in nostro exemplari ad finem vnum aut plura desiderantur folia, eorumdem numerum determinare adcurate nequeo. Foliis 67 praesens constat, charactere eodem, quo DARETIS historia, & haec est expressa; eamdem quoque externam praesefert formam, ita, vt de illa aliquid differere, necesse haud sit.

In fronte operis legitur: *Incipit prologus in troianam hystoriam dyctys cretensis*, in quo Auctoris vita, huiusque historiae fata sequentibus descripta habentur.

Dyctys cretensis genere gnosso ciuitate hisdem temporibus quibus & attride fuit. peritus vocis ac litteris fenicum que cathino in achiam fuerant delata. Hic fuit socius idomenei deucalionis filii & merionis eximolo qui duces cum exercitu contra ilum venerant. A q'bus ordinatus est vt annales belli troiani ɔscriberet. Igitur de toto bello sex volumina in tilias digessit feniceis litteris Que iam reuersus senior in cretam precepit moriens vt secum sepelirentur. Itaque vt ille iusserat memoratas

tilias

tilias in flagnea arcula r'positas eius tumulo condiderunt. Verum fecutis temporibus tercio decimo anno neronis imperii in gnosso ciuitate terre motu facto cum multa. tum etiam fepulchrum dyctys ita patefecerant vt a transeuntibus arcula viferetur. Pastores itaque pretereuntes. cum hanc vidissent thefaurum rati in fepulchro abstulerunt. Et aperta ea inuenerunt tilias incognitis fibi litteris conscriptas. Continuoque ad dominum fuum eupraxidem quemdam nomine pertulerunt. Qui agnitas quenam essent litteras rutilio ruso illius insule tunc confulari obtulit. Ille cum ipso eupraxide ad neronem oblata fibi transmisit existimans quedam in his fecreciora contineri. Hec igitur cum nero accepisset aduertissetque punicas esse litteras harum peritos ad se euocauit. Qui cum venissent interpretati funt omnia. Cumque nero cognouisset antiqui viri hec esse monimenta qui apud ilium fuerat iussit in grecum fermonem ista trausferri E quibus troiani belli verior textus cunctis innotuit. Tunc eupraxiden muneribus e romana ciuitate donatum ad propria remisit. Annales vero nomine dyctys inscriptos in grecam bibliothecam recepit, quorum feriem, quam fequitur textus ostendit.

Paulo inferius legitur: *Hec in funt dyctys. Ephemeridos belli troiani libri fex.*

Belli troiani liber primus.

Ad finem libri fecundi folio 39 legitur: *L. feptimini.* — Septimii — *ephimeridos dyctys cretenfis belli troiani. Liber fecundus explicit.* Iisdem verbis & reliqui libri terminantur; vnde quidam *L.* SEPTIMIO Romano iftam hiftoriam adfcribere, haud dubitarunt. Auerfa folii 67, & in praefenti opufculo vltimi pagina, linea 27 fequentia habentur: *manu dilanians caput fletum edit quam miferabilem.*

Quid de auctore, quid de ipfa hiftoria fentiendum, audiamus *Io. Georgium* MEVSEL, qui in *Vol. II. P. I. Bibl. Struu. Sect.* V. p. 74 haec habet: „ De Dicty Cretenfi res eft incertior. „ TZETZES quidem ex auctoritate *Ioannis* MALALAE res ad Troianos geftas eum fcripfiffe do- „ cet, ex quibus poftea fua transtulerit HOMERVS: contrarius eft SVIDAS, qui poft HOMERVM „ vixiffe DICTYN contendit. Ea, quae in prologo legenda funt, ad fabulas condemnat, cum „ ne vnicus quidem, vt idem l. c. p. 76 inquit, e Romanis, Graecisque fcriptoribus, qui „ res fub NERONE geftas narrant, huius rei aliquam facit mentionem; vt alia taceamus ar- „ gumenta, quibus authentia opufculi ab aliis impugnata fuit.

Hac de editione apud MEVSEL l. cit. p. 78 hanc inueni notitiam. „ Prodiit DICTYS feor- „ fum fine indicio loci, & anni in 4. Editio nec Maittairio, nec Fabricio cognita, prior cer- „ te Mediolanenfi — Haec an. 1477 primam adfpexit lucem — & defcribitur a G. F. *de* BVRE „ in *Bibliographie inftructiue* T 1 p. 475 — 479 vbi circa annum 1470 typis Moguntinis excu- „ fa effe, coniicitur. „ Sed *de* BVRE, fi de praefenti loquitur, valde halluncinatur, cum nullo modo Moguntinos his typis, qui fculpti potius, quam fufi videntur, vfos fuiffe, conftet. De aliis editionibus eumdem quiuis lectorum confulere poteft.

LXXXIX. S. Bernardi Abbat. Clareuallenfis diuerfi Tractatus. in fol.

Auerfa primi folii pagina habentur tituli librorum in hoc volumine contentorum. Folio fecundo in fronte legitur: *Bernardus de diligendo deum.* Tunc immediate fequitur praefatio ad ALMERICVM ecclefiae Romanae Diaconum Cardinalem, cuius hortatu praefentem compofuit tractatum, directa, quae fecunda columna — In duas enim quaeuis pagina diftincta eft — linea 15 terminatur. Quarta vero folii 12 columna *Explicit liber beati Bernardi de diligendo deum.* Hunc folio fequenti excipit *Sermo beati Bernardi abbatis de facramento altaris.* Folio decimo octauo *Incipit prefacio epiftole beati bernardi abbatis ad fratres de monte dei*, quam fecunda columna, linea 19 ipfa epiftola in duos libellos diuifa fequitur. Folio 39 *Incipit appollogeticum beati bernardi* de vita & moribus Monachorum Ciftercienfium & Cluniacenfium ad GVILLELMVM Abbatem *S.* THEODORICI fcriptum. Finis Apologiae prima folii 46 pagina, columna fecunda, ac linea 33 ftatuitur. Auerfa pagina vacua eft.

 Folio

Folio sequenti *Incipit prologus in sequentem librum*, qui agit *de praecepto & dispensatione.* Hoc opusculum S. Abbas rogatu duorum Monachorum Carnotensium scripsit. Cum autem isti, inconsulto abbate suo, ad sanctum scripsissent, prologus, seu potius epistola ad Abbatem *Columbensem* praemissa est, quem BERNARDVS enixe rogat, vt hunc tractatum a se perlectum *Carnotensi* Abbati transmittat, ne inscio Abbate in manus Monachorum perueniat; cum iuxta *S.* BENEDICTI regulam sine Abbatis sui nutu, epistolas dare, & accipere prohibeantur Monachi. Folio sexagesimo legitur: *Beatus bernardus de gracia & libero arbitrio.* Tractatus iste ad GVILLELMVM *S.* THEODORICI Abbatem directus est, qui MABILLONII iudicio, licet paruus, tamen plus succi, & solidae doctrinae, quam magna librorum volumina, quae de eodem argumento pertractarunt, continet.

Folio 72. *Incipit liber primus bti bernardi abbatis Clareuallens. de consideracione ad eugenium papam.* Quinque considerationum libros diuersis temporibus ad EVGENIVM Papam S. Doctor scripsit, qui *Benedictinorum Congr. S.* MAVRI iudicio tot referti sunt oraculis, vt ad dirigendos SS. Pontifices, diuinitus dictati videantur. Eorum igitur quidam ita magni aestimarunt, vt eorum lectionem mensae suae adhibuerint. Folio 100 *Incipit liber bti bernardi d' cognicione dei & sui ipsius.* Liber iste meditationes piissimas ad humanae conditionis cognitionem complectens, in opera suppositia reiectus, HVGONI *a S.* VICTORE adscribitur.

Opuscula haec folia 111 complectuntur, in duabus columnis impressa. Characteres tabula IV. N. IX exhibet. Cum vero maxima eorum pars cum characteribus, quibus *Ioan.* TVRRE CREMATA *contemplationes* N. LXXIX recensitae impressae sunt, conueniat, nec ego, nec alii typorum veterum studiosi dubitamus, illa Coloniae ex officina nobis adhuc ignota in lucem prodiisse. Desunt initiales litterae, signaturae, custodes, & paginarum numeri. Interpunctionis signa praeter punctum & colon, etiam interrogationis signum obseruaui. Charta est firma, sed minus alba.

Editio haec est antiquissima, & rarissima, Bibliographis parum hucusque cognita. BAVR *in supplem. Bibl. Vniuers.* T. I p. 203 etiam aliquam editicnem operum diuersorum *S.* BERNARDI sine anni, loci, & typographi indicio recenset, citans HENNING; an autem eadem sit cum nostra, discernere nequeo.

Libri a Ioanne Koelhoff *impressi.*

XC. S. Thomae Aquinatis Quaestiones X. de potentia Dei disputatae. in fol.

Integrum hoc opus 222 foliis constans, eodem typo impressum est, quo Ioannes KOELHOFF de Lubeck anno 1475. *S.* THOMAE *quaestiones de veritate* euulgauit; vnde mihi verisimile est, circa eundem annum illud fuisse excusum. Quaeuis pagina in duas distincta est columnas, quarum quaelibet 40 lineas complectitur. Charta est munda, alba, ac firma. Signaturae, & paginarum numeri desiderantur, custodes vero quarta cuiusuis folii columna, maxima ex parte adparent. Litterae initiales plerumque sunt omissae, quandoque paruas adposuit typographus.

Sequentia tituli loco in fronte habentur: *Incipiunt questiones de potencia dei disputate a fratre Thoma de Aquino de ordine predicatorum.* Secunda folii nonagesimi primi columna, linea 38 quarta finitur quaestio, auersa eiusdem sequens solummodo notitia legitur: *Istam questionem nullibi reperimus beatum Thomam ɔpleuisse Sed tamen eius ɔplementum cum solutionibus argumentorum ex tribus aliis passibus sue doctrine haberi potest facillime. scilicet prima parte q. LXXIII per totum. Iterum in 2. scripto dis. 12 ar. 4 & in d' veritate ma. 8 ar. 17. Talis igitur huius petit ampliorem declarationem & argumentorum solutionem ad illos recurrat passus.* Prima folii 92 pagi-

pagina vacua eft, auerfa deinde incipit quaeftio quinta *de conferuatione rerum.* Vltimae quaeftioni fecunda folii 220 columna linea 40 finis imponitur. Folio fequenti *Incipiunt tituli queftionum*, qui prima folii 222 columna abfoluuntur.

XCI. Sermones duo de Paffione D. N I. Chrifti. in fol.

Sermones ifti feptem plagularum fafciculis, quorum quilibet, excepto vltimo, quaternus eft, litteris a — g. infignitis conftant. Litterae, quibus expreffi funt, funt plane eaedem, quibus opus immediate praecedens impreffum eft. Lineae in quauis pagina quadraginta numerantur. Defunt cuftodes, fignaturae, paginarum numeri, & initiales litterae. Interpunctionis fignum praeter punctum nullum aliud obferuatur.

In fronte operis legitur: *Infignis duarum paffionum dni Iefu Chrifti nri faluatoris. collectio quorumdam diuini verbi difertiffimorum predicatorum. doctrinalis & deuotionis excitatiua pro die veneris fancta fc. parafceuen. vtique vulgo predicabilis congruentiffima textualiter ex quatuor euangeliorum concordantiis. ac plurium fanctorum accuratiffimis fentenciis quam florentiffime procedens per partes & paffus multiformiter articulis diftincta* &c. Spatio paruo interiecto, *Paffio euiufdam diuini verbi concionatoris fecundiffima pro celebri tempore diei parafcheues ad populum predicabilis plenam fcripturarum redolens fuauitatem feliciter incipit.* Prima folii 33 pagina, linea decima *Explicit paffio Iefu Chrifti fecundum quatuor euangeliftas.* Paulo inferius *Egregii magneque doctrine facrorum eloquiorum interpretis perutilis paffio fiue fermo popularis pro libitu volentium meritorie in diebus parafcheues vacare predicationi eleganter exaratus feliciter incipit.* Auerfa pagina folii 51 linea 23 definit, cuius vltima verba funt: *nat AMEN.*

Libri DAVENTRIAE, quae Metropolis Belgicae prouinciae Trans-Ifalanae eft, a *Richardo* PAFFROIT, qui iuxta Cl. MAITTAIRE ab anno 1477 vsque ad an. 1499 artem typographicam exercebat, impreffi.

XCII. Raymundi de Sabunde Medicinae doctoris theologia naturalis, fiue liber creaturarum, Dauentriae per Richardum Paffroit. in fol.

Integrum hoc opus 32 conftat plagularum fafciculis, qui omnes quaterniones, litteris a — z. aa — hh. & A. fignati funt. Impreffum eft charactere gothico maiufculo, a tabula V. N. II repraefentato. Paginarum numeri, & cuftodes defunt. Initiales litterae paruae a typographo funt adiectae. Praeter punctum occurrit quoque interrogationis fignum. Singulae columnae integrae 39 lineas comprehendunt.

Praemiffus eft operi index alphabeticus, vnum fafciculum, littera A notatum, complectens, cuius primum folium, & auerfa folii octaui pagina vacua eft. Initio operis legitur: *Incipit theologia naturalis fiue liber creaturarum fpecialiter de homine & de natura eius in quantum homo. & de his que funt ei neceffaria ad cognofcendum feipfum & deum & omne debitum ad qd' homo tenetur & obligatur tam deo quam proximo ɔpofitus a venerabili viro magiftro Raymundo de Sabunde In artibus & medicina doctore. & in facra pagina egregio profeffore. Prologus.* Terminatur ifte tertia folii 10 columna. Quarta eiusdem incipit *Titulus primus* de radice, origine, principio, & fundamento iftius fcientiae. Prima vltimi folii columna linea 32 vltimus definit titulus, cui fubiectum legitur: *Explicit liber creaturarum feu nature fiue de homine propter quem alie creature facte funt. ex cuius ɔgnicione illuminatur homo & cognitione dei & creaturarum. Impreffus Dauentrie per me Rychardum paffroed.*

Huius editionis peruetustae, & rarissimae meminerunt *Theophilus* SINCERUS P. VI p. 525 ac *Henr.* WHARTON in *Adpend. ad* CAVE *Hist. script. Eccles.* p. 104. Illam, vt FREYTAG *Adpar. II* p. 1123 & seqq notat, anno 1487 in lucem editam fuisse perhibet Cl. VOGT *in Catal. libr. rar.* p. 594, sed in MAITTAIRE *Annal.* nihil tale relatum legitur. Occurrit quidem T. IV p. 489 editio in fol. an. 1487, sed neque vrbis Dauentriensis, neque Richardi PAFFROED mentio facta obseruatur. Mirandum, VOGT ad SINCERI, & WHARTONI testimonium prouocasse, cum neuter Dauentriae an. 1487 eiusmodi editionem ex PAFFROEDI officina prodiisse dixerit. Consideratis antiquitatis notis, intra annos 1476 — 1480 primam adspexisse lucem videtur.

Raymundus de SABVNDE, quem scriptores nonnumquam SEBVNDA, SEBONDE, SEBEIDE, SANT-SEBEIDE & SEBON adpellant, Hispanus, artium, medicinae, & theologiae doctor fuit, qui obscuri aeque nominis, & conditionis, vt NICOL. *Ant. in Bibl. Hisp. vet.* T. II. L. X. c. 3. p. 141 scribit, non ita tamen obscurae ad posteros, in monumentis ab eo relictis, famae, Barcinone oriundus fuit, & academiam Tolosanam, medio seculi XV tempore doctrina, & praelectionibus suis illustrauit. Inchoauit hoc opus anno 1434, & anno 1436 ad finem perduxit. Prologum a Clemente VIII. P. M. in indicem librorum prohibitorum relatum esse ob dogmata, quae complectitur, paradoxa, docent POSSEVINVS in adpar. T. II. p. 316. WHARTON in Adpend. ad CAVE script. eccles. p. 129.

XCIII. Alani, dicti Magistri, Lexicon alphabeticum, in quo vocum significationes ex vsu illarum in S. Scriptura, nec non apud Theologos, & Patres determinatur, in fol. max.

Cum characteris forma eidem, quam opus immediate praecedens habet, simillima est, haud dubito, quin ex eadem PAFFROEDI officina prodierit.

Opus istud, foliis 95 constans, chartae magnae, ac firmissimae, in qua typographus amplas reliquit margines, in duabus columnis impressum est. Columna quaelibet 50 complectitur lineas. Interpunctionis signum vnicum obseruatur punctum. Desunt signaturae, custodes, & paginarum numeri. Cuiuslibet primae alphabeti vocis littera initialis est parua ab ipso typographo adposita, in reliquis vero verbis initiales litterae desiderantur. Voces a littera H incipientes inter voces a vocalibus a. e. i. o. v. inchoantes inueniuntur.

Prima folii primi pagina vacua est; in auersa deinde sequentia rubro impressa colore leguntur: *Venerabilis Alani liber in distinctionibus dictionum theologicalium feliciter incipit.* &c. Haec excipit epistola dedicatoria ad HERMENGOLDVM *S.* AEGIDII Abbatem; epistolam columna secunda in praesens opus praefatio sequitur, cui nullus praefixus est titulus. In prima folii secundi columna, sine titulo, aut inscriptione ipsum incipit opus, ab explicatione *a* vel *ab*. Quarta vltimi folii columna circa medium *Expliciunt distinctiones dictionum theologicalium a magistro Alano edite.* Hac de editione, vt Cl. SEEMILLER fasc. I p. 158 animaduertit, altum tenent silentium Bibliographi etiam praestantiores; ex quo summa eiusdem raritas elucescit.

Auctor huius operis laudatur *Alanus de* INSVLIS Abbas Ord. Cisterciensis, & Episcopus Antissiodorensis, in Flandria oriundus; floruit ad finem seculi XII. Licet inter eius opera hucusque edita Lexicon istud non reperiatur, tamen eidem attribuendum esse, suadet codex MS. qui in Bibliotheca Regalis montis Ord. Cisterc. adseruatur. Conf. OVDIN *Comment. de script. Eccles.* T. 2 col. 1386. Ibi dissertatio quoque sat prolixa inuenitur, qua contra tot auctores, vnicum tantum fuisse ALANVM, demonstrare conatur.

Libri

Libri ESLINGAE a *Conrado* FINER de Gerhufen impreffi.

Animaduerfio praeuia.

Tanta caligine hiftoria typograhiae Eslinganae — Eslinga eft imperialis ciuitas in Sueuia ad Neccarum fita — obducta eft, ut nihil certi de eius introductione in illam vrbem dici queat. Si CRVSIO *fides adhibenda, anno* 1475 *Esslingam per* Conradum FINER *de Gerhufen deueniffet, cui etiam Cl.* MAITTAIRE *adfentitur. Aft iam anno* 1474 *typographicam artem ibidem floruiffe, inde patet, eoquod* FINER *eodem* S. Thomae AQVINATIS Poftillam in IOB, *quae in noftra extat Bibliotheca, typis mandaffet. Sufpicandum eft,* FINER *iam prius artem fuam ibidem exercuiffe, cum primi typographi primis operibus a fe impreffis potiffimum anni, & loci notam, fuumque nomen adponere haud foliti fuerint. Quamdiu ars illa Esslingae claruerit, aeque incertum eft. Anno* 1477 *elapfo nec* FINER *amplius vllo typographiae monumento innotefcit, nec opus quoddam ab altero Esslingae typis excufum in lucem proferri poteft, ex quo coniicere eft,* FINERO *extincto, typographicam quoque extinctam fuiffe artem.* FINER *duplicis generis characteribus vfus eft, gothicis maiufculis, a tabula V. N. III, & minufculis, N. IV exhibitis. Illi in* Stella Mefchiah *anno* 1477, *ifti in* Poftilla IOB *an.* 1474 *impreffa inueniuntur.*

XCIV. S. Thomae Aquinatis Catena Patrum in quatuor Euangelia. in fol. mag.

Hoc magnae molis opus 417 complectitur folia; in duabus columnis, quarum quaelibet fexaginta lineas exhibet, impreffum eft. Charta eft firmiffima, tribus chartarii fignis infignita, rofa fcilicet, ftrigili, ac vua. Defunt fignaturae, cuftodes, paginarumque numeri. Initiales litteras magnas fingulorum capitum initio ligno incifas ipfe typographus adiecit. Duplici charactere fupra memorato hoc opus impreffum: Textus Euangeliorum maiufculo; catena vero, feu expofitio, minori. In fuperiori margine potiffimum Euangeliftae nomen, & capitis numerus adnotatus adfpicitur.

In prima folii primi columna fine titulo, aut infcriptione auctoris Dedicatio catenae in MATTHAEVM ad VRBANVM *IV* incipit; fex eiusdem primae lineae maioribus litteris funt expreffae. Terminatur fecunda eiusdem folii columna, linea 28, quam excipit praefatio. Tertia folii fecundi columna incipit primum expofitionis in *S.* MATTHAEVM capitulum. Catena in *S.* MATTHAEVM fecunda folii 153 columna, linea 50 abfoluitur, tertiam, & quartam Euangelii eiusdem capitula per ordinem occupant; fequentis vero folii primam, & fecundam columnam index Euangeliorum Dominicalium. Auerfa pagina vacua eft. Prima folii 155 columna iterum fine titulo inchoat in catenam fuper MARCVM S. Doctoris epiftola dedicatoria ad HANIBALDVM Bafilicae XII. Apoftolorum Presbyterum Cardinalem, quae linea 47 eiusdem columnae terminatur. Tertia columna, linea 27 incipit expofitio in *S.* MARCVM, cui prima folii 203 columna, linea 33 finis imponitur. Columna fecunda *Euangelia fecundum. Romanae ecclefie ordinem In marcum de tempore & fanctis incipiunt.* Auerfa pagina vacua adparet.

Folio 204 *Super Euangelio fancti luce Continuum Sancti Thome Feliciter Incipit;* terminatur vero prima folii 319 columna, linea fexagefima. Columna fecunda *Incipiunt capitula euangelii luce per ordinem*, quibus tertia columna finem imponit. Folio 320 absque titulo prologus in Euangelium *S.* IOANNIS inchoat; ipfa vero Euangelii expofitio fecunda eiusdem folii columna linea 31, quae quarta folii 416 columna finitur. Primam vltimi folii paginam implent Euangelia *S.* IOANNIS de tempore & fanctis; tertia deinde fequentia litteris maioribus impreffa leguntur: *Ad omnipotentis dei laudem & gloriam nec non profectum & vtilitatem falnandorum omnium liber catena aurea alias continuum fiue gloffa continua nuncupatus & intitulatus per facre theologie profefforem egregium fanctum thomam de aquino Ex facris katholice fidei*

Docto-

Doctoribus Augustino Ieronomo. Gregorio. Ambrosio. Beda. Crisosto. Hylario., Rabano. Isidoro. Origene. Maximo. Cirillo. Basilio. Eusebio. Haymone. Tito. Theophilo. Seueriano. Damasce. Greco. Didimo. Epiphanio. Athanasio. Glossa Ordinaria Collacionibus patrum & Gestis concily. ephesini super doctrinam euangelicam diffuse scribentibus in vnum conkatenatum Non tantum literalem sed & Spiritualem prestans intellectum aureum ex quo nedum litera ex apostolica doctrina que occidit Sed spiritus sumitur viuificans Spiritualis scientie cognicionem Sitienti Potum porrigens Cuius misterium non verbo sonum Sacre docente scripture Sed spiritu reuelatur Sancto Feliciter finit pro cuius felici ɔsumacione fit Laus & gloria xpo. AMEN.

Editio haec Bibliographis hucusque ignota, antiquissima, & rarissima quidem est, sed non omnium prima. Praecessit enim absque dubio editio Romana a *Conrado* SCHWEINHEYM, & *Arnoldo* PANNARTZ anno 1470 adornata; forsan & Augustana s. l. & a. indicio a Cl. ZAPFIO *in Annal. typogr.* p. 140 recensita, & ZEYNERO adscripta. QVETIF *de script. Ord. Praedic.* mentionem facit de quadam Veneta, & Norimbergensi, quae anno 1474, & Romana, quae anno 1476 lucem adspexerunt. Nos editionem Norimbergae anno 1475 typis euulgatam possidemus.

S. *Thomas* AQVINAS catenam auream in omnes quatuor Euangelistas ex sententiis SS. Patrum artificio miro, VRBANO *IV* mandante, contexuit. Licet VRBANVS, vt notat POSSEVINVS in adpar. S. T. II. *SS.* MATTHAEI, & MARCI *B.* THOMAE; D. autem BONAVENTVRAE *SS.* LVCAE, & IOANNIS Euangelia exponenda distribuisset; tamen duo quoque posteriora, cum D. BONAVENTVRA generalis praefecturae suae familiae cura distentus, absoluere nequiuisset, *B.* THOMAS eorumdem expositionem solus ita concinne contexuit, vt, si auctorum nomina, vnde petita est interpretatio, demantur, vnius videatur esse lucubratio. Quo factum est, vt & Euangelicum sensum, & Patres antiquos latinos, qui delitescebant, aut minore erant in vsu, ac Graecos ipsos Interpretes adsequeremur, diuina viri charitate procurante, vt latine propterea verterentur.

Hoc opus, S. Doctoris genuinum esse, 400 annorum spatio nemo in dubium reuocauerat, laudeque sua pacifice AQVINAS gaudebat, cum *Petro* de ALVA, & *Astorga* Ord. Min. placuit e sua possessione illum deiicere, & faetum illum vni sodalium suorum Franciscano vindicare. Ast inuictis argumentis QVETIF *T. I script. Ord. Praedic.* p. 326 & seqq. eum refellere studuit. Immo & ipse S. Doctor in suis epistolis dedicatoriis iam satis illum refutat.

XCV. *Questiones quas egregius sacre theologie professor Magister Henricus de Gorichem cum suis propositionibus & correlariis more positionum responsalium in partibus doctoris sancti fabricauit & ordinauit numero & ordine ɔtinentur tali preponendo cuilibet parti seorsum suas quas continet questiones & primo parti prima.* **in fol. mag.**

Haec verbo tenus in auersa folii primi pagina leguntur, ac operis titulum constituunt, eademque immediate sequitur quaestionum index. Folio secundo ipsum opus sine titulo initium sumit. Constat foliis 145, & charactere minusculo in duabus columnis, papyro albae, ac firmae impressum est. Chartarii signum est rosa. Initiales litterae, signaturae, custodes, & paginarum numeri desiderantur. Interpunctionis signum solum punctum, & hoc rarius comparet. Columna quaeuis sexaginta complectitur lineas. Quarta folii 49 columna *finit prima pars posicionum doctoris sancti.* Prima folii 50 pagina vacua est, auersa indicem quaestionum, quas in *prima secundae S.* THOMAE auctor sibi enucleandas selegit, in vnica columna exhibet. Folio sequenti sine titulo incipiunt quaestiones; quibus absolutis, auersa folii 86 pagina — Prima vacua est — index quaestionum in *secunda secundae* positarum occurrunt,

quarum

quarum prima folio 87 incipit. Operi finis imponitur prima folii 175 columna, linea 46, cui subiectum est: *Amen.*

Auctor huius operis HENRICVS, natione Batauus, a loco natali GORCOMIO vernacule WORCVM vel WORICHEM, GORCOMIVS nuncupatus, doctor Coloniensis anno 1420, vel vt alii volunt, 1430 renuntiatus, & eiusdem vniuersitatis vice-cancellarius effectus, doctrinae fama celebris, ad annum vsque 1460 floruit. QVETIF T. I *script. Ord. Praedic.* p. 292. OVDIN *Comment. script. Eccles.* T. III col. 1378.

XCVI. Alberti M. Ord. Praedic. Liber de adhaerendo Deo, & vltima, ac suprema hominis perfectione ad Deum. in fol.

Hic liber gothico minusculo charactere impressus, nouem foliis absoluitur. Charta est alba, ac firma, sed minus polita. Singulae paginae 38 numerant lineas. Desunt initiales litterae, signaturae, custodes, & paginarum numeri.

Initio libri haec habentur: *Incipit liber alberti Magni de adherendo deo & vltima & superna perfectione hominis ad deum quantum possibile est.* Dein primum sequitur capitulum, cuius initium: *Cogitanti mihi aliquid.* Capitulum decimum sextum, ac vltimum de *Prouidentia* auersa folii noni pagina, linea 32 finitur, cui subiectum legitur: *Finit Tractatulus Magni Alberti.*

Editionem hanc rarissimam circa annum 1475 in lucem prodiisse, nota anni istius a manu coaeua in exemplari in Bibliotheca ad *S.* GEORGIVM Augustae extante rubro adposita nos docet.

XCVII. Petri Lombardi Magistri Sententiarum in Epistolas S. Pauli glossa ordinaria. in fol. mag.

Integrum hoc opus 205 folia complectitur. Impressum est in duabus columnis charactere minusculo. Columna quaeuis 58 lineas exhibet. Charta est firma admodum, ac alba, chartarii signis, rosa, pileo electorali, ac vua instructa. Superbit haec editio, quae nullas signaturas, nullos custodes, aut foliorum numeros ostendit, initialibus litteris deauratis, & variis coloribus depictis, nitidisque figuris paginarum margines exornantibus. Distinctionis signa punctum, & quandoque colon occurrunt. In marginibus lateralibus adnotati SS. Patres habentur, ex quorum sententiis suos auctor collegit commentarios.

Praemittitur operi auctoris praefatio, quae absque titulo, aut inscriptione incipit, ac prima folii secundi columna, linea 13 terminatur. Dein *Incipit epistola Pauli ad Romanos scripta & destinata.* Folio 93 *Incipit epl'a p'ma ad corinthios.* Terminatur glossa tertia folii 204 columna, linea 16, cui subnexum legitur: *Explicit glosa ordinaria ac magral' super epl'as beati pauli apl'i.* &c. Haec editio saltem anno 1473 in lucem prodiit, cum a Monasterio Faucensi ad S. Magnum, vt ad finem exemplaris ibidem extantis manu adnotatum legitur, opus istud iam fuisset emtum.

Petrus LOMBARDVS vir in diuinis scripturis studiosissimus, & nobilis doctor, ingenio subtilis, & clarus eloquio, collegit praesentes commentarios ex sententiis AMBROSII, AVGVSTINI, ORIGENIS, HILARII, HIERONYMI, GREGORII, CASSIODORI, REMIGII, HAYMONIS, & aliorum, omni eruditione refertissimos, in quibus etiam de suo aliqua non prorsus abiicienda interposuit. TRITH. *de script. Eccles.* in Bibl. FABRICII.

XCVIII. Ioannis Gerfonis conclufiones de diuerfis materiis moralibus. in fol.

In fronte huius opufculi, 17 foliis contenti, fequentia habentur: *Secuntur ↄclufiones de diuerfis materiis moralibus utiles valde pofite per mgrm iohanem de gerfona doctorem eximium in theologia ac cancellarium ecclefie beate marie pifienfs.* His immediate fubiicitur prologus, qui linea 26 primae paginae finitur. Prologum excipit prima conclufio fine omni titulo. Auerfa folii 15 pagina, linea 30 opufculum definit. Adiectus eft materiarum index duo vltima implens folia, ad cuius finem fequentia habentur: *Scies eciam infuper quod multa inuenies notabilia in proceffu regularum que non continet regiftrum prefcriptum.* Initiales litterae, fignaturae, cuftodes, & paginarum numeri defiderantur. Typo minufculo, papyro firmae, ac mundae impreffum habetur.

XCIX. S. Ioannis Chryfoftomi Homiliae V. in Iob a Lilio Tiferno latine redditae. in fol.

Prologus *Lilii* TIFERNATIS ad Nicolaum V his homiliis praemiffus eft, cuius initium ita fonat: *Sanctiffimo & clementiffimo domino dno Nicolao diuina prouidencia pape quinto fancte Romane ac vniuerfalis ecclefie fummo pontifici. lilii tyfernatis vltimi fuorum feruorum prologus in fermones fancti iohannis crifoftomi.* &c. In eiusdem medio legitur: *Iohanis igitur crifoftomi Greci fermones quorum aliquot quidem in iob de pacienti. aliquot vero de penitencia ↄfcripti funt. cum in meas nuper veniffent manus. & debito meo ↄuenire vifi funt atque ipfi eciam tempori congruere. quo iubileo appropinquante. & pati primum velle. & ipfas per paffiones penitenciam agere. ficque remiffionis indulgencieque tempus fubire monemur. Hos ergo latinos facere. beatitudinique tue offerre curaui. euitans fimul & vnicum acceptum talentum fodiens in terra abfcondere & cum vidua properans duo faltem era in dominicum gacophilacium mittere... Quedamque de facris mutuata fcripturis iuxta grecam edicionem traduxi, que tametfi a nouiffima veftra quandoque difcrepent. confilium tamen non fuit eadem a greca dimouere fentencia quo a Crifoftomo que difputantur clarius conueniencius que confenciant.* &c. Dein eadem pagina fequitur: *Explicit prologus. Incipiunt fermones Sancti iohanis Crifoftomi in iuftum & beatum iob de paciencia fermo p'mus* cuius initium auerfa folii primi pagina habetur. Prima folii 21 pagina *Expliciunt fermones fancti crifoftomi de paciencia beati iob.* Defunt litterae initiales, fignaturae, cuftodes, & paginarum numeri. Litterae, quibus impreffi funt ifti fermones, eaedem plane funt, quibus praecedens excufum eft opus.

Homilias iftas priores quatuor operibus *S.* CHRYSOSTOMI fuppofitas fuiffe, Editores *Benedictini* T. VI. Praefat. p. 579 demonftrant. Quinta vero genuinus *Lilii* TIFERNI partus eft.

C. Iacobi Monachi Carthufiani Quodlibetum ftatuum humanorum. in fol.

In auerfa primi folii pagina, prima vacua relicta, legitur: *Opufculum pns qd' appellatum eft quotlibetum ftatuum humanorum venerabilis magiftri Iacobi Carthufienfi facre the. profeff. hanc ↄtinet tabulam.* Agit auctor in hoc opufculo de triplici ftatu hominum, fcilicet de ftatu clericorum, religioforum, & fecularium. Praemifit operi duplicem prologum; primus folio fecundo incipit absque titulo hisce verbis: *Ezechiel fanctus dei propheta* &c. *In facra vifione legitur* &c. Hic auerfa eiusdem folii pagina, linea 12 terminatur, ac in eadem linea habetur: *Sequitur prohemium operis fubfequentis.* Auerfa folii tertii pagina, linea 11 *Sequitur de papa & ipfius curia.* Auerfa folii 68 pagina linea 16 incipit *finalis excufatio iftius;* cuius ad finem fequens notitia maioribus litteris impreffa adiecta eft:

Per difcretum virum Iohanem hug de göppingen.

Quis-

Quisnam iste *Ioannes* HVG fuerit, an typographus, an in *Conradi* FINER, cuius typo minusculo hoc opusculum excusum, officina corrector, an eiusdem socius, nullibi reperire potui. Igitur tamdiu dicendum, FINER illud typis euulgasse, quamdiu *Iohannem* HVG typographicam exercuisse artem, iisdemque characteribus imprimere solitum fuisse, demonstrari nequit.

Editio praesens peruetusta nullas ostendit litteras initiales, nullas signaturas, aut custodes, nullosque paginarum numeros. Interpunctionis signum praeter punctum nullum aliud occurrit, & hoc saepissime desideratur.

IACOBVS iste, huius opusculi auctor, iuxta TRITHEMIVM, est *Iacobus* IVNTERBVCK, natione Teutonicus, ordinis Carthusiensis Alumnus, domus montis S. Saluatoris prope Erfordiam, vnde *Erfordiensis* dictus, vir in diuinis scripturis studiosus, & eruditus, ingenio clarus, sermone apertus, dubiorum cautus interpres, vita quoque, & conuersatione deuotus. Scripsit praeter praesens opus multa alia adhuc, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam transmisit. Floruit circa annum 1460.

CI. S. Antonini Archiep. Florent. Ord. Praed. Opus de Eruditione Confessorum. Eslingae per Conradum Finer, in 4.

In tres partes opus diuiditur. I. De potestate confessoris II. De modo interrogandi de X praeceptis decalogi, de VII vitiis capitalibus, ac denique secundum diuersos confitentium status agit. III. Tractatus de restitutionibus.

In fronte operis legitur: *Opus Anthonini archiepi florentini in theologia illuiatissimi. Inque vtroque iure peritissimi De erudicione confessorum feliciter incipit.* Haec verba tituli loco posita excipit prologus, istum auersa folii primi pagina capitulum primum. Auersa folii 127 pagina *Explicit Suma ɔfessionum seu Interrogatorium pro simplicibus Confessoribus. Editum ab Archiepo. florentino. videlicet. fratre Anthonino ordinis predicatorum.* Additus est *Sermo beati Iohis Crisostomi de penitencia*, qui auersa folii 131 pagina, linea nona terminatur, cui sequens subnexa est notitia: *Explicit sermo beati Ioh'is Crisostomi de penitentia. Per discretum virum Conradum fyner de Gerhusen. Impressorie artis mgrm.* Folio sequenti *Incipiunt Rubrice super Tractatum* &c. Auersa folii 135 pagina *Expliciunt. Rubricae super tractatum de instructione seu directione curam animarum regencium.* Impressum est hoc opusculum charactere minusculo, & litteris initialibus, signaturis, custodibus, ac paginarum numeris caret. Lineae in quauis pagina 27 numerantur.

Plures de hoc opere editiones recenset QVETIF T. I *script. Ord. Praed.* p. 819 scilicet vnam sine anni, loci, & typographi indicio: alteram Romanam anno 1472: Venetam alteram 1480: Meminganas duas annis 1483, & 84, ac tres Argentinenses annis 1490. 1492, & 1499 typis euulgatas. BAVR in *Bibl. Vniuers.* duarum meminit, quarum prima anno 1473 in folio; altera anno 1476 in 4. in lucem prodiit. De vtraque nostra gloriatur bibliotheca. De praesenti apud omnes altum est silentium, ex quo summa eiusdem raritas adparet.

CII. Dicta de arbore, quae dicitur, imago hominis, in 4.

Primum folium occupat *Registrum ɔtenta huius tractatuli multum ad ɔgnicionem virium animae hominis & creatoris ex ɔsequenti ɔducencia.* Haec maioribus litteris sunt expressa, sicut & illa, quae in fronte folii secundi habentur, sc. *Incipiunt dicta de arbore que dicitur ymago hominis.* reliqua minoribus sunt impressa. Auersa folii tertii pagina, linea septima, prologo finito, prima inchoat imago. Opusculum hoc viginti, & octo continet folia, litteras initiales ostendit ligno incisas; ast nullas signaturas, aut custodes, nullosque paginarum numeros. Hac de editione Bibliographi nullam mentionem faciunt.

CIII. Guidonis de Monte Rocherii Manipulus Curatorum. in fol.

Hoc opus foliis 129 comprehensum charactere gothico maiusculo ac pingui, tabula V. N. III exhibito impressum est. Charta est firma quidem, sed minus alba, & polita. Singulae paginae 32 complectuntur lineas. Desunt initiales litterae, signaturae, custodes, & paginarum numeri. Distinctionis signum praeter punctum coma conspicitur.

Index materiarum opus praecedit, quem auersa folii tertii pagina sine titulo, aut inscriptione excipit auctoris epistola dedicatoria ad RAYMVNDVM Valentiae Episcopum. Dedicationem folio quarto, linea octaua sequitur prologus, prologum diuisio operis, ac tandem prima folii quinti pagina, linea 13 incipit primum capitulum *De institucione sacramentorum.* Prima folii 129 pagina, linea 28 opus absoluitur, cui subnexum legitur: *Curatorum manipulus finit feliciter.*

Editio haec peruetusta, ac rarissima est, Bibliographis ignota, quae forsan illam praecessit, quam supra Num. XXXII descripsimus, cum in illa plura addita adspiciantur, quae in hac haud obseruantur.

Libri EVSTADII iuxta characteres, tabula V sub numeris V. VI exhibitos, a *Georgio*, & *Michaele* REYSER impressi.

Animaduersio praeuia.

Duo viri, qui Eustadium typographicam introduxere artem, eamque ibidem exercuere, typographicis monumentis nobis innotescunt, Georgius *nimirum*, & Michael REYSER, *quos sociam sibi operam praestitisse, ex characterum aequalitate colligere posse videtur. Primum ex* Breuiario Eustettensi *iussu*, & *impensis Episcopi* WILHELMI *ex inclyta familia de* REICHENAV *edito*, & *ab eodem anno* 1483 *impresso, nouimus*: MICHAELEM *vero ex* statutis synodalibus Eustettensibus, & prouincialibus Moguntinis *anno* 1484 *typis excusis, quae in Bibliotheca Monasterii Thierhauptani propriis oculis perlustraui, cognitum habemus. Quod autem Eustadii prelo praefuerint, vix dubium relinquitur; in admonitione enim Breuiario praemissa legitur*: mititur codex ad officinam magistri Georgii Ryser impressorie artis peritissimi. *Cum itaque absque loci mentione dicitur, vt bene animaduertit Cl.* SEEMILLER fasc. II *p.* 128, mittitur codex ad officinam &c. *illum tunc temporis Eustadii commoratum fuisse, recte colligendum videtur. Nam si alibi tunc prelum habuisset, certe & locus, quo ille mitteretur, indicatus fuisset.*

MICHAELEM *vero Eustadii in typographicam incubuisse artem, tria testantur fundamenta, quae omnem dubitationem expellunt. Primum est* MICHAELIS *epistola ad* WILHELMVM *Episcopum Eustettensem anno* 1484 XV *Martii Eustadii data, quae ad initium synodalium impressa habetur. Secundum est facultas* WILHELMI *Episcopi eodem anno XX Martii postulatum codicem MS. synodalia continentem tradendi, eaque imprimendi illi scripto concessa, in qua legitur*: Dei Gratia Wilhelmus Episcopus Eystetten. Fideli nostro dilecto Michaeli Reyser. Salutem. *Tertium denique est Obsequiale, seu Benedictionale Eustadianum, cuius* MAITTAIRE *T. IV p.* 493 & *Cl.* STRAVS *in* Monument. typog. Rebdorf *p.* 200 *meminerunt, anno* 1488 *a* REYSERO *impressum.*

Quod vero saltem GEORGIVS, *qui* MICHAELIS *vel pater, vel frater, vel cognatus erat, iam ante annum* 1482 *plura opera typis euulgauerit, facile ex eo quilibet colligere potest, eoquod in admonitione Breuiario praemissa* artis impressoriae peritissimus *ab Episcopo nuncupatus fuerit.*

Cl. HIRSCHING *in* suo tentamine, *p.* 278, Georgium REYSER *anno* 1484. *Eustadio Herbipolim adcitum fuisse narrat; ast ex quo fundamento id adfirmauerit, cum tentamen illud ad manus meas haud peruenerit, dicere non possum.*

CIV.

CIV. Alberti Magni libri ſecretorum de virtutibus herbarum, lapidum, & animalium. Item de Mirabilibus mundi, & de ſecretis naturae. in 4.

Omnia tria haec opuſcula ALBERTO *M.* fuiſſe ſuppoſita, Cl. QVETIF T. I *ſcript. Ord. Praed.* p. 182 hiſce argumentis demonſtrat. Codices MSS. variant, & alii ALBERTO cuidam, alii ALBERTO de *Saxonia* vindicant; noſter vero non Saxo, ſed Sueuus fuit. Porro, qui ALBERTI *M.* ſtilo paululum aſſuetus fuerit, & ingenium norit, ab iſtis vanis, & futilibus alieniſſimum, ei non ſine iniuria tribui iudicabit.

Litterae, quibus iſta impreſſa, ſunt plane eaedem, quibus *Michael* REYSER anno 1484 ſynodalia Euſtettenſia Euſtadii excuderat, & quae tabula V. N. V repraeſentantur. Conſtant foliis 32, & ſignaturis, cuſtodibus, paginarumque numeris carent; initiales quoque litterae penitus deſiderantur. Quaeuis pagina 34 lineas complectitur. Praeter punctum nullum aliud occurrit interpunctionis ſignum.

In fronte primi opuſculi legitur: *Liber aggregacionis ſeu liber ſecretorum Alberti magni de virtutibus herbarum lapidum & animalium quorumdam.* Prima folii 113 pagina, linea 22 *Expliciunt ſecreta aliqua Alberti magni de colonia ſuper naturis virtutibus & efficacia herbarum. lapidum & animalium quorumdam.* Folii 15 prima pagina *Eiuſdem Alberti magni de mirabilibus mundi feliciter incipit.* Prima folii 31 pagina, linea 20 *Albertus magnus de ſecretis nature explicit.* Sequitur deinde *communis & breuis regula ad ſciendum ortum lunae*, ad cuius finem ſequentes verſus leguntur:

Etatem lune duplica poſt addito quinque.
Quinque dabis ſigno quo lune incepit origo.

BAVR hanc editionem. quam pera ntiquam adpellat, T. I p. 11 commemorat; alius vero Bibliographorum, quod ſcio, illius non meminit.

CV. Ioannis Gritſch Ord. Min Quadrageſimale. in fol.

Integrum opus folia 403 complectitur. Characteres, quibus impreſſum eſt, tabula V. N. VI exhibet, & ſunt prorſus iidem, vt Cl. STRAVSS Rebdorſenſis Bibliothecae Praefectus ex adcurata collatione me docuit, qu bus Breuiarii Euſtettenſis a *Georgio* REYSER impreſſi Antiphonae, & Reſponſoria excuſa extant; ex quo nullus dubito, quin & hoc quadrageſimale ex eiusdem officina prodierit, praecipue, cum illa verba, quae operis titulum conſtituunt, iisdem litteris expreſſa ſunt, quibus reliqua Breuiarii impreſſa habentur. Singulae paginae in duas diſtinctae ſunt columnas, quarum quaeuis 44 lineas exhibet. Interpunctionis ſignum ſolum obſeruatur punctum; nullae vero litterae initiales, aut ſignaturae, vel cuſtodes, nullique paginarum numeri. Charta firma quidem, ſed cruda, & minus alba adparet. In ſuperiori margine ſermonis numerus, & dies, qua eſt habitus, indicatur. E. g. *Feria qrta cinerum.* I.

Priora 33 folia alphabetica materiarum tabula occupat, cui eiusdem explicatio praefixa habetur. In fronte 34 folii maioribus litteris, a tabula V. N. VII exhibitis, expreſſum legitur: *Quadrageſimale fratris iohannis gritſch ordinis fratrum minorum doctoris eximii per totum anni ſpacium deſeruiens cum thematum euangeliorum & eplarum introductionibus & tabula peroptima incipit feliciter.* Tum immediate incipit primus ſermo, qui prima folii 39 columna, linea ſeptima definit. Hunc ſecundus excipit, quin titulus, aut eiusdem argumentum ſit praemiſſum, aut ſpatium ad illud adſcribendum ſit relictum, quod per totum operis decurſum obſeruatur. Quarta folii 377 columna linea 39 vltima terminatur oratio; linea vero ſequenti *Regiſtrum de Euangeliorum ac epiſtolarum thematibus atque introductionibus. tam dominicalium quam*

& festorum per anni circulum Et primo de dominicis secundo de festis. Incipit feliciter. Ad calcem operis legitur: *Deo gratias.*

Plures huius operis editiones, seculo XV typis euulgatas, OVDIN T. III. *Comment. de script. Eccles.* col. 2380. *Robr.* GERIVS *in Addend. ad* CAVE *Hist. script. Eccles.* p. 129, GEMEINER in *Notit. lib. rar. Bibl. Ratisbon.* p. 157 recensuerunt; nullus vero praesentis mentionem fecit.

CVI. F. Peregrini Ord. Praedic. Sermones de tempore, & sanctis. in fol.

Prima folii primi pagina auctoris praefatio sine titulo sic incipit: *Gloriosus doctor Augustinus dicit & habetur in canone.* I. Praefationem paruo spatio interiecto in eadem pagina sequitur sermonum ordo, qui auersa pagina desinit. Folio secundo *Fratris peregrini sacre theologye professoris celeberrimi sermones notabiles & compendiosi faciliter mox & fine magno laboris canamine in memorie thezaurum reponibiles cum pulchris figurarum exemplorumque scematibus aures auditorum admodum demulcentibus de tempore & sanctis feliciter incipiunt.* Haec verba primus excipit sermo Dominica prima Aduentus domini habitus, qui prima folii tertii pagina, linea 24 finitur. Prima folii 89 pagina *Sermones peregrini de tempore finiunt;* auersa eiusdem vacua est. Folio 90 *Incipit peregrinus de sanctis Et primo de sancto Andrea.* Folii 174 prima pagina, linea vndeuigesima sermones terminantur. Dein spatio paulo ampliori interiecto legitur: *Fratris peregrini In regionem di uine pagine peregre proficiscentis doctoris clarissimi De tempore sanctisque per circulum anni sermones populares diligenter correcti hic finem apprehendunt feliciter.*

Integrum opus, iisdem litteris, quibus praecedens, expressum, 174 folia impressa complectitur. Desunt initiales litterae, signaturae, custodes, ac paginarum numeri. Singulae paginae quadraginta ostendunt lineas. Praeter punctum nullum occurrit interpunctionis signum. QVETIF cum aliis Bibliographorum hanc editionem penitus ignorauit.

Auctor horum sermonum PEREGRINVS dictus, Polonus, ex Silesiae ducatu ortus, Praedicatorum ordinis alumnus, vir grauis, & eruditus, apud suos regiminis dignitatibus functus est. Praeter istos sermones elegantes, & pietatem redolentes nihil aliud scriptum reliquisse videtur. Claruit circa annum 1322. QVETIF. T. I p. 551.

CVII. F. Socci Ord. Cisterciensis Sermones de sanctis. in fol.

Prima folii primi pagina vacua est; auersa sermonum indicem continet. Folio secundo *Incipiunt sermones notabiles & formales fris Socci ordis cysterciensium De sanctis. Et primo de S. Andrea.* Primus sermo terminatur prima folii quarti pagina, linea 33, & immediate in eadem linea sequitur: De eodem *secundus sermo.* Prima 101 folii pagina, linea 24 incipit sermo *De Inuencione sancte crucis*, Vltimus sermo de *Dedicatione* sine omni subscriptione prima folii 248 pagina, linea 21 finitur.

Hoc opus eodem typo, quo praecedens, excusum, nullas ostendit initiales litteras, nullos custodes, aut signaturas, nullosque paginarum numeros. Lineae in quauis pagina potissimum 42 numerantur. Interpunctionis signum solum punctum occurrit. Charta est firma quidem, sed minus alba, & polita.

Editio haec peruetusta ita rara est, vt nullus Bibliographorum de eadem notitiam habuerit. FREYTAG in *Analectis* p. 873 alterius, anno 1484 Argentinae in lucem emissae, meminit, vbi de hoc opere ita scribit: „ Tanta a *Iacobo Frid.* REIMMANNO, operis istius dici„ tur raritas, vt ex millibus vix vnus reperiatur, per cuius aures nomen auctoris vnquam „ ierit.

Quam-

Quamuis initio fermonum legamus: *fermones fratris Socci*, verbum tamen *Soccus* non ad auctorem, fed ad ipfos fermones referendum effe, duplicem adfert caufam Cl. FREYTAG l. cit. Primam ex ipfa editione, quam recenfet, defumpfit; ita enim primo ftatim folio legitur: *Incipiunt fermones notabiles valde & multum formales fratris Socci ord. Cifter. de fanctis, fic nuncupati, cum de fuco, id eft, de medulla facre pagine ftilo fubeleganti exquitiffime funt collecti.* Secundam adducit SCHOETTGENIVS in *Continuat. Bibl. Fabric. Med. & infim. lat.* p. 156 ex praefatione fermonibus de tempore praemiffa, in qua fcribitur, Fratres poft auctoris mortem hos fermones in *foccis*, feu fotularibus eius abfconditos inueniffe, eosque publicaffe; At quia in *foccis* inuenti, a re gefta, fermonibus nomen indidiffe, & fermones *Soccios* intitulaffe.

Auctorem fuiffe, alii ferunt, CONRADVM Monachum Coenobii fontis Salutis in Sueuia, ord. Cifterc. qui, vt TRITHEMIVS refert, anno circiter 1390 claruit: alii, vt POSSEVINVS, & EISENGREYN, CONRADVM *Hailbrunnenfem* putant: *Carolus de* VISCH in *Bibl. fcript. Ord. Cifterc.* p. 299 tefte SCHOETTGENIO l. cit. auctorem horum fermonum quemdam egregium S. theologiae profefforem Ord. Cifterc. Conuentus in *Marienrayd* prope Hildeshem fuiffe, fcribit. *Aubertus* MIRAEVS denique in *Mantiffa ad Auctar. de fcript. Ecclef. Edit. Fabric.* p. 107 iftum fuiffe ex *Mariemaid* prope Hildesheimium, hancque denominationem in editione Dauentrienfi inueniri, adfirmat.

CVIII. Vocabularius Latino-germanicus. in fol.

Praemittitur operi huic, foliis 258 contento, praefatio fine omni titulo, aut infcriptione, quae fic prima folii primi pagina incipit: *Scripturarum fidelibus falutem veritatis teftimonio adminiftrantium intellectus ex vocabulorum notitia dependit.* In eiusdem medio pergit auctor: *Vocabularium ex diffufioribus maiorum dogmatibus ad pauperum ac fimpliciorum philofophie amatorum profectum fecundum alphabeti ordinem abbreuiare multo labore ftuduimus in rarioribus non omiffis terminorum deriuationibus in communioribus planas eorum fignificationes appofito vulgari theotonico defcripfimus In hys & illis parcium orationis generum declinationum tam nominum quam verborum notas litteris prenotantes.* Linea trigefima eiusdem paginae incipit littera *A*, de qua haec habentur: *A, In omnibus gentibus & liguis eft lra prima quam per ipfam proferunt mafculi recenter nati Femine vero E. Verfus*:

E profert aut A quisquis procedit ab Eua.

Littera *A* prima folii 31 pagina, linea 40 definit, auerfa dein incipit littera B. Terminatur opus prima 258 pagina, linea 32, cui fubiectum legitur litteris capitalibus impreffum: *Laus Deo.*

Typus huius operis idem eft, quo praecedentia funt impreffa. Quaeuis pagina 40 complectitur lineas. Initiales litteras ab *A.* vsque *G* a typographo omiffas adpinxit miniculator: a littera *G* vsque ad finem paruas adiecit ipfe typotheta. Charta eft firma; aft cruda admodum. Abbreuiationes frequenter adparent. Cuftodes nulli obferuantur, nullae fignaturae, aut paginarum numeri, & praeter punctum nullum aliud interpunctionis fignum.

Editionem hanc rariffimis adnumerandam effe, altum Bibliographorum de ea filentium fuadet. Alteram huius operis editionem fine loci, anni, & typographi indicio, de qua paulo inferius differemus, noftra Bibliotheca poffidet, quae mihi praefentem, confideratis antiquitatis notis, praeceffiffe videtur. Quisnam huius operis compilator fit, nullibi inuenire potui.

Libri

Libri MEDIOLANI iuxta characteres per *Christophorum* VALDARFER impressi.

Animaduersio praeuia.

Cum de nullius alterius typographi Mediolanensis, quam Christophori VALDARFER *operibus excusis nostra gloriatur Bibliotheca; ideo de illo solum plura disserere statui. Ast antequam ad illum progrediar, pauca de typographiae Mediolanensis initio, & progressu ex Cl.* Ioh. Antonii SAXII Historia typographico-litteraria Mediolanensi *proferam.*

Typographiam iam anno 1465. *Mediolanum peruenisse, testatur* Historia Augusta, *ibidem sine typographi nomine impressa, quam* Claudius SALMASIVS *frequenter inspexit, ac contrectauit. Suspicatur Cl.* SAXIVS, *eamdem introductam fuisse per* Conradum SCWEINHEYN, *&* Arnoldum PANNARTZ, *eoquod illi primi fuerant, ut* ANDREAS Episcopus Aleriensis *in epistola ad* SIXTVM IV. *P. M. adfirmat, qui artem typographicam in Italia exereuere.* Antonius ZAROTVS *Parmensis primus fuit, qui nomen suum exemplaribus Mediolani impressis inscripsit. Primum opus e prelo dimissum, fuere* Sex. Terentii Comoediae, *quas* ZAROTVS *anno* 1470 *typis euulgauit. Anno* 1473 *adparet ibidem* Philippus de LAVANIA; *anno* 1474. Christophorus VALDARFER, *&* Ioannes WRSTER *de Campidona*: *Anno* 1475. Dionysius PARAVISINVS, *qui omnium primus Graecos integros codices excudit. Anno* 1476 *innotuit* Dominicus de VESPOLATE: *Anno* 1477. Iacobus de MARLIANO, Ioan. Antonius, & Benignus fratres de HONATE: *Anno* 1478. LVDOVICVS, & ALBERTVS Pedemontani, Vdalricus SCINZENZELER, *&* Leonardus PACHEL. *Hi sunt illi viri, qui intra annos* 1470 — 1480 *operibus tam insignibus Mediolani impressis nomina sua, ad posteros transmiserunt. Haec de origine, & progressu typographiae Mediolanensis dicta sufficiant. Nunc plura de* Christophoro VALDARFER *dicenda sunt.*

CHRISTOPHORVS *iste, natione Germanus, patria Ratisbonensis, commigrauerat anno* 1470 *e Germania in Italiam, primumque exercendae huic arti locum selegerat Venetias, vbi charactere romano, ac pereleganti vsus, vltra sequentem annum impressisse, non videtur. Deinde Mediolanum, sed quo anno, exploratum non est, se contulit, & primus, ut* SAXIVS *testatur, Mediolanensibus officinis gothicos characteres importauit. Primum opus, quod ibidem impressum scimus, sunt* S. AMBROSII de Officiis, & Opuscula cum eiusdem vita *anno* 1474 *typis euulgata. Quantum ex notis hucusque operibus colligere possumus, non vltra annum octogesimum illius seculi suos in re typographica labores* Christophorus WALDARFER *perduxit.*

Quod autem adhuc adnotatum volo, est, scilicet, VALDARFERO *opera statim recensenda non ita me velle attribuere, tanquam non ab alio quoque prelo commissa fuisse possent; satis enim perspectum habetur, typo illo, quo ista excusa sunt,* Georgium *&* Michaelem REYSER *typographos Eustettenses vsos fuisse. Ast cum isti primum anno* 1483 *&* 84 *nobis innotescunt, coniecturare licet, eos non longe ante annum* 1480 *typographicae arti operam nauasse. Itaque quo plures antiquitatis notae in sequentibus operibus inueniendae, eo magis eadem* Christophoro WALDARFER *vendicanda esse, nullus dubito.*

CIX. Bartholomaei de Chaimis de Mediolano Ord. Min. Interrogatorium, siue confessionale. Mediolani per Christophorum Valdarfer. in fol.

Constat hoc opus foliis 137 impressis. Litterae, quibus impressum, gothicae maiusculae, ac pingues admodum sunt. Incisae videndae sunt tabula V. N. VII. Charta est firmissima, sed minus alba, & polita, chartularii signo rosa instructa. Pagina quaeuis 32 complectitur lineas. Distinctionis signum solum obseruatur punctum. Desunt initiales litterae, signaturae, custodes, & paginarum numeri.

Initio

Initio operis tituli loco legitur : *Incipit interrogatorium siue ɔfessionale per venerabilem fratrem Bartholomeum de chaimis de mediolano ordinis minorum compositum in loco sancte marie de angelis apud mediolanum. Et distinguitur in quatuor partes principales.* Prima pars agit de Confessarii potestate ligandi, atque soluendi : secunda de poenitentis ad confessionem admissione : tertia de peccatorum inuestigatione : quarta denique de poenitentiae iniunctione, & peccatorum absolutione. Praemisit auctor operi suo prologum, qui integrum primum implet folium. Secundo autem *Incipit prima pars huius opusculi de pietate confessoris.* Ad calcem operis sequens epigramma reperitur impressum, quod, cum lepida quaedam, ac simul insulsa admodum contineat, integrum hic adscribam.

Si quem peniteat scelerum culpamque fateri.
Aures clauigeri presulis ante velit.
Non indignetur docti precepta libelli.
Quique salutifere norma fit ampla vice.
Quis credet. vetus abscondit sua crimina Chaym
Culpam percusso fratre negauit Abel.
Ex illo soboles italas Chaima per oras
Creuit. & hos inter bartholomeus erat.
Mundanas contempsit opes sub paupere diues
Francisco. nec auum gaudet habere Chaim.
Quod fratrem dixit pater occidisse negasti.
Ostendam culpam dissimulare nephas.
Et quocunque modo prestet delicta fateri.
Si modo post ipsum sidera crimen amet.
Dixit vt hec. sacrum sibi confecisse volumen.
Pergit non parua scripta legenda mora.
Turba coit. plenumque sue sitibunda salutis.
Dignum te repetit Bartholomee librum.
Nec mora Christoferus populum coisse fidelem.
Valdarfer attenta protinus aure notat.
Exsaturemus ait dignandis agmina votis.
Deque Ratispana quin damus artis opem.
Quibus hinc nostris Mediolanoque potenti
Impressit magnum maximus auctor opus.
Deo gratias.

Duas adhuc huius operis editiones a VALDARFER factas possidemus, vnam, quam anno 1474 in 8 typo gothico minusculo : alteram, quam sine anni indicio in 4 iterum charactere gothico minusculo, sed ab illo diuerso, Mediolani excuderat. Cl. SAXIVS in *Catal. Lib. Mediol. sec. XV. edit.* de praesenti editione nec verbulum profert, cum tamen illam anni nota impressam p. DLXI commemorat ; ex quo eiusdem insignis raritas cognosci potest.

BARTHOLOMAEVS noster Mediolani e nobili *Caimorum* familia prodiit ; ordini Seraphico adscriptus, tanta non minus sanctitatis, quam doctrinae laude conspicuum se reddidit, vt eum inter Franciscanae familiae viros seculo XV celebres retulerint, ac commendauerint viri eruditi. *Henricus* WILLOT in *suis Athenis sodalit. Francisc.* p. 57 illum vocat sacrarum litterarum peritissimum. SAXIVS in *Hist. typograph. Mediol.* col. CLIX.

CX. Bartholomaei de Chaimis Interrogatorium, Mediolani per Christophorum Valdarfer, in 4.

Opus praesens tredecim plagularum fasciculis, litteris *a* vsque *n* signatis, quorum priores duodecim quaterniones, vltimus quinternio est, constat, & charactere gothico minusculo impressum est. Quaeuis pagina duas complectitur columnas, & quaeuis columna 35 lineas. Initiales litterae, & custodes desiderantur; paginae vero numeris indicatae sunt.

In prima folii primi pagina solummodo sequentia maioribus litteris expressa reperiuntur: *Confessionale Bartholomei*; auersa vero vacua est. In prima columna secundi folii *Incipit interrogatorium siue confessionale per venerabilem fratrem Bartholomeum de chaimis de mediolano ordinis minorum compositum in loco sancte marie de angelis apud mediolanum distinguitur in quatuor partes principales.* Sequitur dein auctoris praefatio, quae tertia columna primi folii terminatur. Columna quarta *Incipit prima pars huius opusculi de pietate confessoris.* Ad calcem operis versus supra memorati omnes, tribus vltimis exceptis, leguntur. SAXIO haec editio, sicut & aliis Bibliographorum ignota permansit.

CXI. S. Augustini Episc. Hippon. Libri XV. de Trinitate. in fol. mag.

Integrum opus foliis 105 impressis constat, chartae firmae admodum, sed crudiori, ac minus albae typo eodem excusum, quo *Bartholomaei* de CHAIMIS *Confessionale*, numero CVIII recensitum, impressum extat. Chartarii signa tria occurrunt, rosa scilicet, vua, & turris. Interpunctionis signa obseruantur punctum, & interrogationis signum. Lineae in quauis columna — In duas enim singulae paginae sunt distinctae — 47 numerantur. Litterae initiales diuersis coloribus depictae superbiunt. Desunt signaturae, custodes, paginarumque numeri. Ad initium cuiuslibet libri breuia singulorum capitum argumenta inueniuntur impressa.

Initium operis sic sonat: *Sentencia beati augustini de libro retractacionum.* i. e. ex libro retractationum desumta, quae columna secunda, linea 12 finitur. Tum immediate sequitur *Epistola augustini yponensis episcopi ad aurelium episcopum cartaginensis ecclesie*, quam tertia columna tertii folii, linea 14 capitula primi libri excipiunt. Liber primus decimi folii secunda columna, linea prima terminatur; reliquum columnae spatium occupant libri secundi capitulorum argumenta, Tertia folii 52 columna, linea 34.

Explicit liber octauus de trinitate.
Incipiunt capitula libri noni.

Eiusdem folii quarta columna vacua adparet, & sic libri noni capitulorum argumenta primum sequenti folio initium sumunt. Ad calcem operis legitur: *Aurelii augustini episcopi liber de trinitate finit feliciter.*

Hac de editione sine dubio omnium prima, antiquissima, Bibliographis omnibus, & Benedictinis operum *S.* AVGVSTINI editoribus incognita mentionem fecere viri clarissimi *D.* SEEMILLER *fasc. I* p. 34 & *D.* DENIS in *Memorab. Bibl. Garell.* p. 36. In exemplari Garelliano manus coeua annum 1471 adscripsit, ex quo colligendum videtur, vel VALDARFER iam anno 1471. Mediolanum se contulisse, vel Venetiis hoc opus typis euulgasse, vel anni notam a falsario quodam adiectam fuisse.

Patres Mauriani in Praefat. ad T. VIII de hoc *S.* AVGVSTINI opere haec habent. „ Qui res „ theologicas his temporibus adcuratius inuestigarunt, fatentur neminem ante AVGVSTINVM „ satis explicasse inuisibilitatem filii Dei contra Arianos, nec obiectas ab eis difficultatum vmbras tanto cum lumine dispulisse. Vnde Graecis ita admirabile visum est istud opus, vt il„ lud suae gentis hominibus proprium fecerint.

CXII.

CXII. S. Thomae Aquinatis de veritate catholicae fidei contra errores infidelium. Libri IV. in fol. mag.

Folia hoc opus 247 comprehendit. In duabus columnis, quarum quaeuis 49 lineas exhibet, chartae firmiſſimae, ſed minus albae, ac politae impreſſum, nec ſignaturas, nec cuſtodes, nec paginarum numeros oſtendit. Litteras initiales a typographo on iſſas miniator adiecit. Chartarii ſigna obſeruantur roſa, vua, & ſtrigil. Diſtinctionis ſigna praeter punctum coma quoque occurrit.

Primum folium in tribus columnis tabula capitulorum primi libri occupat; ſecundo deinde *Incipit liber primus de veritate catholice fidei. contra errores infidelium. Editus a fratre Thoma de Aquino, ordinis fratrum predicatorum. Quod ſit officium ſapientis Capitulum primum.* Liber primus folii 40 prima columna, linea 17 terminatur, quem paruo ſpatio interiecto ſecundi libri capitula excipiunt. Liber quartus columna quarta vltimi folii, linea 36 abſoluitur, cui ſubiectum habetur: *Laus & honor deo.*

Haec editio eſt peruetuſta, ac rariſſima, cum nullus hucusque Bibliographorum de ea mentionem fecit. QVETIF T. I *ſcript. Ord. Praedic.* p. 289 praeter praeſentem quatuor aliarum ſeculo XV in lucem emiſſarum meminit: prima Romae an. 1476: ſecunda Venetiis anno 1480: tertia & quarta Coloniae an. 1497 & 1499 in folio prodie unt.

Scripſit *S.* THOMAS iſtud opus, vt teſtatur THOLOMAEVS *Hiſt. Eccleſ. lib.* 22 c. 24 tempore Vrbani IV. Hoc opus viri eruditiſſimi ſtilo diſertum, rationum nouitate, & ſubtilitate profundum depraedicant. QVETIF l. c.

CXIII. P. Terentii Afri Comoediae. in fol.

Comoediae iſtae, foliis 167 contentae, eodem typo, quo praecedentia, impreſſae habentur. Lineae in quauis pagina vndeuiginti numerantur. Charta eſt firma admodum, & alba, chartarii ſigno, capite bouino, inter cuius cornua ſtilus in ſtellam, deſinens exſurgit, inſignita. Litterae initiales, cuſtodes, ſignaturae, ac paginarum numeri deſiderantur. Diſtinctionis ſigna praeter punctum occurrunt coma, & interrogationis ſignum. Quod vero hanc editionem praecipue depraedicat, ſunt margines ex omni parte ſatis amplae, ac lineae non ita preſſe ſibi inuicem adhaerentes, ſed vnius lineae ſpatio inter ſe diſtantes, quod raro admodum in quodam opere, prima typographicae artis aetate impreſſo, videre erit.

In operis, quod ſex comoedias complectitur, fronte haec impreſſa habentur: *Publii Terentii Affri poete comiti* — ſic — *commendiarum* — ſic — *liber Incipit foeliciter.* His ſubiectum legitur:

Epitaphium Terentii.
Natus in excelſis tectis cartaginis alte
Romanis ducibus bellica preda fui.
Deſcripſi mores hominum iuuenumque ſenumque
Qualiter & ſerui decipiant dominos
Quid meretrix quid leno confingat duarus
Hec quicunque legit ſic puto cautus erit.

Epitaphium ſequitur *Argumentum Andrie*, hoc auerſa pagina linea ſecunda *Prologus*, prologum denique folio ſecundo, linea quinta ſine titulo Comoedia prima, duas perſonas loquentes repraeſentans, quae ſunt: *Simo. Soſia.* Prima pagina folii 28, linea decima *Publii Terentii Affri poete Comiti Eunuchus incipit foeliciter.* Huic quoque Comoediae, vt & reliquis, praemiſſa ſunt prologus, & argumenta. Folii 59 prima pagina, linea decima eiusdem inchoat *Heutontumeromenon*, ad cuius finem folio 86, linea 10 legitur: *Publii Terencii Affri*

 Poete

Poete Comici Heutontumunerumenon finit. Auersa eiusdem folii pagina *P. Terentii &c. Comedia Adelphos Incipit foeliciter.* Hanc folio 113 ad primae paginae finem eiusdem *Eschira* sequitur, *Eschiram* vero auersa pagina folii 137, linea vndecima *Phormio* excipit. Ad calcem operis sequentia habentur. *Publii Terencii Affri Poete Comiti Comediarum liber finit.*

Altum de hac editione bibliographicae rei scriptores tenent silentium. HARWOOD de *Edit. Classic. Edit. Germ.* p. 165 editionis sine anni, loci, & typographi indicio quidem meminit, illamque praeclaram, ac principem nominat; nescio autem, an eadem cum praesenti sit. Recenset & alias vndecim seculo XV cum anni nota factas, inter quas principem locum tenet Mediolana anno 1470 per *Antonium* ZAROTVM adornata.

P. TERENTIVS *Afer*, natus Carthagine anno conditae vrbis Romae DLXII. ante Ch. N. CXCII. Romam venit seruus, sed a TERENTIO *Lucano* ob ingenii, ac formae elegantiam mature manumissus. Sex tantummodo Comoediae ab illo extant, neque plures veteribus cognitae fuere, qui in eis natiuam elegantiam puri, ac simplicis laudarunt sermonis, ingeniumque suaue. Obiit, teste EVSEBIO anno V. C. DXCIX aetatis XXXVI. Conf. FABRIC. *Bibl. lat.* T. I p. 29 & seqq. vbi & aliae harum comoediarum editiones a supra memoratis diuersae inueniuntur.

CXIV. Hugonis a S. Victore Didascali libri VII. Accedit liber sententiarum, seu adsertionum cum aliis quibusdam opusculis. in fol.

In folii primi auersa pagina *Incipiunt capitula septem librorum didascalon magistri hugonis prioris sancti victoris*, quae in prima pagina tertii folii, linea 25 terminantur. In eiusdem auersa *Incipiunt capitula sequentis operis magistri hugonis* &c. *de sententiis vel assertionibus in quibusdam verbis diuinis & rerum naturis.* Finiuntur in auersa sexti folii pagina. Folio septimo denique *Incipit didascalon magistri hugonis. de studio legendi.* Libro septimo folii 75 prima pagina, linea octaua finis imponitur. Sex priores libri agunt de liberalibus artibus: septimus vero de meditatione, seu consideratione rerum creatarum, & sanctissimae Trinitatis.

Quibus finitis, immediate *Incipit prologus in tractatu de anima xpi. ad magistrum. G.* i. e. GVALTERVM *de Mauritania* Laudensem Episcopum, cui hunc tractatum inscripsit auctor. Prologum folii 62 auersa pagina, linea 16 excipit tractatus *De cibo emanuelis.* In auersa pagina folii 85, linea 16. *Incipit prologus in tractatum de laude caritatis*, quem ad PETRVM quemdam direxit; folio vero sequenti *Incipit tractatus.* Folio 92, linea decima inchoat tractatus *de contemptu mundi*: auersa pagina folii 93 *de studio orandi & diuersis orationum affectibus*: auersa folii 98 pagina *de lya. & rachel. vxoribus iacob. & de concubinis eius. bala & zelpha & filii eius. & filia.* Terminatur hoc opus folii 152 pagina, linea vigesima. Folio sequenti incipiunt *Sententie vel asserciones hugonis lucidissime, in quibusdam diuinis & rerum naturis.* Liber iste varia complectitur; praecipuum est, psalmorum expositio, & quam plurima alia ad S. Scripturae locos, necnon doctrinam moralem dilucidandam seruientia. Haec genuinum HVGONIS *a S. Victore* esse partum, negat OVDINVS in *Comment. de script. Eccles.* T. 2 col. 1152. Folio 244 prima pagina, linea 27 haec verba operi huic finem imponunt: *Deo gratias.*

Litterae, quibus impressum est praesens opus, sunt plane eaedem, quibus immediate praecedens excusum habetur. Desunt litterae initiales, signaturae, custodes, & paginarum numeri. Interpunctionis signa occurrunt punctum, coma, & interrogationis signum. Pagina quaeuis integra 33 complectitur lineas. Charta est firma quidem, & alba, sed minus polita.

Editionem hanc peruetustam, ac Bibliographis ignotam Cl. ZAPFIVS in *Annal. typogr. August.* p. 142 nescio quibus innixus fundamentis, *Gunthero* ZEYNER typographo Augustano

adſcripſit ; ſed errorem commiſſum agnoſcens, ſuam opinionem mutauit, ac *Chriſtophoro* VALDARFER illam potius attribuendam eſſe, haud dubitat.

HVGO de *S. Victore*, *Didaſcalus* a nonnullis dictus, natione Saxo ex familia nobiliſſima dominorum de BLANKENBVRG ortus, erat Canonicus, & ſi TRITHEMIO fides eſt adhibenda, Abbas coenobii S. *Victoris* Pariſienſis, Ord. S. *Auguſtini*, vnde de S. *Victore* nomen traxit. Claruit anno 1120. Vir prout aeui ſui indoles tulit, eruditus: in *B.* AVGVSTINI ſcriptis verſatiſſimus, quem proinde in lucubrationibus ſuis maximopere aemulatus eſt, adeo, vt alter AVGVSTINVS, & AVGVSTINI lingua cognominaretur. Obiit anno 1140. CAVE T. II. p. 207.

CXV. Ioannis Gerſon Alphabetum diuini amoris. in fol.

Incipit hoc opuſculum, foliis 20 contentum, ſine omni titulo, aut inſcriptione his verbis: *Ad honorem omnipotentis dei. aliquos modos & vias per eleuacionem mentis in deum. proponô conſcribere.* Prooemio auerſa pagina primi folii, linea decima abſoluto, *Sequitur tabula.* Prima pagina folii 20, linea 26 terminatur opuſculum, cui ſubiectum legitur: *Explicit Alphabetum diuini amoris. de eleuatione mentis in deum. venerabilis magiſtri Ioh. Gerſon Cancellarii pariſienſis.* Deſunt ſignaturae, cuſtodes, paginarum numeri, & initiales litterae. Capitibus nec numerus, nec argumentum eſt praefixum. Diſtinctionis ſignum praeter punctum nullum aliud obſeruatur. Quod autem potiſſimum huius editionis antiquitatem depraedicat, ſunt litterae primae verborum ſaepiſſime a typographo omiſſae, quas miniculator rubro adpinxit.

An huius opuſculi GERSONIVS ſit auctor, valde dubitandum, dum in prooemio inter auctores, de eadem materia tractantes, *Ioannes* GERSON quoque his verbis, linea 19 citetur: *Item ioh. Gerſon cancellarius pariſien. Dicit quod ad dei timorem peruenitur per compunctionem admiracionem. & exultacionem.*

CXVI. Roberti de Licio Ord. Min. Opus quadrageſimale. in fol.

Initio operis, quod 396 folia complectitur, ſequentia tituli loco leguntur: *Sacre theologie magiſtri necnon ſacri eloquii preconis celeberrimi fratris Roberti de Licio ordinis minorum profeſſoris opus quadrageſimale perutiliſſimum quod de penitentia dictum eſt. Feliciter incipit.* Haec verba excipit argumentum primi ſermonis in Dominica ſeptuageſimae dicti, qui in tria diuiſus eſt capitula. Eadem diuiſio in reliquis quoque ſermonibus locum habet. Primus auerſa folii 10 pagina finitur; ſermo vero ſeptuageſimus tertius, qui vltimus eſt, auerſa folii 378, linea decima, cui manus coaeua rubro colore ſequentem anni notam adiecit: 1. 4. 7. 8. Sequenti folio incipit *tabula omnium ſermonum contentorum hoc in volumine.* Tabula folio 380 finita, *Incipit regiſtrum* ordine alphabetico diſpoſitum, cuius finis prima pagina folii 396 adſpicitur. Additus eſt breuis epilogus, in quo totius operis conſtitutio, ac indicis alphabetici vſus docetur.

Characteres huius ſunt iidem, quibus praecedentia ſunt impreſſa. Lineae in qualibet pagina 35 numerantur. Charta eſt firma, at crudior non nihil, & minus alba. Initiales litterae nullae conſpiciuntur, nulli cuſtodes, aut ſignaturae, vel paginarum numeri.

Duae adhuc de hoc opere editiones exornant Bibliothecam noſtram: prima, quae nitidiſſima, ac perelegans, Venetiis 1472 ex *Franc.* RENNER de Hailbrunn; ſecunda Baſileae an. 1475 ex RICHELII, & WENSLERI officina in lucem prodiit.

CXVII. *Summa magiſtri Iohannis de aurbach. Vicarii Bambergenſis.* in fol.

Haec tituli loco in fronte ſecundi folii leguntur; primum enim in auerſa pagina occupant capitulorum argumenta. Opus in duas diuiſum eſt partes: In prima agitur de *confeſſario*, *quomodo*

modo

modo se habere debeat in audiendis confessionibus : In secunda *de septem ecclesie sacramentis.* Praemisit operi suo auctor prologum, quo prima pagina folii secundi, linea 26 absoluto, primum incipit capitulum *De actu auditionis confessionis.* Auersa folii 12 pagina, linea 21 prima pars terminatur, quam immediate secunda excipit. Ad calcem operis legitur : *finit libellus. diuina ecclesie sacramenta. que numero septem & alia quam plurima secum versans, persalubria. feliciter.* Folia 52 integrum opus complectitur, & litteris initialibus, signaturis, custodibus, ac paginarum numeris caret. Haec editio Bibliographis ignota in omnibus cum editione, Augustae anno 1469 a *Gunthero* ZAINER typis euulgata, conuenit, ex quo iuxta idem exemplar excusa fuisse, videtur.

Ioannes de AVRBACH, vt TRITHEMIVS scribit, fuit natione Teutonicus, Presbyter ecclesiae Bambergensis, vir in diuinis scripturis studiosus, & eruditus, ingenio clarus, sermone scholasticus. Edidit non flocci pendendae auctoritatis opuscula, quibus memoriam sui nominis posteris reliquit. Floruit ad finem seculi XV.

Libri NORIMBERGAE a *Friderico* CREVSSNER, & *Andrea* FRISNER, ac *Ioan.* SENSENSCHMID charecteribus, quos tabula VI. N. II & III repraesentat, impressi.

Animaduersio praeuia.

Quis typographorum primus Norimbergam aduenerit, ibidemque prelum habuerit, tam parum, quam de aliis ciuitatibus compertum habemus. Alii hunc honorem Antonio KOBVRGER, *qui anno* 1471 *iuxta* MAITTAIRE, *&* ROEDERVM, *Biblia, quorum tamen existentiam Cl.* PANZER *penitus impugnat, typis excudisset, attribuunt: Alii* Friderico CREVSNER, *qui anno* 1473 *adparet: Alii* Ioanni SENSENSCHMID, *qui* RAINERI Summa *anno* 1473 *impressa nobis innotescit: alii denique* Henrico RVMMEL, *a quo tamen nullum monumentum typographicum videre, nec in quodam catalogo legere potui. Solummodo ex* ROEDERI *catalogo hunc virum cognitum habeo, qui eidem* Francisci *de* RETZA Comestorium vitiorum *anno* 1470. *Norimbergae sine typographi nomine impressum adscribit.*

Quod ad tempus, quo ars typographica ibidem introducta fuit, attinet, hoc perspectum est, nullum opus anni, & loci, nota instructum ante annum 1470, *quo* Comestorium vitiorum *supra memoratum in lucem prodiit, impressum oculis exhiberi posse; verisimile tamen mihi videtur, iam ante annum praefatum Norimbergae artem illam plane diuinam floruisse, cum statim, anno* 1470 *elapso, multa, & praeclara opera ibidem typis excusa adparent. Haec de typographiae Norimbergensis initio dicta interea sufficiant, donec Cl.* PANZER, *qui nouae catalogi Roederiani editioni adornandae animum adiicit, certiorem ea de re notitiam nobis communicauerit.*

Inter omnes, non solum qui Norimbergae, sed & alibi artem typographicam exercuere, facile princeps est Antonius KOBVRGER, *qui ab anno* 1471 — 1513 *plane innumeris, ac praeclarissimis operibus vel ipso, vel suis sumptibus impressis rem litterariam ditauit. De hoc* Iodocus Badius ASCENSIVS *haec lectu dignissima in Epistola, qua illi illustrium virorum epistolas anno* 1499 *inscripsit, reliquit. „ Si quidem cum sis librariorum facile princeps, & inter fideles atque honestos „ mercatores non inferiori loco positus; nihil principatu tuo dignius censeam, quam hos tantos heroas in regales istos thalamos, omnis honestatis probitatis nimirum penetralia, benignissime suscipere. - - - Litteratos omnes & colis, & foues; peruigilemque curam ad bonos codices vere, „ terse, ac sine mendis imprimendos adhibes. „*

Haud multo minorem laudem merentur, Fridericus CREVSNER : *qui ab anno* 1473 — 1493. *&* Ioannes SENSENSCHMID, *qui cum* Andrea FRISNER, *&* Henrico KOIER *ob anno* 1473 — 1478, *teste* MAITTAIRE, *Norimbergae plura, ac insignia opera typis mandarunt.*

Libri

Libri a Friderico Creufsner *impressi.*

CXVIII. Bulla aurea Caroli IV. ac Friderici III. Reformatio. *Theodisce.* in fol.

Integrum hoc opufculum foliis 33 conftans, impreffum eft eodem typo, quo CREVSSNER anno 1474 idem latino fermone excuderat. Nullas oftendit initiales litteras, nullas fignaturas, aut cuftodes, nullosque paginarum numeros. Auerfam folii primi paginam — Prima vacua eft — occupat index, quem fecundo folio Bulla excipit, cuius initium fic fonat: *In den namm der heiligen vnteilbern driualtikeit feliglichen amen.* Terminatur auerfa folii 26 pagina, linea 32 fequentibus verbis: *Got fey gelobet Amen.* Folio fequenti absque titulo aut infcriptione incipit FRIDERICII *III.* Imp. *Reformatio*, cuius finis prima folii 33 pagina, linea 29 adfpicitur.

Cl. PANZER editionem iftam in *Annal Litterat. Teuton.* p. 31 & Cl. DENIS in *Bibl. Garell. Memorab.* p. 198 recenfent. PANZER illam omnium primam effe, ac ex CREVSSNERI officina in lucem prodiiffe, penitus non dubitat.

CXIX. Ioannis Andreae arbor Confanguinitatis, & Adfinitatis. in fol.

Incipit hoc opufculum, quod octo foliis conftat, fine titulo ab auctoris praefatione, quae auerfa folii primi pagina, linea fecunda definit. In praefationis contextu auctor feipfum manifectat fequentibus verbis: *ego Iohanes andree inter doctorum doctores minimus & indignus.* Linea auerfae paginae tertia arboris confanguinitatis declaratio incipit; finitur prima folii quarti pagina, linea 33, cui fubiectum habetur: *Sequitur figura arboris confanguineitatis.* Haec figura auerfam eiusdem folii paginam occupat. Folio fequenti inchoat expofitio arboris adfinitatis, quae auerfa folii feptimi pagina linea 33 his verbis terminatur: *Explicit lectura fuper arboribus confan. & affi. Iohanis andree.* Primam folii 8 pagina arboris adfinitatis explet figura.

Tituli tractatuum, initiales litterae, cuftodes, paginarum numeri, & fignaturae defiderantur. Abbreuiaturae frequentes occurrunt. Praeter punctum nullum aliud obferuatur diftinctionis fignum. Litteris iisdem eft impreffum, quo immediate praecedens excufum habetur.

Huius operis quatuor in noftra bibliotheca extant editiones, quae ex CREVSSNERI officina diuerfis temporibus in lucem prodiere. Prima, quam in praefenti defcripfimus, bibliographis penitus ignota, anni, loci, & typographi indicio deftituta, principem obtinet locum. Secunda, quam fequenti numero recenfemus, fine anni nota excufa habetur. Tertia anno 1477 & quarta an. 1481 iisdem litteris impreffae exftant.

Ioannes ANDREAS, natione Italus, patria Mugellanus, Bononiae iuri Pontificio tam felicem nauauit operam, vt Iurisconfultorum fui feculi celeberrimus haberetur. Claruit anno 1336. Scripfit praeter alia tractatus praefentes de *arboribus confanguinitatis*, *& adfinitatis*, vt ex praefatione patet; tractatum vero de *cognatione fpirituali* illi falfo fuiffe attributum, fequenti numero oftendemus. Poftquam Bononiae 45 annis ius explanaffet, eadem in vrbe anno 1448 die 7 Iulii peftifera lues eum e viuis eripuit.

CXX. Ioannis Andreae tractatus de arboribus consanguinitatis, & adfinitatis. Accedit & arboris spiritualis cognationis Explanatio, auctore Anonymo. Norimbergae per Fridericum Creussner. in fol.

Litterae, quibus praesens impressum est opusculum, cum praecedentis litteris plane conueniunt. Constat foliis decem, ac initialibus litteris, titulis, custodibus, signaturis, & paginarum numeris caret. Praefatio primam implet paginam; auersa incipit explicatio primi tractatus. quem auersa folii quarti pagina arboris consanguinitatis figura excipit. Folio quinto secundus inchoat tractatus, qui auersa folii 7 pagina his verbis finitur: *Explicit lectura super arboribus consag. & affi. Ioannis andree.* Prima sequentis folii pagina figuram arboris adfinitatis repraesentat; auersa eiusdem vacua est. Duo vltima folia tractatum de cognationis spiritualis arbore complectuntur, ad cuius finem haec habentur impressa:

Et sic est finis huius tractatus. Deo sit laus.
Impressum per Fridericum Creüssner de Nurmberga.

Vltimum istum tractatum ex *Ioan.* ANDREAE calamo haud emanasse, ex verbis sequentibus, quae eiusdem initio habentur, coniicere est: *Circa lecturam arboris cognationis spiritualis iuxta modum & formam traditionis doctoris Ioannis Andreae in sua lectura arboris consanguinitatis & affinitatis conformiter procedendo. Primum videndum est.*

CXXI. Expositio super Canonem Missae. Per Fridericum Creussner. in fol.

Opusculum istud quoad externam formam in omnibus cum praecedenti concordat. Complectitur decem, & quatuor folia. In fronte eiusdem legitur: *Incipit notabilis expositio super canonem misse.* Istius initium est sequentis tenoris: *Te igitur clementissime pater per ihesum xpm filium tuum dominum nostrum. supplices rogamus ac petimus vti accepta habeas* &c. Terminatur prima folii 14 pagina, linea 23, cuius vltima verba sunt: *Laus deo clementissimo.* His autem subnexum legitur: *Impressor istius expositionis canonis misse Fridericus Crüssner.*

Iam superius Numero XXXVI alteram huius operis editionem recensui, quae praesentem praecessisse videtur. Praestantissimi Bibliographi de hac quoque altum tenent silentium.

CXXII. Pharetra fidei, & morum. in fol.

Prima folii primi pagina vacua est; auersa fine titulo, aut inscriptione auctoris praefatio incipit; quae cum breuis sit, ob eiusdem eruditionem hic integram adscribam.

In conuersionis mee principio cum ob mentis recreacionem auctoritates sanctorum legerem. & legens varias corrupciones perciperem. placuit mihi vt ad ipsum fontem originalium recurrerem. & ob maiorem certitudinem ipse met aliqua exciperem. que postmodum vt sciui ordinaui. vt ad meditacionem. predicacionem. disputacionem ibidem essent. vtilia leuius reperirentur. Hoc autem sciat lector quod reperii aliquando diuersos doctores vnum dixisse. Aliquando eundem doctorem idem in diuersis libris. Distinxi autem opusculum istud in quatuor libros. vt dicatur liber primus de personarum varietate. Secundus de principalium viciorum & virtutum multiplicitate. Tercius de periculosis. Quartus de graciosis. Opusculum istud pharetram appellaui. quoniam sicut in pharetra iacula reponuntur. quibus hostis hostem ferit. vulnerat & deicit. Sic & hic varie auctoritates fide dignorum. que si manu operacionis tenemus hostem antiquum deiciemus. Sciendum quoque. quod cum dico idem non apponendo vbi intelligendum est in priori libro antea posito fore.

Prologum excipiunt primi libri capitula, quae etiam in reliquis libris praemissa reperiuntur. Prima folii secundi pagina linea decima *Incipit liber primus*, qui vsque ad auersam folii

lii

lii 23 paginam progreditur. Liber fecundus terminatur folio 48 linea decima quarta, cum additione :

Explicit liber fecundus. Sequuntur capitula Tercy libri.

Liber quartus folio 66 inchoat, primaque folii nonagefimi pagina, linea 33 finitur, cuius vltima verba funt: *Laus deo clementiffimo. Friez Crufsner.*

Defunt litterae initiales, cuftodes, fignaturae, ac paginarum numeri. Capitulis nulli funt praefixi tituli. Lineae in quauis pagina integra 33 numerantur. Editio haec fummae antiquitatis, ac infignis raritatis nota merito gaudet, dum praeftantiores quoque rei Bibliographicae fcriptores eam ignorarunt.

Auctorem huius operis vix non omnes eruditi *S.* BONAVENTVRAM celebrant; *Cafimirus* vero OVDINVS in *Comment. de fcript. Ecclef.* T. III c. 401 illud eidem abiudicare, haud dubitat, hoc infirmo admodum innixus fundamento: In prologo quaedam narrantur, quae S. Doctori, attribui haud poffunt. Quaenam funt vero illa? Sanctus in prologo dicit, fe in conuerfionis principio auctoritates fanctorum legiffe, ad fontem originalium recurriffe, ac quaedam ex iisdem excerpfiffe. Haec vero inueni litterarum adhuc experti, ftudiisque philofophicis, ac theologicis dedito conuenire nequeunt. Ita argumentari placuit OVDINO; quod tamen omni admiratione dignum eft, cum ipfe Praemonftratenfi ordini quondam addictus, facile fcire potuiffet, religioforum iuuenum in conuerfionis primordio vnicum effe negotium, vt fanctorum virorum opera, Patrum doctrina referta, diu noctuque reuoluant, eorum inftructionem alte imbibant, iuxtaque eam mores fuos, ac vitam dirigant. Quis itaque haud verifimile credat, *S.* BONAVENTVRAM, magis pietatis, ac fanctitatis ftudio, quam apoftatam illum, deditum, eo tempore a fe quaedam notamina collecta, in aetate magis adulta in ordinem redegiffe, eaque auxiffe, ac tandem opus iftud ad omnium vtilitatem perfeciffe? Ex prologo nil minus coniicere eft, quam a S. Doctore illud iam in conuerfionis principio ad eamdem perductum fuiffe perfectionem. Ipfe enim fatetur, fe ad originalium fontem recurriffe, ex iisdem excerpta *poftmodum*, vt fciuit, ordinaffe. Pergit deinde OVDINVS: auctor fuum opus *Pharetram* intitulauit; ergo militem fuiffe, neceffe eft. Certe miles fuit *S.* BONAVENTVRA, non ita ignauus, vt OVDINVS, qui vitae religiofae pertaefus a fide quoque catholica deflectens, ad CALVINI caftra fe contulit; fed inuiolabili fide praeditus, vsque ad vltimum vitae fuae halitum fub Chrifti vexillo, ac *S.* FRANCISCI regula contra mundum, diabolum, ac carnem plane viriliter decertauit.

Libri ab Andrea Frifner, & *Ioan.* Senfenfchmid *impreffi.*

CXXIII. *Ioannis* GERSONIS diuerfi tractatus. I. De examinatione doctrinarum. II. De duplici ftatu in Dei ecclefia, curatorum fcilicet, & Priuilegiatorum. III. Admonitio breuis, quomodo caute legendi fint libri propter errores occultos. IV. De adpellatione peccatoris a diuina iuftitia ad diuinam mifericordiam. V. Opus vnionis ecclefiae. VI. Dubium de delectatione in feruitio Dei. in fol.

Diuerfi ifti tractatus 22 foliis contenti, eodem charactere, quo typographi fupra memorati ad *Hiftoriam Lombardicam* anno 1476 excudendam vfi fuere, & quem tabula VI. N. III exhibet, impreffi exftant. Initiales litterae minio depictae confpiciuntur. Signaturae, cuftodes, paginarumque numeri defiderantur. Quaeuis pagina 55 exhibet lineas. Charta eft alba, ac firma. Interpunctionis figna comma, ac colon occurrunt.

In

In primi tractatus fronte legitur: *Tractatus de examinatione doctrinarum Ioannis de Gerʃona Cancellarii Pariʃienʃis incipit feliciter.* Terminatur prima folii 11 pagina, linea 27, cui ſubiectum habetur: *Laus Deo.* Auerſa eiusdem *Sequitur Tractatulus domini Cancellarii Pariʃienʃis de Duplici Statu in dei eccleʃia. ʃcilicet curatorum & priuilegiatorum. De ʃtatu curatorum conʃiderationes. XVI.* Prima folii 14 pagina finis eidem imponitur, quem auerſa excipit *Admonitio breuis & neceʃʃaria quo modo caute legendi ʃunt quorundam libri propter errores occultos venerabilis Magiʃtri Ioannis Gerʃon* &c. Hunc auerſa folii 15, linea 18 *Sequitur tractatulus eiuʃdem de appellatione cuiuʃdam peccatoris a diuina iuʃticia ad diuinam miʃericordiam omnipotentis dei opuʃculum pulcherrimum.* Quo prima folii 18 pagina finito, auerſa *Opus domini Cancellarii Pariʃienʃis vnionis eccleʃie circa annum domini. M. CCCC. compoʃitum incipit feliciter.* Folio denique 22 *Incipit dubium quoddam Ioannis der Gerʃona.... de delectatione in ʃeruitio dei.* Terminatur auerſa eiusdem folii pagina, linea 29, cui ſubnexum legitur: *Deo Gratias.*

CXXIV. Ioannis Gritſch. Ord. Min. Quadrageſimale. in fol. mag.

Integrum hoc opus folia 211 complectitur. Impreſſum eſt in duabus columnis, quarum quaeuis 57 oſtendit lineas, chartae firmae admodum, ſed minus albae, charactere quidem paulo minore, ſed quoad formam praecedentis operis ſimillimo, quem tabula VI. N. IV repraeſentat. Ex quo haud dubito, quin ex eadem FRISNERI, & SENSENSCHMID officina in lucem prodierit. Chartarii ſignum praeter roſam nullum aliud obſeruaui. Deſunt litterae initiales, cuſtodes, ſignaturae, & paginarum numeri. In ſuperiori margine dies, ſermonisque numerus maioribus litteris adnotatus conſpicitur. E. g.

Feria quarta cinerum. *I.*

Tabula materiarum alphabetica, in quauis pagina in tres columnas diſtincta, quindecim priora folia occupat. Folio 16 ipſum opus his verbis inchoat: *Quadrageʃimale fratris Iohannis Gritʃch ordinis fratrum minorum doctoris eximii. per totum anni ʃpacium deʃeruiens cum thematum euangeliorum & epiʃtolarum introductionibus. Incipit feliciter.* His verbis ſubiectum legitur: *Feria quarta cinerum.* Secunda folii 193 columna ad finem ſermo 48 abruptus eſt, auerſa eiusdem folii pagina vacua manente, folio dein ſequenti denuo verbis cum priori textu cohaerentibus continuatur. Tertia folii 196 columna, linea 40 ſermonum finis habetur. Spatio paruo interiecto ſequitur *Regiʃtrum de euangeliorum ac epiʃtolarum thematibus atque introductionibus. tam dominicalium quam & feʃtorum per anni circulum.* Prima folii vltimi columna, linea 59 his verbis opus abſoluitur: *Sit deus per ʃecula ʃeculorum benedictus. Amen.*

Plures de opere praeſenti editiones ſeculo XV in lucem prodiere, Vlmae an. 1476. Baſileae 1477. 1484. & 1490. Lugduni 1492 de quibus apud Bibliographos notitia habetur; praeſentis vero nullus eorum mentionem fecit.

Ioannes GRITSCH, natione Germanus, patria Baſileenſis, Ord. Min. alumnus, optimis quibusque diſciplinis excultus tempore concilii Baſileenſis ſacris concionibus ſui ordinis praefectus, eximiae eruditionis, & eloquentiae famam reportauit. Claruit 1428. *Robert.* GERIVS in Adpend. ad CAVE *Hiʃt. ʃcript. Eccleʃ.* p. 128.

Libri

Libri REVTLINGAE, cuius historia typographica densis inuoluta iacet tenebris, charactere, quo anno 1482 fine typographi nomine Summa Pisani excusa est, impressi. Characterem tabula VI. N. V exhibet.

CXXV. Sermones Discipuli de tempore, & sanctis. Accedit Promtuarium exemplorum, ac de Miraculis B. V. Mariae. in fol. mag.

Hoc vastae molis opus foliis 346 comprehensum, in duabus columnis, quarum quaeuis 63 aut 64 lineas habet, chartae mundae, firmae, sed minus politae, chartarii signis, rosa, & strigili insignitae, charactere gothico minusculo excusum habetur. Praeter punctum nullum aliud interpunctionis occurrit signum. Initiales litteras nullas, nullos custodes, aut signaturas, nullosque paginarum numeros ostendit.

Praemissa est operi tabula alphabetica, quam prima folii 15 columna, linea 33 *casus papales* excipiunt, istos ad secundae columnae finem *episcopales*, hos vero columna quarta *inhibitiones a sacra communione.* Folio 17 incipiunt *sermones de tempore*, qui secunda folii 212 columna, linea 61 absoluuntur. Tertia columna *Sequuntur bona exempla de beata virgine.* Folium 214 vnicam duntaxat columnam impressam exhibet, reliquum vacuum adparet. Folio 215 *Incipit prologus in promptuarium exemplorum discipuli secundum ordinem alphabeti.* Promtuarium vnacum indice quarta folii 278 columna terminatur. Prima sequentis folii pagina vacua est, auersam *Tabula sermonum discipuli de sanctis* occupat. Secunda folii 331 columna *Sermones discipuli de sanctis finiunt.* Additus est pro iisdem breuis index, quem folio 333. Promtuarium de Miraculis B. V. MARIAE sequitur. Huic etiam tabula subiecta est. Ad calcem operis legitur: *Explicit tabula promptuarii discipuli de exemplis gloriose virginis marie.*

CXXVI. Discipuli liber de eruditione Christi fidelium. in fol.

In hoc opere continetur explicatio decalogi, orationis dominicae, angelicae salutationis, symboli apostolorum, septem sacramentorum, totidemque donorum spiritus sancti. Auersa primi folii pagina *Sequuntur materie in hac xpianorum vtilissima eruditione contente.* Folium tertium breuis occupat adnotatio: folio quarto *Liber discipuli de eruditione xpi fidelium Incipit.* Auersa folii 171 pagina *Tractatulus de septem donis spiritus sancti explicit. Et per consequens totus liber discipuli de eruditione christi fidelium.* Folio sequenti incipit *Tabula pro sermonibus de tempore ex hoc libro colligendis*, quam alia alphabetica folio 179, auersa pagina, linea 15 excipit. Terminatur integrum opus prima folii 186 pagina, linea 44. Litteras initiales quandoque paruas adiecit typographus, quandoque vero easdem omisit. Signaturae, custodes, & paginarum numeri nullibi inueniuntur. Interpunctionis signum solum obseruatur punctum. Materia, capitumque numerus in superiori margine est ab ipso typographo adnotatus. Typus est omnino idem, quo praecedens opus excusum est.

Auctor tam praesentis, quam praecedentis operis, qui sub nomine DISCIPVLI nobis innotescit, est *Ioannes* HEROLDVS, a nonnullis HERLOTVS, a POSSEVINO pessima corruptione BEROLIS dictus, natione Germanus, iuxta *Robertum* GERIVM in *Adpend.* ad CAVE *Hist. Litter.* p. 187 patria Basileensis. Ord. Praedic. Monachus, theologus, & concionator eximius, claruit anno 1470. QVETIF huius viri, ac operum eius T. I *script. Ord. Praedic.* p. 762 mentionem fecit; quo etiam diuersas huius, & praecedentis operis editiones commemorat, inter quas cuiusdam absque anno, loco, & nomine typothetae gothico charactere impressae meminit. Superiorem vero sermonum editionem omnino ignorauit.

CXXVII. Ioannis Nider Ord. Praedic. Praeceptorium diuinae legis. in fol.

Opus duplex antecedit index, vnus alphabeticus materiarum, alter singulorum capitum, qui folia 23 complectitur. Folio 24 *Incipit prologus in expositionem decalogi secundum fratrem Iohannem Nider sacre theologie professorem ordinis predicatorum*, qui secunda columna — In duas enim quaeuis distincta est pagina — linea quarta terminatur.

Totum opus 260 folia complectitur, charactere eodem, quo praecedens, impressum. Lineae in qualibet pagina 43 numerantur. Desunt initiales litterae, signaturae, custodes, & paginarum numeri. In superiori margine cuiusuis paginae indicatur praeceptum, & capitulum. Interpunctionis signum in hoc quoque opere nullum aliud obseruatur, quam punctum. Quarta vltimi folii columna sequentia leguntur: *Iohannis Nider sacre paginis Egregii doctoris ordinis predicatorum Conuentualis Nurenbergensis preceptorum preclarissimum opus finit feliciter.*

Cl. QVETIF editiones anno 1476. Argentinae, 1482. Parisiis, & Norimbergae 1495 in lucem emissas recensens, de praesenti nullam habuit notitiam. Neque apud alium Bibliographorum, vt animaduertit Cl. SEEMILLER *fasc. I* p. 187 de eadem mentio reperitur.

Libri ROMAE ab *Vdalrico* GALLO — HAN — & *Georgio* LAVER in Monasterio *S.* EVSEBII impressi.

CXXVIII. *T.* LIVII Patauini Historiarum Romanarum Decades III. ex recognitione *Io. Ant.* CAMPANI, & cum eiusdem Praefat. ad Cardin. Papiensem. T. II. in fol mag.

Integrum hoc splendidissimum opus 446 folia comprehendit impressa. Quaeuis pagina 45 lineas complectitur. Characteres sunt Romani, ac perelegantes; diphtongi litteris simplicibus sunt expressae. Charta albedine, firmitate, ac marginum amplitudine valde superbit. Litterae initiales tum deauratae, tum diuersis coloribus depictae editionem praesentem insigniter exornant. Nullae occurrunt signaturae, nulli custodes, nullique paginarum numeri. Vix non omnia obseruantur interpunctionis signa. Nulli ex hisce libris vlla fuit a typographo praefixa inscriptio, aut titulus, sicuti nec Epitomae; sed cum in fronte huius, tum ipsorum librorum spatium vacuum, in quo conueniens inscriptio manu inseri posset, relictum est. Prima Epitomae, & vniuscuiusque libri linea capitalibus litteris est impressa.

Primam folii primi paginam *Io.* CAMPANI dedicatoria ad Cardinalem Papiensem epistola occupat, cuius sequens est tenor:

Campanus Cardinali Papiensi meo salutem. Tres T. Liuii decades: tot enim supersunt librariorum inscitia magna ex parte deprauatas iussu tuo recepi emendandas: operosam quidem rem & plenam laboris: sed utilitatis vt arbitror non minus quam fuit difficultatis habituram. . . Horum ego deprauationes quas tanta diuturnitate temporis, tantaque barbarie necesse fuit, esse quam plurimas, multis fretus exemplaribus corrigere aggressus, feci quod tu iussisti & feci quod potui diligenter: vt huic noue mireque industrie impressorum ipse quoque pro virili auxiliarer: idem facturus in ceteris quo non modo non careant libris veterum nostri homines: aut emi multo oporteat, sed & magna sit futura copia: & eque pauperi atque diuiti comparari exiguo possint: Nec idem erunt impressorum errores. qui fuerunt exscriptorum: ii vno exemplari eoque prospecto atque emendato quot volent codices vna opera vnoque tenore conficient: illi dum singulis quisque arbitrio abutitur suo, nunquam inter se conueniunt vt vbi paulo sit protractior oratio aut implicatior, non diuerse corrumpant. Legi poterit iam a nostris Liuii historia: si qualem ipsi reddidimus talem & impressores ceterique effinxerint: quod ad me attinuit: nusquam curiosus interpres aut diuinator, nihil

meum

meum preter laborem & diligentiam attuli : que vtinam tanta fuerit vt librariorum tollendis erroribus suffecerint : certe in hoc fuit maxima vt Liuii maiestatem affectatione ingenii nusquam minuerim : locorum nomina duntaxat vetustissima que diuerse posita sunt a multis : fallere me fortasse & ea perpauca potuerunt : cetera vt spero non fefellere. Adiecta sunt omnium librorum epitomata, eorum etiam qui non extant : vt priscarum rerum noticiam habeamus ex iis aliquam : simul vt quantam in Liuio fecerimus iacturam intelligamus : vtcunque futurum sit mihi satis fuerit tuis iussis paruisse, cuius & beneficiis : & auctoritati omnia debeo. Vale.

Auersa primi folii pagina incipit Epitoma quatuordecim Decadum, foliis 23 contenta. Auersa 23 folii pagina capita operum in codice contentorum, seu librorum trium Decadum cum cuiuslibet libri initio exhibet. Infra capita ista legitur sequens tetrastichon, quo *Vdalricus* GALLVS suos libros, suamque artem commendare solebat.

Anser Tarpeii custos Iouis : vnde : quod alis
Constreperes : Gallus decidit : vltor adest.
Vdalricus Gallus : ne quem poscantur in vsum
Edocuit pennis nil opus esse tuis.
Imprimit ille die. quantum non scribitur anno.
Ingenio : haud noceas : omnia vincit homo.

CAMPANVS.

Incipit deinde folio 24. Decas prima decem libros, & 155 folia complectens; desinit prima folii vltimi pagina, linea 34, cui versus supra memorati cum eodem nomine subiecti leguntur. Decas secunda decem libris constans, agit de secundo bello Punico; occupat 150 folia impressa. Decas tertia 118 foliis comprehensa, in decem libris belli Macedonici, & Asiatici historiam enarrat. Terminatur auersa folii vltimi pagina, linea 12, cui etiam versus *Anser Tarpeii* &c. cum nomine CAMPANI subnexi habentur.

Editionem istam elegantem admodum, nitidam, ac magnificam, quam characteris venustate, ac magnificentia parem esse Vindelianae, longeque superiorem *Conradi* SCHWEINHEIM & *Arnoldi* PENNARTZ, adfirmat P. LAER, Romae ex *Vdalrici* HAN officina in lucem prodiisse nemo inficias ibit. Quonam vero anno, magnum inter Patrem LAER & *Io. Bapt.* AVDIFFREDVM exortum est certamen. Primus eidem primum adsignat locum: ac illam SCHWEINHEIMII, & PANNARTZII praecessisse multis probat argumentis: AVDIFFRED secundum locum sequentibus argumentis attribuit. Audiamus illum.

„ Si quis editionem hanc, inquit in *Catal. Historico critico Edit. Rom. Sec.* XV p. 32 & „ seqq. in posteriores praecedentis anni — 1469 — menses referendam esse velit, non equidem ei repugnandum esse censuerim, dummodo cum P. L. antiquiorem esse editione Aleriensis non contendat. . . . . Aliunde vero, quae adducit, seu potius indicat P. LAER, quo „ probet, cui CAMPANI editioni principatum adscribendum esse, etsi haud contemnenda esse fatear; eiusmodi tamen non sunt, vt cum communiori de maiori Aleriensis editionis „ antiquitate sententia conciliari commode non possint. Illud mihi quidem valde probabile, „ ne dicam certum, videtur, praesentem LIVII editionem ceteris omnibus *Vdalrici* HAN „ editionibus, CAMPANI versibus: *Anser Tarpeii custos* &c. notatis, ordine temporis antecessisse. Id enim aperte significasse videtur CAMPANVS ipse in *epist. ad Card. Papiensem* eidem „ praemissa: *feci*, inquit circa medium, *quam potui diligenter, vt huic nouae, miraeque industriae impressorum ipse quoque pro virili auxiliarer* : *idem facturus in ceteris* &c. Decades ergo „ Liuianae a CAMPANO emendatae, illae sunt primus eius labor, quo ipse quoque impressorum industriae auxiliatus est: quod idem posthac in ceteris se facturum — non facere perfecturum — pollicetur. Nihil ergo tale antea fecerat, nihilque ex eius emendatione adhuc „ typis excusum fuerat. Multo minus ergo antea excusi fuerant versus: *Anser Tarpeii cu-*

„ *flos*. Hoc idem coniici posse videtur ex versibus ipsis, qui non semel, vt in aliis, aut bis,
„ sed & ter in hac editione adpositi fuere, subiecto semper nomine CAMPANVS.

P. LAER ex epistola CAMPANI demonstrare conatur, illum primum fuisse, qui librariorum errata corrigere adgressus sit. Reponit AVDIFFREDVS: „ Id vnum ex eius oratione colligere licet, ipsum primum fuisse, qui *multis exemplaribus* Liuianas Decades corrigere instituerit: quem honorem non illubenter ipsi concesserim. Secundo ex eius loquendi ratione coniici posset, editionem Aleriensis, ex ipsius sententia, adhuc incmendatam esse, non secus ac MSS. ipsa: a quibus propterea, ne inuidiam apud ipsum, eiusque patronos subiret, minime eam distinxit, neque verbum vllum de ea fecit. Quid si vterque editor, Aleriensis, & Interamnensis eodem pene tempore saxum hoc voluere, alter alterius inscius, adgressi sint; ita tamen, vt Aleriensis labores propter faciliorem recognitionem ab ipso adhibitam, tum propter maiorem suorum typographorum in imprimendo celeritatem, vno, alteroue mense prius quam CAMPANI, ad exitum perducerentur. Tunc manifesta erit causa, quamobrem neuter de alterius industria mentionem fecerit: & nihilo secius integra subsistet prioritas editionis Aleriensis.

„ Editioni Aleriensis porro principem locum adsignant *Iac.* GRONOVIVS: *Io. Albert.* FABRIC. *Io. Aug.* ERNESTI. MAITTAIRE, ac Card. QVIRINIVS, qui haud dubio epistolam CAMPANI, ad quam prouocat P. LAER, legerunt. Praefixa est quoque Aleriensis epistola editionibus, quas VINDELINVS an. 1470. Venetiis in lucem emisit: Mediolansi duplici an. 1478 & 1495: Taruisinae duplici ann. 1482 & 1485, denique Venetae an. 1498. In quibus editionibus, & ipsam Aleriensis editionem expressam fuisse scribit laudatus GRONOVIVS; ita tamen, vt noui editores ab Aleriensi identidem recederent. Qui honos an eo seculo habitus fuerit Epistolae, & editioni CAMPANI, hactenus incompertum mihi est. „

Quid de hac AVDIFFREDI opinione tenendum, eruditorum iudicio decernendum relinquo. Quamuis GRONOVIVS cum supra citatis Aleriensis editioni principem adsignet locum, mihi tamen verisimile videtur, vtramque officinam tam SCHWEINHEIMII, & PANNARTZII, quam HANII eodem anno, scilicet 1469, in eadem adornanda occupatam fuisse. Haud enim credendum, si Aleriensis editio praecessisset, hoc latere potuisse CAMPANVM, dum in eadem vrbe Romana editioni Liuianae nauaret operam. Ideo, CAMPANVM rem tam operosam, laborisque, ac difficultatis plenam in se suscipere, haud necesse fuisset, sed Aleriensis sua editione plurimum illum iuuisset, laborem minuisset, omnemque fugasset difficultatem. Aut si in eadem multos adhuc detexisset errores, illis tam parum, quam librariis, in sua epistola parcens, eos aculeato strinxisset calamo.

CXXIX. Pauli II. P. M. Bulla Iubilaei. in fol.

Bulla ista duo, & dimidium folii complectitur, estque charactere Romano, papyro firmae, ac albae impressa. Quaeuis pagina, vltima excepta, 33 exhibet lineas. Paginae nullo numero sunt notatae, nec custodes, nec signaturae adparent. Pro diphtongis *ae*, & *oe* conspicitur simplex *e*: Littera Iod pro puncto lineolam sibi habet impositam.

In fronte haec leguntur: *Copia bulle anni iubilei.* Dein incipit Bulla his verbis: PAVLVS — Hoc verbum solummodo capitalibus litteris est expressum — *Episcopus: seruus seruorum dei* &c. Prima tertii folii pagina, linea 31 terminatur. Bulla sequenti modo concluditur: *Datum Rome apud sanctum Petrum Anno incarnation. dominice millesimo quadringentesimo septuagesimo. tercio decimo Kl. Maii Pontificatus nostri Anno Sexto.*

Romae Bullam istam prelo subditam fuisse, & quidem eodem anno, vix dubium remanet. Characteres, quibus impressa est, sunt prorsus iidem, vt ex Cl. SEEMILLER litteris didici,

dici, quibus Romae in Monasterio *S.* EVSEBII Homiliae S. Io. CHRYSOSTOMI anno 1470 a *Georgio* LAVER, qui ibidem typographicam exercuit artem, impressae extant.

Libri VENETIIS per *Vindelinum* de SPIRA, & *Franciscum* RENNER de Hailbrunn impressi.

Animaduersio praeuia.

Primas inter Italiae vrbes, quae artem illam plane diuinam, nimirum typographicam excepere, vrbs Veneta praecipue laudatur, in qua iam anno 1469 IOANNES, *&* VINDELINVS *de* Spira, *par fratrum memorabile, charactere rotundo, ac pereleganti opera celeberrima, scilicet* PLINII *historiam naturalem, ac* CICERONIS *epistolas familiares imprimendo immortalem gloriam sibi compararunt.* IOANNI, *qui primus vocularum sub vltima paginae praecedentis linea ad interiorem oram positarum, paginae sequentis initium indicantium, vsum excogitasse fertur, ante annum* 1470 *exactum defuncto* VINDELINVS *aliquamdiu fuit superstes, & vltra annum* 1477 *typographicam exercuisse artem, haud vllo monumento innotescit. Hos iam anno* 1470 *secutus est* Nicolaus IENSON, *qui admirandam librorum tam litteris romanis nitidissimis, quam gothicis impressorum copiam ad scientiarum emolumentum posteritati reliquit. Ceteros viros celebres, qui vsque ad annum* 1480. *Venetiis prelo praefuere, recensere supersedeo, dum iam opera per totum litterarium orbem dispersa, ab illis impressa eorum laudes satis celebrant. Satis me dixisse, arbitror, vrbem Venetam primis typographiae annis tanta librorum praestantissimorum vbertate tam quoad materiam, quam characterum venustatem orbem litterarium ditasse, vt vix de alia, excepta Roma, in adseri queat.*

CXXX. Q. Curtii Rufi Historiae Alexandri M. Regis Macedonum libri IX. Per Vindelinum de Spira. in fol.

Opus hoc splendidissimum, foliis 153 contentum, charactere romano, eoque pereleganti a tabula VII. N. I impressum habetur. Charta est alba admodum, firma, ac laeuigata, in qua typographus amplas reliquit margines. Lineae in quauis pagina 32 numerantur. Signaturae nullae conspiciuntur, nulli custodes, aut paginarum numeri, nullaeque initiales litterae. Libris nulli sunt praefixi tituli, & solummodo vacuo spatio inter se discernuntur. Nullus quoque eorum in capita distinctus habetur. Interpunctionis signa occurrunt punctum, colon, & interrogationis signum.

Incipit opus absque titulo, aut inscriptione his verbis: *Inter hec Alexander ad conducendum ex peloponeso militem Cleandro cum pecunia misso.* Liber primus prima folii 16 pagina, linea 32 terminatur; auersa inchoat secundus: *Darius tanti modo exercitus rex.* Liber quintus folii centesimi prima pagina, linea vndecima desinit; reliquum vero folii vacuum est. Auersa pagina folii 153, linea 19. *Quinti Curcii rufi historiarum Alexandri magni Regis Macedonum liber nonus explicit.* His subiectum legitur:

Loquitur lector ad Vindelinum Spirensem
Artificem qui. Q. C. reddit in lucem.
Vindelinus mee prius hic redditurus in auras
Spiritus: & corpus linquet inane meum.
Quam tua nobilitas virtus atque inclita fama
Pectore labatur candide amice meo.

Haec perantiqua editio, quam Cl. SMITTHIVS in *Catal. libr.* p. 140 principem adpellat, tam ob eius venustatem, quam insignem raritatem merito bibliothecarum cimeliis adnumeratur.

tur. Meminit eiusdem *Io. Alb.* FABRICIVS in *Bibl. lat.* T. I p. 571. BAVR in T. I *supplem.* p. 418. & HARWOOD de *class. auct.* alterius, quae Venetiis 1471 in lucem prodiit, mentionem faciunt, quae a nostra diuersa esse, haud mihi videtur, cum facile fieri poterit, vt CVRTII Historia, & PLVTARCHI *apophtegmata*, ad quorum finem annus 1471 adpressus legitur, sicut in nostro exemplari videndum, in vnum volumen compacta sint; vnde & idem annus ad illam quoque ab iis relatus est.

CXXXI. S. Thomae Aquinatis de veritate catholicae fidei contra errores gentilium Libri IV. Venetiis per Franc. de Hailbrunn, & Nic. de Francofordia, in 4.

Opus hoc in duabus columnis, papyro, albae admodum, ac firmae charactere gothico, nitidoque impressum folia 285 complectitur. Columnae singulae potissimum 42 exhibent lineas. Initiales litteras adpinxit miniator; custodes, signaturae, & paginarum numeri desiderantur. In auersa primi folii pagina *Incipit tabula capitulorum libri contra gentiles beati Thome de Aquino*, quae priora sex folia occupat. Folio septimo *Incipit liber primus de veritate catholice fidei contra errores gentilium. editus a venerabili fratre Thoma de Aquino ordinis fratrum predicatorum doctore egregio Impressus Venetiis per Franciscum de Hailbrunn & Nicolaum de Franckfordia socios. Laus deo.*

Iam superius inter libros Mediolani per *Christoph.* VALDARFER impressos de hoc opere mentionem fecimus, vbi plures eiusdem editiones a Cl. QVETIF recensitas adduximus, inter quas praesens non inuenitur. Nullus quoque aliis Bibliographorum de ea mentionem fecit, ex quo insignis eiusdem raritas elucescit. Intra annos 1470 — 1475 typis fuisse commissum, inde suspicari licet, eoquod Cl. MAITTAIRE T. IV p. 220 tantum vsque ad annum istum hos duos viros typographicam simul exercuisse artem, ostendat.

Libri VLMAE per *Ioannem* ZEYNER de Reutlingen impressi.

Animaduersio praeuia.

Primus Vlmam typographicam inuexit artem Ioannes ZEYNER. *Fuit is Reutlingae imperialis vrbis intra Wittenbergici Ducatus terminos sitae natus*, & Guntheri ZEYNER *celeberrimi illius Augustanae ciuitatis typographi vel frater, vel agnatus, a quo artem illam plane diuinam didicisse videtur, cum tam maiores, quam minores litterae ab* IOANNE *sculptae, uti cuilibet consideranti facile patebit, ad* GVNTHERI *litteras quam proxime accedant. Quonam vero anno Vlmam venerit, artemque illam exercere inceperit* IOANNES, *res adhuc indecisa haeret. Hoc tamen perspectum habetur, ab isto nullum monumentum typographicum loci, anni indicio, suoque nomine instructum ante annum* 1473 *in lucem fuisse emissum. Anno* 1484 *elapso nullum opus ab illo impressum inuenitur. Inter primos numerandus est, qui initialibus litteris ligno incisis vsus est. Praeter* Ioannem ZEYNER *nullus alius innotescit typographus, qui Vlmae ante annum* 1482, *quo* Leonardus HOL *adparet, libros typis euulgauit. Ex hoc coniicere est, omnia opera Vlmae ante annum* 1480 *impressa, ex* Ioannis ZEYNER *officina in lucem prodiisse.*

CXXXII. Ioannis Boccacii de praeclaris mulieribus Liber. Vlmae per Ioan. Zeyner. Theodisc. in fol.

Cl. PANZER praesentem editionem in *Annalibus Litterat. teuton.* nuper editis p. 51 sat prolixe descripsit. Integer liber folia 148 complectitur, & eodem typo, quo ALBERTI *M.* tractatum

tum de Missae mysterio anno 1473 excuderat ZEYNER, & quem tabula VII. N. IV exhibet, impressus extat. Charta est firma quidem, sed minus alba. Litteras initiales florentes ligno incisas ostendit, nullos vero custodes, aut signaturas. Priora viginti folia nullos habent numeros, reliqua autem iisdem sunt adnotata. Superbit quoque haec editio 76 figuris ligno incisis, ac diuersis coloribus depictis. Cl. PANZER animaduertit, in latina huius operis editione 81 earum occurrere. Praemittuntur capitulorum argumenta, quinque foliis contenta.

In fronte operis legitur: *Hie nach volget der kurcz sin von etlichen frowen van denen iohannes boccacius in latin beschriben hat vnd doctor Hainricus stainhöwel getütschet.* Dein folio sexto translatoris dedicatio ita incipit: *Der Durchlaüchtigisten fürsten vnd frowen frow Elienory Herczogin ze Oesterrych &c. syner genedigisten frowen Erbüt sich Hainricus Stainhöwel von Wyl an der wirm, doctor in erczny maister der süben künst, geschworner arczt ze vlm, willig zü allen vndertänigen diensten* &c. ELEONORA, teste PANZERO, erat SIGISMVNDI Austriae Archiducis coniux, ac IACOBI Scotiae Regis filia. Initialis dedicationis littera, Archiducissae, & *Henrici* STAINHOEWELS insignia, floribus vndique exornata, ligno incisa repraesentat. Dedicatio tria implet folia, ad cuius finem legitur: *Geben zü vlm vff den abend der durchleüchtigisten künigin ob allen frowen gesegneten Marie als sie von irem aingebornen sun vss disem iamertal in syn rych der öwigen fröden empfangen ward, nach der geburt des selben sunes im tusend fierhundert dry vnd sibenczigsten iar.* Folio nono ipsum opus sequenti versu inchoat:

Vipera vim perdit. vi pariente puella.
Von Eua Capitulum primum.

Quodlibet capitulum ab vno, aut pluribus versibus initium sumit. Capitulo 96 narrat auctor illam Iohannae Papissae historiam, ab omnibus verae critices, ac veritatis amatoribus non solum Catholicis, sed etiam acatholicis, sc. BLONDELLO, GROTIO, VOSSIO, CAMERO, BORCHORNIO, LINDENBROGIO, CAVEO, GRVTERO, & aliis inter fabulas iam diu reiectam. Vltimum capitulum, ab *Henrico* STEINHOEWEL additum, docet, quaenam distinctionis signa in hoc opere occurraut, quidque significent. Illa vero sunt punctum, colon, & coma. Ad calcem operis legitur:

Geendet säliglich, zü Vlm, von
Iohanne Zainer von Rütlingen.

Haec est prima huius operis in lingua theodisca editio, quae anno 1473 primam adspexit lucem; quod tum ex ipsa dedicatione, tum ex vigesima quarta figura, in qua huius nota adiecta habetur, relucet. Cl. ZAPFIVS alterius editionis, iam anno 1471 in lucem emissae meminit, citans HALLERWODII *Bibliothecam curiosam*, ORLANDVM, & MAITTAIRE. Sed de eiusdem existentia ipsemet cum Cl. CRISMER dubius haeret, & iure merito; cum aliquid, ante quam existat, in luce adparere, omnem possibilitatem superet.

Ioannes BOCCACIVS de Certaldo, natione Italus, patria Florentinus, vir fuit in secularibus litteris omnium sui temporis facile doctissimus & diuinarum scripturarum non ignarus, Poeta, Philosophus, & Astronomus celeberrimus, ingenio subtilis, eloquio disertus. Edidit multa, & praeclara, sed etiam non pauca iocis spurcissimis, ac vanitatibus referta volumina, quibus nomen suum ad posteritatis notitiam duxit. *Robert.* GERIVS in *adpend.* ad CAVE *Hist. script. Eccles.* p. 50. TRITHEM. in *Bibl. Eccles. Fabric.* p. 152.

CXXXIII. S. Thomae Aquinatis Tractatus de periculis contingentibus circa sacramentum Eucharistiae. Eiusdem Epistola de Iudaeis ad Flandriae Comitissam. in fol.

Litteris iisdem, quibus praecedens, & praesentia impressa sunt. Foliis septem constant, nullasque initiales litteras, nullos custodes, aut signaturas, nullosque paginarum numeros

 exhi-

exhibent. In fronte tractatus legitur: *Tractatus de periculis contingentibus circa sacramentum Eucaristie, & de remediis eorundem! ex dictis sancti Thome de Aquino. foeliciter incipit.* Pericula facile contingentia quatuordecim enumerantur. Prima folii quinti pagina, linea 25 *Tractatus de periculis circa sacramentum eucaristie contingentibus foeliciter finit.* Tum immediate *Epistola sancti Thome de iudeis ad peticionem Comitisse Flandrie foeliciter incipit*, quae prima folii septimi pagiua terminatur.

CXXXIV. Aesopi vita, & fabulae latino-germanicae, vnacum fabulis Auiani, Doligami, Aldefonsi, ac Poggii facetiis. Vlmae per Ioan. Zeyner, c. figg. in fol.

Cl. PANZER praesentem editionem in *Annal. Litterat. Germ.* p. 47 breuiori recensuit sermone, quam ad exactam eius notitiam adquirendam sufficit. Itaque cum operae pretium esse arbitarer, eam prolixius adumbrare decreui.

Constat integrum opus foliis 275 impressis, & quidem charactere gothico maiusculo, ac pingui, a tabula VII. N. V exhibito. Caret signaturis, custodibus, ac pagir arum numeris. Litterae initiales occurrunt ligno incisae.

Opus praecedit in pagina separata imago, Aesopum cum aliis diuersis figuris lepidis repraesentans, ligno incisa. In folii primi fronte legitur: *Vita Esopi fabulatoris clarissimi e greco latina per Rimicium facta ad reuerendissimum patrem dominum Anthonium tituli sancti Chrysogoni presbiterum Cardinalem.* Tum immediate *Henrici* STEINHOEWEL, qui idem opus in germanicum transtulit linguam, sequitur praefatio, cuius sequens est tenor:

Das Leben des hochberümten fabeldichters Esopi, vss kriechischer zungen! in latin, durch Rimicium gemachet! an den hochwirdigen vatter, herren anthonium des titels sancti Chrysogoni priestern Cardinaln, vnd fürbas das selb leben Esopi mit synen fabeln! die etwan romulus von athenis synem sun Thiberino vss kriechischer zungen in latin gebracht! hatt gesendet, vnd mer etlich der fabel Auiani, auch Doligami, Aldefonsy vnd schimpfreden poggy vnd anderer, ietlicher mitt ierem titel ob verzaichnet! vss latin; von doctore hainrico stainhöwel schlecht vnd verstentlich getütschet nit wort vss wort, sunder sin vss sin; vnd merer lütrung wegen dess textes oft mit wenig zü gelegten oder abgebrochnen worten gezogen, ze lob vnd ere dem durchläuchtigisten fürsten vnd herren herren Sigmunden herczogen zü Oesterrich! &c.

Loquitur deinde de fabularum vtilitate, & quanam ratione ista hauriri possit. Auersa primi folii pagina linea 12 agit de fabularum natura, diuersisque earum generibus. Folii secundi auersa, linea 25 incipit, sed sine titulo, AESOPI vita latino descripta sermone, quam auersa folii 25 pagina, linea vndecima eiusdem translatio excipit, figuris AESOPI vitam exhibentibus exornata. Terminatur auersa folii 59 pagina. Folio sexagesimo incipit *Registrum fabularum Esopi, in librum primum.* Reliquis quoque libris capitulorum argumenta praemissa sunt. Auersa eiusdem folii pagina *Incipit prefatio*, & quidem triplex, latina scilicet, germanica, & metrica. Prima folii 61 pagina, linea 24 *Incipit fabularum liber primus. Fabula prima de gallo & margarita.* Quaelibet fabula in tribus prioribus libris triplici modo sese repraesentat, latino soluto scilicet, germanico, & latino ligato sermone descripta. Fabulae vero libri quarti, ac extrauagantes soluto tantummodo sermone latine, & theodisce sunt conceptae. Latinam inter, & germanicam potissimum se sistit figura, fabulae cuilibet adcommodata.

Prima folii 144 pagina quartus absoluitur liber, ad cuius finem legitur: *Finis quarti libri esopi viri ingeniosi! nec plures eius libri inueniuntur. multe tamen eius fabule reperte sunt quarum plurime sequuntur, vt in processu videbitur.* Auersa eiusdem *Extrauagantes Esopi antique sequntur.* Prima folii 184 pagina ad finem haec habentur: *Finite sunt extrauagantes antique. ascripte esopo.*

esopo. nescio si vere vel ficte. Auersa eiusdem folii, linea vndeuigesima *Sequuntur alique esopi fabule noue translationis remicy*, quae prima folii 199 pagina terminantur hac notitia subnexa: *Finis fabularum Esopi a rimitio noue translationis fabularum esopi grecarum auctore extracte! Que a romulo in suis quatuor libris non continentur.* Dein sequitur *Registrum eorundem.* Auersa pagina *Auiani fabule sequntur*, quae latine ligato, theodisce vero soluto sermone impressae habentur. Istas folio 224 excipiunt collectae ex ALDEFONSO, & POGGIO. Auersa folii 268 pagina adiecta est fabula *De vulpe, gallo & canibus Et pertinet ad finem quarti libri Esopi.* Folio 270 legitur: *Die gemainen puncten der materi diss büchlins.* Ad calcem vero operis: *Geendet säliglich von Iohanne Zeiner zü vlm.*

Editio haec peruetusta, ac rarissima, de qua Bibliographi hucusque parum notitiae habuere, principem locum sibi vendicat; vnde Cl. FREYTAG T. I. *Aparat.* p. 71 illam Augustanam anno 1487 in lucem emissam, erronee primam adpellauit.

AESOPVS, cuius existentiam quidam eruditorum in dubium vocauere, Armorii in Phrygia natus, a DEMARCHO opulento Atheniensi mancipium venditus, Athenis studio morali, & graecae linguae nauauit operam. Duobus deinceps Philosophis XANTHONI, & IADMONI, qui illum libertate donauit, in insula Samo famulatum praestitit, quod tempore CROESI Regis circa 52 olympiaden factum videtur. A Delphis incolis, quorum pessimos mores in suis fabulis liberiori redarguebat stilo, circa 54 olympiaden e rupe praecipitatus periisse dicitur. Fabulas eruditi viri solummodo quoad inuentionem illi attribuendas esse putant. Conf. FABRICII *Bibl. graec.* BAYLE *Dictionaire.*

Ille, qui in praefatione RIMITIVS adpellatur, RYNVCIVS Thessalus est, qui seculo XV florens vitam, & fabulas AESOPI latine reddidit

Fabulae, Auiano, in aliis editionibus Titinis, *Rufo Festo* AVIENE Poetae seculi IV haud incelebri adscriptae, versibus elegiacis sunt conscriptae. ALDEFONSVM, quem LEYSERVS in *Hist. poet. & poem.* medii aeui ADOLPHVM nominat, initio seculi XIV claruisse, ex versibus quinque postremis apud LEYSERVM I. c. p. 2036 patet. Eae, quae POGGIO Florentino, qui seculo XV claruit, ac diuersis scriptis inter eruditos celebris, tribuuntur narrationes, ex eius facetiis desumtae sunt. Ab *Henrico* STEINHOEWEL ea omnia in germanicam fuisse translata linguam, in praefatione vidimus.

CXXXV. Ioannis Nider Ord. Praedic. aurei sermones totius anni de tempore, & sanctis, vnacum quadragesimali, pluribusque extrauagantibus. Vlmae per Ioan. Zeyner. in fol.

In fronte operis litteris maioribus impressum legitur: *Tabula super sermones de tempore magistri Iohannis nider ordinis predicatorum.* Tabulam folio octauo excipit singulorum sermonum index. Prima noni folii pagina vacua est; auersam vero duo occupant prologi, quorum primus maioribus, secundus minoribus litteris quas tabula VII. N VI ostendit, expressus est. Folio decimo incipit sermo primus, habitus prima Dominica Aduentus. Sermonum istorum finis prima folii 180 pagina, linea 31 habetur. Auersa vacua est. Folio 181 *Incipit Quadragesimale Reuerendi magistri Iohannis nyder comprehendens quolibet die duos sermones. vnum de Epistola. & alium de euangelio* &c. Finitur quadragesimale auersa folii 216 pagina. Folio sequenti inchoat tabula super sermones de sanctis, ac singulorum ordine sermonum index, quinque foliis constans. Folio 222 *Incipiunt sermones de sanctis* &c. Ad calcem haec leguntur: *Expliciunt aurei sermones totius anni de tempore & de sanctis cum quadragesimali pluribusque extrauagantibus sermonibus sacre pagine eximii professoris Magistri Iohannis Nider ordinis predicatorum Impressi per Iohannem Zainer in opido Vlm.*

Integrum hoc opus folia 316 complectitur. Signaturae, custodes & paginarum numeri desiderantur. Initiales litteras ligno incisas ipse typographus adiecit. In margine superiori litteris maioribus sermones sunt indicati. Charta est quidem firma admodum, sed minus alba, & polita. Lineae potissimum in quauis pagina 41 numerantur.

Cl. QVETIF. T. I *script. Ord. Praedic.* meminit editionis sine loci, anni, & typothetae indicio; & alterius an. 1500. Parisiis typis euulgatae: praesentem vero ignorabat. Eadem quoque BAVR fugiebat, qui T. III. *Bibl. vniuers.* editionem anno 1479. Spirae factam, & Parisinam recenset.

CXXXVI. Compendium theologicae veritatis cum Bernoldi Monachi Caesarensis Ord. Cisterc. thematibus. Vlmae per Ioan. Zainer. in fol.

BERNOLDI themata foliis 31 comprehensa operi sunt praemissa. Incipiunt sine titulo, aut inscriptione, ab editoris praefatione, in qua disserit, non sufficere sibi, nisi sequentem tractatulum fratris BERNOLDI adiungeret. Haec decem lineis absoluitur. Tum immediate BERNOLDI incipit prologus, in quo nos docet, *sequentia themata ad laudem dei, & aedificationem plurium, qui librorum praedicabilium seu sermoniariorum copiam non haberent, cooperante domino*, anno domini 1310 compilasse. Ad thematum finem solummodo legitur: *Laus deo.*

Compendium vnacum indice folia 159 complectitur. Primam folii primi paginam occupat auctoris prologus, auersa *Incipiunt tituli capitulorum primi libri*, qui & reliquis sex libris sunt praefixi. Liber primus agit de *natura deitatis.* Terminatur liber septimus, & vltimus prima folii 146 pagina, linea 25, cui maioribus litteris subnexum legitur: *Sit laus Deo.* Auersa eiusdem folii vacua est. Folio sequenti *Theologie veritatis compendium. alphabetico ordine registratum ac in regali opido vlma per Iohannem Zainer impressum feliciter incipit.* Haec verba iterum maioribus litteris impressa habentur. Ad calcem operis nil aliud legitur, quam *Finis registri.*

Litterae, quibus impressum est hoc opus, sunt prorsus eaedem, quibus praecedens excusum habetur. Litterae initiales minio depictae conspiciuntur; nullae autem signaturae, aut custodes, vel paginarum numeri. Singulae paginae integrae, ac nullo capituli titulo interruptae quadraginta exhibent lineas. Interpunctionis signa praeter punctum occurrunt etiam duo puncta. In superiori margine quemuis librum maioribus litteris adnotauit typographus. Quis huius compendii sit auctor, exploratum non habeo.

CXXXVII. Vlrici, dicti *Vlmer in Vlma*, Fraternitas Cleri, seu Regulae conuersationis, & morum pro clericis. in fol.

Constat hoc opus foliis 87 impressis, & quidem charactere, quo immediate praecedens. Quaeuis pagina integra quadraginta complectitur lineas. Distinctionis signa obseruantur punctum, & colon. Litterae initiales a miniculatore sunt adpictae. Signaturae, custodes, & paginarum numeri desunt. Capitulorum tituli maioribus litteris sunt expressi.

Auersam primi folii paginam — Prima vacua est — occupat *Registrum in Fraternitatem cleri.* In secundi folii fronte legitur: *In primis deo gratias agemus: sicut sui ordinis celsitudo & beneficii ipsius multitudo meretur: cuius misericordie super omnes prophetas eius existunt: qui nos vincere fecit in domino nostro Ihesu xpo nazareno crucifixo: cuius hoc suauissimum nomen optatam salutem presignat. Fraternitas cleri cum quibusdam documentis eius incipit feliciter.* Sequitur prologus ad cuius finem haec habentur: *Ad quem autem hec illa potius qualiacunque sint scribam*

quam

quam ad te mi frater iohannes bona gratia qua me ſemper vnice amas: non omnino iniuria ſi pro te fratribuſque tuis parce laboro. Quapropter cum vniuerſus hic ſermo non ad oſtentandum ingenium: neque ad gloriam comparandam a me inſtitutus ſit. ſed vt honeſtiſſime voluntati tue obtemperem: ſi quod in me doctrine eſt id libenter effundam. interroga interpella obiice confuta pro arbitrio tuo. Hac enim via id quod querimus verum dilucidius apparebit. Terminatur prologus auerſa folii ſecundi pagina, linea 31. Ad calcem operis ſequentia maioribus litteris impreſſa habentur: *Fraternitas cleri per doctorem Vlricum edita: qui vulgo Vlmer in Vlma vocatur finit feliciter.*

De auctore, ac de eiusdem opere nullibi quamdam inuenire potui notitiam. Vlmenſem fuiſſe, ac doctorem, finalis ſubſcriptio nos docet.

CXXXVIII. Alberti Magni Ratisbon. Epiſcopi liber de Abundantia exemplorum. in fol.

Septem partibus hoc opus, ac foliis 66 conſtat, eodem charactere, quo praecedens, impreſſum. Auerſa primi folii pagina *Incipit Regiſtrum iſtius libri.* Folio ſecundo *Incipit liber de abundantia exemplorum magiſtri Alberti magni Ratiſpa. epiſcopi ad omnem materiam.* Haec, & ſuperiora maioribus litteris ſunt expreſſa, vti & omnia capitulorum argumenta. Prima folii tertii pagina, prologo finito, linea 21 *Incipit de timore* capitulum primum. Prima folii 66 pagina *Finit liber de abundantia exemplorum magiſtri Alberti magni Ratiſpa. epiſcopi ad omnem materiam.*

Deſunt litterae initiales, ſignaturae, cuſtodes, paginarumque numeri. Interpunctionis ſigna occurrunt punctum, & colon.

Cl. FREYTAG huius editionis T. I. *Adpar.* p. 567 mentionem faciens, rariſſimis adnumerat. Falſo opus iſtud ALBERTO *M.* adſcribitur, dum nec QVETIF, nec alius opera Doctoris huius memorans, de eo mentionem infert. Inſuper exempla, quae partim e profana, partim ex eccleſiaſtica hiſtoria deſumta, multa abſona, ac putida figmenta immixta habent, quae certe tanto Viro erudito adſcribere, non leuis iniuria eſſet.

CXXXIX. Nicolai de Dinckelſpiel Concordantia in paſſionem dominicam. in fol.

Nicolus de DINCKELSPIEL, natione Germanus, patria Sueuus, Gymnaſii Viennenſis Rector, qui anno 1420 claruit, multa ingenii ſui monumenta poſteritati reliquit, inter quae & praeſens venit concordantia, in cuius fronte maiori typo impreſſum legitur: *Incipit concordancia in paſſionem dominicam. ab egregio quondam viro magiſtro Nicolao Dinckelſpichel collecta.* Litterae initiales nullae adparent, nulli cuſtodes, aut ſignaturae, nullique paginarum numeri. Eodem charactere, quo praecedentia, haec Concordantia impreſſa eſt, foliiſque 36 continetur. Singulae paginae maxima ex parte 41 lineas complectuntur. Terminatur prima vltimi folii pagina, linea 38, cuius vltima verba ſunt: *Deo gracias.*

CXL. Alberti Magni, Liber de ſecretis mulierum cum commentariis. in 4.

Incipit opus ſine titulo, aut inſcriptione ſequentibus prologi verbis: *Scribit philoſophus philoſophorum princeps ſummus 4 Ethicorum.* Prologum ſecundo folio excipit epiſtola auctoris ad quemdam amicum, cuius hortatu praeſens opuſculum ſcripſit, quae tali modo inchoat: *Dilecto ſibi in xpo ſocio & amico N. clerico de tali loco vere ſapientie & augmentum continuum vite preſentis.* Primum capitulum incipit auerſa tertii folii pagina ſine omni titulo, aut capituli indicio, quod etiam per integrum opus obſeruatur. Textus charactere maiuſculo, expoſitio vero minuſculo, quo praecedentia, impreſſa eſt. Deſunt litterae initiales, ſignaturae, cuſtodes,

des, & paginarum numeri. Integrum opus folia 83 complectitur, cui auersa vltimi folii pagina epilogus auctoris maioribus litteris impressus finem imponit.

Hoc opus sane B. ALBERTO suppositum ex eo euincitur, quod ipse vt testis pluries adducatur. E. g. c. 6 legitur: *quatuor sunt lune secundum Albertum in tractatu de statu solis & lune.* C. 15 *huius rationem dicit Albertus* C. 18 *quia sicut recitat Albertus* &c. Quae certo auctorem libelli alium probant. Quod autem seipsum citare voluerit, de ALBERTO nemo cordatus credet, quem vbique mira ingenuitate scripsisse, vt & semper egisse, obuium est. SIMLERVS auctorem huius opusculi *Henricum* de SAXONIA seculo XIII clarum, sub cuius nomine idem anno 1498 typis Augustae prodibat, adserit. Ferunt, istum fuisse ALBERTI discipulum, & quia magistri operibus in quibusdam vsus, hinc discipuli lucubrationem magistro adscribendi ansam arripuerunt. QVETIF T. I. *Script. Ord. Praedic.* p. 180.

CXLI. Ioannis de Francofordia Ord. Praedic. Sermones de tempore. Vlmae sine anni, & typographi indicio. in fol.

In operis fronte legitur: *Sermones perbreues sed multum notabiles & formales de tempore eximii theologie doctoris Ioannis de Franckford heretice brauitatis exquisitoris consilii basiliensis. Et primo de dominica prima aduentus domini. Et sic consequenter per totum annum Incipiunt feliciter.* Auersa folii 80 pagina terminatur pars hyemalis, & *Sequitur de parte estiuali*, cuius primus sermo sequenti folio de Dominica prima post Pentecosten incipit. Finiuntur prima folii 144 pagina, linea 29 cui subiectum habetur: *Sermonum dominicalium Egregii sacre theologie doctoris Iohannis de franckfordia finis vlme.*

Character, quo impressi sunt sermones isti, est gothicus maiusculus, ac satis pinguis, quem tabula VII. N.VII repraesentat. Litteras initiales maiusculas vsque ad folium 59, ab hoc vsque ad finem minusculas adiecit typographus. Custodes, signaturae, & paginarum numeri desiderantur. Interpunctionis signa obseruaui punctum, & semicolon. Charta est firmissima, sed minus alba, ac polita. Vlmae typis euulgatos fuisse istos sermones, ex subscriptione discimus; quonam vero anno, non adparet; haud dubito, quin intra annos 1470 — 1480 in lucem prodierint, & quidem, ex *Ioan.* ZEYNER officina; inde cum Cl. SEEMILLER suspicor, quod, vti in animaduersione praeuia iam ostendi, nullus typographus praeter illum innotescat, qui ante annum 1482 Vlmae typographicam exercuerit artem.

Ioannes de FRANCOFORDIA a patria sic nuncupatus, ordinis Praedicatorum Monachus, theologiae doctor, vir in S. Scripturis peritus in concilio Constantiensi claruit anno 144[illegible], & aduersus HIERONYMVM *Pragensem* verbo, & scripto decertauit. QVETIF T. I. *Script. Praedic.* p. 795.

LIBRIS, qui sequuntur, dum in eorum characterum notitiam, insuper habita omni indagatione, peruenire non potui, suos adsignare typographos tamdiu differam, donec vel a Bibliothecarum Praefectis, vel propria vlteriori perquisitione proxime instituenda edoctus fuero, quinam isti viri sint, qui his characteribus ad libros illos excudendos vsi fuere. Interim tamen coniecturas probabiles aut impressionis locum, aut ipsum typographum determinandi in medium proferam.

CXLII. Guillelmi Postilla in Euangelia, & Epistolas de tempore, & Sanctis. in fol.

In prima folii primi pagina legitur auctoris praefatio, quae sine titulo, aut inscriptione sequentibus verbis incipit: *Vitam bonam & exitum beatum Ego frater Guillermus sacre theologie professor minimus parisius educatus* &c. In hac adfirmat, se expositionem Euangeliorum, & Epi-

Epistolarum pro minus expertis clericis, ac incipientibus verbi diuini praedicatoribus ex diuersis auctoribus, quos omnes commemorat, congessisse. Auersa eiusdem folii pagina habentur abbreuiationes in opere occurrentes, hisque subiectum legitur: *Epistolarum & Euangeliorum de tempore & de sanctis liber incipit.* Folio secundo primus inchoat sermo absque titulo in illa verba S. PAVLI ad Rom. c. XIII. *Fratres scientes quia hora est iam nos de somno surgere.* Opus in duas diuisum est partes; prima Epistolarum, secunda Euangeliorum expositiones comprehendit. Prima pars terminatur auersa folii centesimi pagina, linea sexta, cui subnexus est S. PAVLI epistolarum index. Folio 101 *Incipit postilla super euangelia dominicalia secundum sensum litteralem Iuxta concordancias euangelistarum.* Auersa folii 261 pagina, linea 15 *Explicit postilla super euangelia dominicalia & super euangelia de sanctis secundum sensum litteralem collecta Anno domini M CCCC XXXVII ex postillis & ex sermonibus illorum sacre pagine doctorum* &c. Folio sequenti inuenitur *Modus legendi nomina doctorum abreuiata in isto libro,* in duodecim lineas inclusus.

Constat hoc opus foliis 262. Character, quo impressum, est gothicus maiusculus, pinguis, rudis, ac inaequalis, tabula VIII. N. I repraesentatus. Charta est firmissima, sed minus alba, & polita. Lineae in quauis pagina 30, aut 31 numerantur. Interpunctionis signum solum conspicitur punctum, nullae vero initiales litterae, aut signaturae, vel custodes, nullique paginarum numeri.

De impressionis loco, ac de typographo quid dicam, omnino incertus haereo, dum nec ego, nec amici mei doctissimi opus quoddam eodem typo impressum adspicere potuimus, in quo tam loci, quam typothetae indicium reperire fuisset. Si fides SCHOEPFLINIO adhibenda, Argentinae primis typographiae annis excusum fuisse dicendum esset, cum praesentis operis characteres iidem plane sunt, quibus *Liber de miseria humanae conditionis Lotharii Diaconi Cardinalis SS. Sergii & Bachi* a SCHOEPLINIO in *Vindic. typogr.* adductus, & ad annum 1448 relatus, impressus est.

Annus, quo in lucem prodiit, 1474 esse mihi videtur. In Postilla enim in Euangelium de communi virginum: *Simile est regnum coelorum decem virginibus* prima folii 258 pagina a linea quarta vsque ad sextam legitur: *Mora ista est decursus temporis ab ascensione xpi ad diem iudicii quod vocatur mora propter longitudinem Iam enim durauit M. CCCC. LXXIIII annos.* Hic sane numerus, — vt cum Cl. SEEMILLER Fasc. I p. 171 animaduertendum, — nequit annum designare a Christi Ascensione millesimum quadringentesimum quartum, qui esset post Christum natum circiter 1507. Designat igitur annum a Christi natiuitate currentem. Porro haec anni designatio non est ab operis compilatore facta, vtpote qui compilationem suam in operis epilogo anno 1437 factam testatur. Igitur annum impressionis designare, credendum est, maxime cum & in aliis editionibus hic editionis annus inuenitur mutatus. Sic, teste QVETIF T. I *script. Ord. Praedic.* p. 868 editio huius operis, cuius meminit, pro *durauit annos M CCCC LXXIIII* habet: *durauit annos M CCCC LXXXV.* In editione Ingolstadiensi, teste Cl. SEEMILLER l. cit. legitur: *durauit M CCCC LXXVI.* In editione Basiliensi anno 1507 facta, cuius mentionem facit Cl. GEMEINER, habetur: *durauit annos* 1507.

Auctor huius operis est GVILLELMVS Parisiensis, diuersus a GVILLELMO Parisiensi Episcopo, qui iam anno 1249 supremum diem obiit. Ordinis Praedicatorum fuisse alumnum patet ex *Postilla super Euangelium Dominicae XV post octauas Pentecostes*, vbi prima folii 200 pagina, linea 21 sic legitur: *Similiter sanctus Dominicus pater noster qui a pueritia sua Domino nostro seruire studuit.* &c. Claruit circa medium seculi XV. Conf. QVETIF l. cit.

CXLIII.

CXLIII. Vocabularium latino - germanicum. in fol.

Integrum hoc opus foliis 290 conflat; impreffum eft charactere gothico maiufculo, pingui, ac inaequali, qui tabula VIII. N. II videndus erit. Charta eft firma quidem fed minus alba, & polita. Litterae initiales nullae occurrunt, nulli cuftodes, aut fignaturae, vel paginarum numeri. Interpunctionis fignum in praefatione nullum, in opere vero folum punctum obferuatur. Abbreuiaturae funt valde frequentes. Littera Iod puncti loco lineolam fibi habet impofitam.

Incipit vocabularium iftud fine titulo ab auctoris praefatione, cuius initium ita fonat: *Scripturarum fidelibus falutem veritatis teftimonio adminiftrantium intellectus ex vocabulorum notitia dependet.* Praefatio linea 26 primae paginae terminatur, & immediate fequitur littera A, quam prima folii 34 pagina, linea 25 Littera B excipit. Definit opus auerfa folii 290 pagina, linea 24, cuius verba funt: *enim ortus eft talis vir & viret. 1. princeps ibi extitit.*

Iam fuperius numero CVIII aliam huius operis editionem defcriptam habemus, quae praefente longe pofterior videtur. Praefens eft peruetufta, ac perrara, de qua Bibliographi altum tenent filentium.

CXLIV. Iacobi Monachi Carthufiani Sermones Dominicales per totum annum. in fol.

Typus huius operis eft prorfus idem, quo immediate praecedens impreffum eft. Foliis 223 contentum, caret initialibus litteris, fignaturis, cuftodibus, & paginarum numeris. Charta eft firma admodum, fed minus alba, & polita. Pagina quaeuis 31 exhibet lineas. Interpunctionis fignum folum punctum, & hoc infrequenter admodum, occurrit.

In prima folii primi pagina tituli loco legitur: *Sermones Dominicales Notabiles & formales per anni circulum Compilati per Eximium facre Theologie profefforem Dominum Iacobum domus Carthufien. extra muros Erfordien. vicarium Auctorifati a domino Nicolao Papa Quinto Feliciter incipiunt.* Haec verba excipit prologus, qui auerfa eiusdem folii, linea 17 terminatur. In eadem linea legitur: *Dominica prima aduentus domini.* Sermonis huius finis habetur auerfa folii quinti pagina, linea 27, in qua adhuc fequentia leguntur impreffa: *Dominica fecunda aduentus.* Terminatur opus prima folii 223 pagina, linea 31, cuius verba fic fonant: *operante cui fit laus & gloria AMEN.*

De praefenti editione extat exemplar in Bibliotheca Can. Reg. Rottenbuchii, ad cuius calcem manus cooeua annum 1476 adfcripfit. Saltem igitur hoc anno in lucem prodiiffe, haud dubitandum eft, maxime, cum & omnes antiquitatis notae huic tempori correfpondent.

Auctorem huius operis TRITHEMIUS *Iacobum* IUNTERBUCK adpellat, qui natione teutonicus, ordinis Carthufienfis vicarius domus montis fancti Saluatoris prope Erfordiam, vir erat in diuinis fcripturis ftudiofus, & eruditus, ingenio clarus, fermone apertus, dubiorum cautus interpres, vita quoque, & conuerfatione deuotus, multis ingenii fui monumentis celebris. Claruit circa medium feculi XV. Ex vltimo fermone difcimus, eum fermones praefentes, antequam Carthufianum profiteretur ordinem, in alma vniuerfitate Cracouienfi, cuius tunc membrum erat, viua voce in lingua vulgari coram populo e fuggeftu dixiffe. Ad finem eiusdem legitur: *Offero igitur hec prefcripta cuilibet predicatori intento & attento auditori vt particeps effe poffim fructibus eorum & licet pro nunc facre & celeberrime religioni Carthufienfi vinculo aftrictus fum vbi mihi non poteft patere egreffus ad vrbes & ad populi multitudinem vt & per me verbum dei populo pronunciare poffem ymo predicandi plangendi continui officium. dedi tamen per premiffa operam vt flatum & ventum in organis aliorum fubminiftrarem & alter claues tangat & fiftule*

fistule dulciter vt spero resonabunt deo & me cooperante cui sit laus & gloria AMEN. Ex his patet, eum sermones istos primum post Carthusiensis ordinis ingressum in latinum translatos, in lucem emisisse.

CXLV. *Tractatus peroptimus de animabus exutis a corporibus editus a fratre Iacobo doct. ordinis Carthusien. Erfordiae.* in fol.

Haec verbotenus leguntur in primae paginae fronte, quae immediate prologus sequitur, auersa folii primi pagina, linea decima desinens. Tractatus iste eodem typo, quo praecedens, impressus viginti folia complectitur. Desunt initiales litterae, custodes, signaturae, & paginarum numeri. Lineae in quauis pagina 32 numerantur. Distinctionis signum praeter punctum nullum aliud occurrit, & hoc rarissime. Capitulis nullus praefixus est titulus. Opus finitur prima folii 20 pagina linea 23, cui haec notatu digna sunt subiecta: *Hec rudi stilo quantum valui non quantum volui scripta certa caritate & qua estimaui veritate omnibus beniuolis clarioribus rectoribus humiliter offero emendanda & limanda cedere paratus lucidiori veritati cui non prescripsi narrans in hys plures reuelationes per me lectas pie credens eorum scriptores non fuisse mentitos Quibus similes ymo maiores Beatus gregorius papa non timuit ad edificationem hominum in suo dyalogo enarrare veniam petens de prolixitate aut superfluitate. caritate ad hoc instigante pro quo deus sit benedictus AMEN.*

Extat huius editionis exemplar in Bibl. Ratisbon. quod Cl. GEMEINER in Eiusdem librorum rariorum notitia N. 42 recenset, & iam ante annum 1475 in lucem prodiisse putat. ENGEL in *Catal. Spicil.* p 48 dicit: „ Librum hunc sub ipsa typographiae primordia excusum „ fuisse, declarat characterum ruditas, cum aliis notis diagnosticis.

CXLVI. B. Eusebii ad Damasum Portuensem Episcopum, & Theodomum Senatorem Romanum de morte S. Hieronymi Epistola. II. S. Augustini de eiusdem vita, obitu, & miraculis ad Cyrillum Hierosolymitanum epistola. III. S. Cyrilli ad Augustinum de eiusdem Sancti, & Eusebii morte epistola. in fol.

Epistolae istae, foliis 65 contentae, iisdem litteris, quibus praecedentia, sunt impressae. Desunt initiales litterae, signaturae, custodes, & paginarum numeri. Paginae singulae integrae 31 exhibent lineas.

In prima pagina legitur: *Incipit epistola beati Euseby ad damasium portunensem & ad Theodomum senatorem romanum de morte gloriosi hieronimi doctoris eximii.* Epistola deinde sic inchoat: *Patri reuerendissimo portunensi episcopo & xpianissimo Theodonio & romano senatori. Eusebius olim hieronimi sanctissimi discipulus.* Huic prima folii 31 pagina, linea quarta finis imponitur. Linea quinta *Incipit epistola beati augustini episcopi ad cirillum venerabilem archiepiscopum hierosolimitanum de vita obitu & miraculis beatissimi hieronimi presbiteri & doctoris eximy.* Prima folii 37 pagina, linea decima *Incipit epistola Cirilli archiepiscopi ad beatum Augustinum episcopum de miraculis gloriosi hieronimi necnon de morte beati Eusebý discipuli sancti hieronimi.* Haec auersa folii 65 pagina, linea 29 finitur, vltima cuius verba: *esto AMEN.*

Epistolas istas, quae inter *S.* HIERONYMI opera reperiuntur, falso omnino EVSEBIO, AVGVSTINO, & CYRILLO adscribi, firmis argumentis demonstrat OVDINVS T. II. *Comment. de script. Eccles. in dissert. de* DAMASO *Portuen.* c. 7 col. 387, & 88. Ex stili aequalitate concludit, ipsum Damasum, qui opuscula sua alienis, & absurdis inscriptionibus occultare solitus, istarum fuisse compilatorem.

CXLVII. Sermones de Sanctis. in fol. mag.

Integrum hoc opus foliis 246 constat. Impressum est in duabus columnis, quarum quaeuis lineas 57 complectitur, papyro albae, firmae; sed minus politae, charactere gothico fatis pingui, & magis rotundo, quem tabula VIII. N. III exhibet. Chartarii signa occurrrunt littera D, quam stilus secat ex vna parte in annulum, ex altera in crucem desinens, & corona, sed minus frequenter. Litteras initiales maiores ligno incisas potissimum adiecit typographus. Custodes, signaturae, & paginarum numeri desiderantur.

Prima columna incipit *Registrum sermonum operis Dan de sanctis;* definit tertia folii secundi columna, linea 23, cui subiectum legitur: *Incipit tabula libri*, id est, alphabeticus materiarum index quinque foliis contentus, cuius initium folio tertio habetur. Folio octauo *Incipit opus de sanctis.* Praemissa est sermonibus breuis auctoris praefatio, quam columna secunda primus sermo de *S.* ANDREA Apostolo excipit. Tertia folii 124 columna linea 41 secundus subsermo de *S.* AVGVSTINO abruptus est, his verbis typo adpressis: *Hic Nullus. est defectus.* Folio sequenti continuatur sermo verbis cum priori textu cohaerentibus: *Sic iste mentes licet circa carnem versentur.* Terminatur opus quarta folii vltimi pagina, linea 57 sine omni finali subscriptione.

Sermones istos Cl. OSSINGER in *Bibl. August.* p. 801 attribuit IORDANO a *Saxonia*, qui natione Germanus, patria Saxo, ord. Eremit. *S.* AVGVSTINI Alumnus seculo XIV floruit. Vir erat tam doctrina, quam pietate celebris, multa vtriusque monumenta posteris relinquens. Manifestat se quoque auctor mox in ipsius praefationis initialibus verbis: *Dan catulus leonis fluit largiter de Basan. Deut. XXXI. Transfundato fonte* IOR. *qui diuina largitate in opere sermonum de tempore aquas salutares profluenter effudit. Accedamus ad alterum fontem* DAN. *qui & ipse donante domino largiter in opere de sanctis quod pre manibus habemus vt sicut duo fontes simul iuncti* IORDANIS *nomen efficiant.*

Cl. OSSINGER, licet multos Bibliographorum citet, nullius tamen alterius editionis notitiam sibi adquirere potuit, quam illius, quae Argentinae 1484 in lucem prodiit; ex quo summa huius raritas elucescit.

CXLVIII. *Tractatus sollempnis multum predicabilis In quo materia de quolibet sancto ex figura natura & exemplo elegantissime probatur Incipit.* in fol.

Haec tituli loco in fronte primae columnae — In duas enim quaelibet distincta est pagina — impressa habentur. Vndecim foliis totus absoluitur tractatus, charactere gothico maiusculo plane ignoto impressus. Litteras initiales partim omisit typographus, partim paruas adiecit. Signaturae, custodes, & paginarum numeri desunt. Interpunctionis signum solum obseruatur punctum. Columna quaelibet 42 comprehendit lineas. Primum locum obtinet *S.* ANDREAS *Apostolus;* vltimo vero agitur de *Dedicatione Ecclesiae.* Terminatur tractatus iste secunda folii vndecimi columna, linea 40, cui subiectum legitur: *Sit laus deo.*

CXLIX. Biblia cum glossa ordinaria, & interlineari. Tom. IV. in fol. Reg.

Tomus primus foliis 253 constans, a libro *Genesis* vsque ad librum *Ruth* progreditur. Incipit sine titulo ab epistola *S.* HIERONYMI ad PAVLINVM, in cuius fronte legitur: *Epistola beati Hieronimi presbiteri ad Paulinum presbiterum de omnibus diuine historie libris incipit.* Finitur quarta folii secundi columna, linea 49, cui subnexum habetur: *Epistola sancti Hieronimi presbiteri ad Paulinum presbiterum explicit.* Folio sequentis prima columna epistolam excipit eiusdem

eiusdem sancti prologus, qui secunda columna, linea 26 absoluitur. Tertia columna *Glossa ordinaria incipit.* Finis libro *Ruth* quarta folii vltimi columna impositus conspicitur.

Tomus secundus folia 3 . 6 complectitur, & a *libro I. Regum* vsque ad *Psalterium* se extendit. In margine superiori primae paginae capitalibus litteris impressum legitur: *Prologus galeatus hieronymi. in. Li. regum.* Folio secundo incipit liber primus *Regum.* Liber *Esther* finitur tertia folii 186 columna, linea 49, cui additum est;

Explicit liber Hester.

Reliquum paginae vacuum est. Prima folii 187 columna *Incipit prologus beati hieronimi in librum Iob.* Ad calcem Psalterii legitur: *Liber hymnorum siue soliloquiorum dauid finit.*

Tertius tomus Libros Salomonis & reliquos veteris testamenti continet, foliisque 340 constat. In fronte primae columnae habetur impressum: *Epistola sancti Hieronimi presbiteri ad Chromatium & Heliodorum episcopos: de libris Salomonis.* Liber *Baruch* secunda folii 182 columna, linea 26 absoluitur; reliquum folii vacuum est. Folio sequenti *Incipit prologus in Ezechielem prophetam.* Liber secundus *Machabaeorum* secunda folii 340 columna terminatur.

Tomus quartus nouum testamentum in foliis 286 complectitur. In superiori paginae primae margine capitalibus litteris expressum habetur: *Prologi in Euangelistas*; in fronte vero primae columnae: *Incipit epistola beati Hieronimi ad Damasum papam in quatuor euangelistas.* Secunda folii secundi columna incipit *S.* MATTHAEI *Euangelium.* Epistola ad *Hebraeos* terminatur in primae paginae medio folii 225; reliquum eiusdem vacuum adparet. Folio sequenti incipiunt *Acta Apostolorum. Apocalypsis* quarta folii 287 columna absque omni finali subscriptione desinit.

Opus istud charactere gothico maiusculo, & minusculo impressum est, textus quidem primo, altero vero glossa. Charta est alba, ac ita firma, vt pergameno proxime accedat. Littera initialis reperitur nulla a typographo adiecta, sed omnes sunt aut rubro, aut caeruleo colore depictae, interdum quoque floribus diuersis exornatae. Custodes, & paginarum numeri desiderantur, non item signaturae. In superiori margine litteris capitalibus quiuis liber, numerus vero tam librorum, quam capitum cifro romano est indicatus.

A quonam typographorum, & quo in loco fuerit impressum opus tam excellens, nullus Bibliographorum hucusque determinare est ausus, neque ego hariolari volo. Quod autem ad annum, quo in lucem prodiit, attinet, sententiam clarissimorum virorum FREYTAG, & ZAPF sequar. Primus I. *Adpar.* p. 139 omnium primam, & rarissimam editionem Bibliorum adpellat, quae cum glossa, vt vocatur, ordinaria in lucem prodierunt. Deinde pergit: „ Codicem ante annum 1483, & forte illo ipso anno in lucem fuisse emissum, verba primae „ parti manu adscripta, satis superque docent. Illa vero ita sonant: *Anno domini Millesimo quadringentesimo octogesimo tertio in die sancti Luce euangeliste Honorabilis dominus Ihoes Czeuszner vicarius & capellanus in ecclesia sancti Michaelis parochiali Ior Ihen. ex hac luce migrauit. Qui hanc primam partem Biblie glossa duplici ornatam. cum aliis tribus patribus monasterio bte Marie vgis in suis extremis legauit. In Rosau. cuius anima requiescat in pace. Amen.*

Cl. ZAPFIVS in *Memorab. Bibl. suae* P. I p. 109 arbitratur cum *Bibliotheca Sarraziana*, circa annum 1478 Biblia ista fuisse typis euulgata. Ex verbis enim a FREYTAG adductis non plus sequitur, quam codicem istum anno 1483 iam fuisse impressum, & CZEVSZENER, qui illum monasterio B. V. MARIAE legabat, fatalem egisse diem, non autem illum primam isto anno adspexisse lucem. Omnem quoque possibilitatem superat, hoc opus vno anno excudi potuisse; ac verisimilius est, CZEVSZENER illum pluribus possedisse annis. Vnde haud dubitandum, illum iam anno 1478 typis fuisse euulgatum.

Glossae ordinariae auctor praecipuus laudatur *Walafridus* STRABO, seu STRABVS natione Germanus, Ord. *S.* BENEDICTI Monachus, qui LVDOVICI *Pii* temporibus circa annum

 830

830 clarebat. Fuit primum Fuldensis Monachus, *Rhabani* MAVRI discipulus; tum Coenobii *S.* GALLI Decanus, tandemque anno 842 Augiae maioris prope Constantiam Abbas creatus est. Obiit an o 849. Vir doctus, & sapiens, ac litterarum scientia ante alios illustris compilauit praesentem glossam ex Patrum antiquorum scriptis, praesertim ex praeceptoris sui *Rhabani* MAVRI commentariis. Opus hoc perpetuis fuit celebratum laudibus, quo deinceps grata posteritas omnis vsa est, tamquam vnica claue scripturae.

Reperitur & alia breuior quaedam glossa, quae cum intra textus lineas scriberetur, *Interlinearis* nuncupatur. Auctor illius celebratur ANSELMVS *Laudunensis* & ipse Benedictinus. Errauit itaque Cl. ZAPFIVS, cum l. cit. glossam ordinariam *Nicolao de* LYRA, & interlinearem STRABONI attribuit. Conf. OVDINI *Comment. de script. Eccles.* T. II col. 74. FREYTAG l. cit. LEANDRI a S. *Martino* Benedictini Monachi *dedicationem ad Biblia cum glossa ordinaria* Antuerpiae 1634 edita.

CL. P. Virgilii Maronis opera, in fol.

Eleganti sima est huius operis editio, siue typus, qui romanus, ac nitidus, siue charta, quae alba admodum, ac firma, siue denique marginum amplitudo spectetur. Constat 28 plagularum fasciculis, Litteris ab *a* vsque *z.* & *aa* vsque *ee* signatis, de quibus omnes quaterniones, vltimo excepto, qui quinternio est. Initiales paruas litteras adposuit typographus, maiores vero, & diuersis coloribus distinctas miniculator depingere studuit. Custodes, & paginarum numeri desiderantur. Interpunctionis signa obseruantur punctum, colon, & interrogationis signum. Quaeuis pagina integra impressa, aut titulo non interrupta, 38 exhibet versus. Singuli tituli capitalibus litteris sunt expressi.

In tio operis legitur: P. VIRGILII MARONIS BVCCOLICA. AEGLOGA PRIMA. INTERLOCVTORES MELIBAEVS ET TITIRVS AMICI. Hos typographus in margine laterali litteris capitalibus indicauit. Prima folii duodecimi pagina finiuntur *Bucolica*; auersa incipit, praemisso OVIDII tetrasticho, P. VIRGILII MARONIS GEORGICON AD MECOENATEM LIBER PRIMVS. Libris singulis praecedit OVIDII tetrastichon. Terminantur isti libri prima folii 42 pagina, versu quarto, & immediate maioribus litteris impressum legitur subnexum: OCTAVII AVGVSTI PRO VIRGILII AENEIDE VERSVS. Hos auersa pagina sequuntur duodecim librorum Aeneidos contenta, & ista, quae primus complectitur liber, quod etiam ante quemlibet librum obseruatur. Haec quoque omnia heroico carmine sunt descripta. Folio 43 incipit P. VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER PRIMVS. Libro duodecimo finis imponitur prima folii 176 pagina, linea 21. cui subiectum legitur: FINIS AENEIDOS. Librum duodecimum excipit sine titulo decimus tertius, *Mapheo* VEGIO Laudunensi adscriptus. Eiusdem initium sic sonat:

Turnus vt extremo vitam sub marte profudit,
Subdunt se rutuli aeneae troiana sequentes
Agmina: dehinc superis meriti redduntur honores.

Auersa folii 184 pagina, linea 24 iste finitur liber. Sequuntur deinde ALCINII, & *Cornelii* GALLI ad laudem VIRGILII versus elegiaci; hos vero diuersa carmina scilicet de *Hortulo*, *Vino*, & *Venere*, de *Liuore*, de *Cantu Sirenarum*, *Fortuna*, *Orpheo*, de *Seipso*, de *Aetatibus animalium*, de *Ludo*, *Monastica*, & de *Aerumnis Herculis*. Haec excipiunt *Argumenta XII librorum Aeneidos*, *Elegia in Moecenatis obitu*, quae falso VIRGILIO attribuitur. Auersa folii 190 pagina incipiunt *Epitaphia virorum illustrium*, quae VIRGILII versus de *Speculo* sequuntur, hos dein *Mira Virgilii versus experientia*, Carmen *de quatuor temporibus anni*, *de ortu solis*, de *Herculis laboribus*, de littera y, de *signis coelestibus*, *Versus* OVIDII, & denique Summa Virgilianae Narrationis, tribus operibus contenta, quae omnia prima folii 196, linea

nea 19 terminantur. His fubiectum legitur: NONNVLLORVM CARMINVM QVAE BREVITER OMNEM VIRGILII NARRATIONEM CONTINENT. FINIS.

His abfolutis, immediate incipit PRIAPEIA, quam alii VIRGILIO, alii aliis adfcribunt. Ad finem folii 205 primae paginae eiusdem COPA inchoat, quam diuerfa adhuc carmina fequuntur, quorum tituli: EST ET NON: VIR BONVS: ROSE: CVLEX: DIRAE ID EST CARMEN EXECRATORIVM AD BATTAREM: AETNA, quae a quibusdam CORNELIO attribuitur: CIRIS AD MESSALAM, ab aliis VIRGILIO ab aliis alteri adfcripta. P. V. MARONIS CATALECTON. Finis operi impofitus eft prima folii 233 pagina impreffa, linea 25, cui fubnexum habetur: *Finis.*

De hac editione Cl. MORELLVS in *Bibl. Pinell.* ita differit. „ Editio haec antiquitate & raritate paucis concedit. . . Character Romanus eft, idemque elegans, quem in aliis libris haud me videre memini. FABRICIVS in *Bibl. latin.* eamdem penitus ignorauit. Cl. MAITTAIRE T. IV. Part. poft. p. 766 eam recenfet. HARWOODO de *Auct. Claff.* qui editionum feculi XV meminit, praefens fuiffe ignota videtur. De typographo, & impreffionis loco nolim hariolari.

CLI. P. Ouidii Nafonis Metamorphofes. in fol.

Editio huius operis eft elegantiffima, ac quoad omnia fefe maxime commendat. Typi funt romani, iique nitidiffimi tabula VIII. N. IV exhibiti: charta fuperbit albedine, firmitate, ac marginum amplitudine. Cuftodes, fignaturae, paginarum numeri, ac initiales litterae non occurrunt. Nec initio operis, nec libris praefixus eft titulus, aut infcriptio, excepto libro feptimo. Finis vnius libri, & alterius initium fpatio vnius lineae inter fe difcernuntur. Paginam quamlibet occupant verfus 31. Opus folia 195 complectitur, in cuius initio nec auctoris nomen, nec operis titulus legitur, fed immediate his verbis incipit:

N noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora: dii ceptis nam vos mutaftif & illas
Afpirate meis: primuque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Prima folii 75 pagina, linea fexta liber fextus finitur, cui fubiectum litteris capitalibus impreffum habetur: PVBLII NASONIS OVIDII PELIGNI POETAE CLARISSIMI LIBER SEXTVS FOELICITER EXPLICIT. Auerfa eiusdem PVBLII NASONIS OVIDII &C. LIBER SEPTIMVS FOELICITER INCIPIT. Terminatur prima folii pagina, linea 27, cui fubnexum litteris capitalibus impreffum habetur: PVBLII NASONIS OVIDII PELIGNI POETAE CLARISSIMI LIBER VLTIMVS METAMORFOSEOS FOELICITER EXPLICIT.

Hac de editione omnes bibliographicae rei fcriptores altum tenent filentium. FABRICIVS quidem T. I *Bibl. lat.* p. 330 alicuius editionis fine loci, anni, & typographi indicio, quam antiquiffimam vocitat, meminit; aft an praefens pars quaedam illius fit, dicere haud poffum.

HARWOOD de *Claff. Script.* p. 243 alteram *Metamorphofeos*, & de *arte amandi* editionem fine anni, loci, & typographi adnotatione recenfet, & ex *Nic.* IENSON officina Venetiis prodiiffe fufpicatur. Sed praefentem illius partum haud effe, characterum diuerfitas docet. Forfan noftra editio tantummodo pars omnium OVIDII operum eft, quae vel Venetiis *Iac.* RVBEVS anno 1472, aut 1474, vel *Antonius* ZAROTVS Mediolani fine anni nota typis euulgarunt, quod tamen, cum nullum horum typographorum opus noftra poffidet bibliotheca, ex cuius characterum comparatione in virum iftum indagare potuiffem, adfirmare nequeo.

CLII. Dominici Bollani Quaeſtio de Conceptione B. V. Mariae. in fol.

Hic tractatus foliis 30 contentus, incipit absque titulo ab auctoris epiſtola dedicatoria ad *Nicolaum* MARCELLVM Venetorum Ducem, cuius ſequens eſt tenor: *Glorioſiſſimo Principi & domino domino Nicolao Marcello Sereniſſimo Venetiarum duci. Dominicus Bollanus artium & philoſophie doctor debita reuerentia erga ſublimitatem ſuam premiſſa plurimum ſe commendat. Cum ex florentiſſimo gymnaſio Paduano ad patriam reuerſus eſſem: tantumque ocii mihi daretur quale nunquam ſimile per totum tempus elapſum vite mee mihi datum fuit cogitaui nolle vitam meam ſub ſilentio pertranſire: imo aliquod opus laude dignum decreui efficere: quo mediante vita noſtra illuſtraretur.... Opus autem ad finem peroptatum duxi: in quo quantum potuimus imitati ſumus patrem noſtrum Aurelium Auguſtinum: & theologie principem: atque monarcham Scotum: a cuius fonte vberrimo multa preclara ſumpſimus: veriſſimisque rationibus atque excellentiſſimis ſanctorum auctoritatibus virginem glorioſiſſimam in conceptione ſanctam: nec vnquam a macula peccati originalis fuiſſe deturpatam demonſtrauimus.... Tua excellentia multa praeclara ac laude digna in opere iſto inueniet: & hoc non tantum meum: verum etiam omnium aliorum qui ab omni cura & odio vacui ſunt erit tale indicium* &c.

Haec dedicatio primam implet paginam; in fronte auerſae legitur: *Dominici Bollani artium & philoſophie doctoris filii Magnifici domini Candiani in queſtionem de conceptione glorioſiſſime virginis Marie prohemium*, quod auerſa folii quarti pagina, linea ſexta terminatur, ac tum immediate ipſe tractatus, in duas diuiſus partes, incipit. In prima monſtrat auctor per quinque articulos, B. V. MARIAM fuiſſe in peccato originali conceptam, in ſecunda vero ſemetipſum refutat. Prima pars prima folii decimi pagina, linea 25 definit, quam excipit introductio in ſecundam partem, & ordo, quem in quaeſtione explicanda ſeruare ſibi propoſuit. Terminatur opus auerſa folii 30 pagina, linea 34, cui ſubiectum habetur: *Deo gracie infinite.*

Typus, quo impreſſus eſt hic tractatus, romanus, & rotundus eſt, qui tabula VIII. N. V videndus. Lineae in ſingulis paginis 35 numerantur. Deſunt litterae initiales, cuſtodes, ſignaturae, & paginarum numeri. Diſtinctionis ſignum praeter punctum occurrit etiam colon.

Cl. FREYTAG T. I. *Adpar.* p. 201 memorat editionem anno 1504. Argentinae factam: & Cl. DENIS in *Memorab. Bibl. Garell.* p. 206 alterius meminit, quae ſine loci, anni, & typographi adnotatione, charactere gothico impreſſa eſt. Neuter horum, nec alius quoque Bibliographorum, de praeſenti vllam habuit notitiam, quod ſpecialem eius raritatem prodit. Haud dubitandum, eam eſſe quoque omnium primam & ab ipſo auctore, & quidem intra annos 1473 — 1474 fuiſſe adornatam; dum exploratum eſt, *Nicolaum* MARCELLVM anno 1473 reipublicae Venetae tenuiſſe gubernacula, & anno 1474 menſe Decembri e viuis diſceſſiſſe. V. AMELOT *de la Houſſaye Hiſtoire du guuernement de Veniſe.* Veriſimile etiam videtur, eam Venetiis primam adſpexiſſe lucem, dum & auctor, & MARCELLVS eodem tempore ibidem, vt ex Epiſtola ſupra memorata patet, commorabantur, ac arte typographica Venetiis maxime florente haud neceſſe erat, vt opus ſuum auctor alibi prelo ſubiiceret.

CLIII. Plutarchi vitae Parallelae a variis auctoribus e graeco in latinum verſae, T. II. in fol. M.

Praeſentem editionem iam ante me Cl. SEEMILLER in *faſc. I* p. 142 prolixe, adcurateque deſcripſit; cum vero non in omnium manus eiuſdem peruenire queat deſcriptio, eamdem & ego ita depingam, vt quilibet exactam eiuſdem notitiam habere poſſit.

Tomus primus conſtat foliis 274, ſecundus 238. Charactere romano, & nitido, quo praecedens, & hoc opus impreſſum eſt; vnde nullus dubito, quin ex eadem officina in lucem prodierit. Charta eſt firmiſſima, & alba, ſed minus polita, diuerſis chartularii ſignis inſtru-

instructa, inter quae rosa, & littera D cum stilo in duplicem crucem desinente adparent. Interpunctiones occurrunt punctum, colon, & interrogationis signum. Pro diphtongis *ae*, & *oe* simplex *e* obseruatur. Graeca vocabula omisit typographus, relicto spatio vacuo, in quo ista manu inseri possent. Pagina quaeuis 49 complectitur lineas. Litterae initiales maiores omnino desiderantur, paruas vero quandoque adposuit typographus. Tum epistolis, quas fere omnes viri docti, vnam, aut plures ex vitis PLVTARCHI parallelis latine reddentes, iisdem praemisere, tum vitis ipsis potissimum praefixi sunt tituli, ex quibus interpretis, & eius, cuius describitur vita, nomina discimus.

Primum folium occupant cum CAMPANI epistola dedicatoria ad *Franciscum* PICCOLOMINEVM Cardinalem Seuensem, tum nominum tam virorum, de quorum vita agitur, quam interpretum index. CAMPANI epistola sine titulo, aut inscriptione his verbis incl oat: CAMPANVS *Francisco Piccolominio Cardinali Senensi meo Salutem.* In hac fatetur, versiones vitarum non omnes paris esse venustatis; nihil tamen dignitatem esse imminutam. *Vtinam*, inquit, *ea essent gratia translatae omnes, qua sunt scriptae: quamquam magna pars foelicitate ingenii eorum, qui transtulerunt, nitorem retinent suum & latinum acceperunt: paucae quaedam rudiores nactae manus, traductae sunt duriuscule: sed quibus gratia defuit interpretis, rerum dignitas nihil est imminuta. Tu vero nosti illam diui Pii auunculi tui sententiam: nullam esse historiam contemnendam, etiam quae scripta imperitissime, modo sit vera.*

In fronte secundi folii haec leguntur impressa: *Plutarchi Historiographi greci liber de viris clarissimis: E greco sermone in Latinum Diuersis plurimorum interpretationibus virorum illustrium translatus Incipit.* Spatio duarum linearum vacuo relicto, *Epistola Philelphi poete In vitam atque gesta Thesei viri clarissimi Incipit feliciter.* Auersa eiusdem folii pagina, linea septima finitur epistola. Vltima primi tomi historia agit de *vita & gestis Luculli*, cui auersa folii 274 pagina, linea 36 finis imponitur.

Tomo secundo, qui a NICIAE vita incipit, nullus praefixus est titulus. Quantum ex indice discimus, ea vnacum CRASSI vita, quae illam sine titulo quoque sequitur, a GVARINO *Veronensi* in latinum versa est. Primam paginam interpretis implet epistola. CICERONIS vita per *Leonardum* ARETINVM latine reddita auersa folii 138 pagina, linea 25 terminatur, quam folio sequenti *Donati* ACCIAIOLI epistola in DEMETRII vitam excipit, quae sine titulo, aut nomine interpretis inchoat. Tomum secundum claudit *vita Caroli Magni clarissimi viri E greco sermone in latinum Per Donatum Acciaiolum Translata.* Inepte positus est hic titulus, cum ipse *Donatus* in epistola vitae praefixa nos doceat, se ex plurimorum de vita CAROLI *M.* scriptis ea collegisse, quae sibi fide, & memoria digna sunt, non autem eamdem e graeco sermone transtulisse. Terminatur totum opus prima folii 238 pagina, linea 22 quin quaedam finalis notitia sit addita.

Editio praesens adultam licet glorietur aetatem, principem tamen locum sibi attribuere omnino nequit, cum illa, quam *Vdalricus* HAN Romae circa annum 1470 typis euulgauerat, praecessisse ex Cl. AVDIFREDI *Catal. Rom. Edit.* constat. Nostram vero non longo post tempore illam fuisse secutam, notae summae vetustatis supra recensitae satis declarant. Scio equidem, Cl. SCHELHORNIVM in *Obseruat.* 7. *Diab. praelim. ad opus Card.* QVIRINI *de opt. script. edit.* CAMPANI praefatione deceptum, praesentem ex HANII typographia in lucem prodiisse, adfirmare; sed Cl. AVDIFFREDVS l. cit. p. 38, & Cl. ZAFFIVS in *suae Bibl. Memorab.* p. 49 illum firmis admodum argumentis refutarunt. In primis *Hanianae* editionis tomus primus folia 293, nostrae vero 274 complectitur. Dein typus licet in vtraque romanus sit, vnius tamen ab altero magna est diuersitas. Tertio: leguntur in prima illi versus: *Anser Tarpeii custos* &c. quorum superius in LIVII operum descriptione mentionem feci, qui in altera penitus desiderantur. Tandem in romana editione nullus omnino titulus, aut inscriptio impres-

sa

sa per integrum opus reperitur, quod tamen in nostra potissimum obseruatur. Ex his, nostram nec ex HANII officina in lucem prodiisse, nec illa antiquiorem esse, facile colligere est.

Impressionis locum, & typographum, nec ego, nec amici mei doctissimi, insuper habito omni conatu, quo opus quoddam hisce characteribus excusum frustra exquisiuimus, hucusque agnoscere potuimus. Suspicor tamen ex fundamentis numero praecedenti adductis, Venetiis fuisse typis hoc opus euulgatum.

CLIV. Lucii Annaei Senecae Cordubensis ad Lucillium epistolae CXXIV. Accedunt eiusdem epistolae ad S. Paulum, & Pauli ad Senecam. in fol.

Epistolae praesentes eodem plane typo, quo opus immediate praecedens, expressae folia 210 complectuntur. Quaeuis pagina lineas exhibet triginta quinque. Interpunctionis signa praeter punctum adparent quoque colon, & interrogationis signum. Desunt signaturae, custodes, & paginarum numeri. Initiales litterae paruae, sed raro admodum, a typographo adiectae inueniuntur. Cuilibet epistolae eiusdem numerus, ac argumentum est praemissum. Charta est firma admodum, & alba, in qua amplas typographus reliquit margines.

Initio operis impressum legitur: *Lucii Annei Senece Cordubensis ad Lucillium epistole Feliciter Incipiunt. Prima. De colligenda & sistenda fuga temporis. & quod non est cui quantulumcunque superest sat est.* Prima epistola terminatur auersa folii primi pagina linea septima, in qua adhuc habetur: *Epistola Secunda.* Ab epistola sexta vsque ad finem quaelibet earum est numero romano indicata. Auersa folii 207 pagina, linea 18 *Lucii Annei Senece Cordubensis epistole ad Lucillium finiunt feliciter.* Tum *Incipiunt epistole pauli Senece*, quibus tamen praemissum habetur, quod *S.* HIERONYMVS de SENECA in libro de viris illustribus scripsit. Vltima epistola finitur prima folii 210 pagina, linea 20, cui subiectum habetur:

Epitaphium Senece.
Cura labor meritum sumpti pro munere honores
Post hae solicitate animas.
Me procul a vobis deus euocat: & licet actis
Rebus terrenis hospita terra vale.
Corpus auara tamen solemnibus accipe saxis.
Namque animam celo reddimus ossa tibi.

Huius editionis meminit Cl. MAITTAIRE T. IV. p. 750. FABRICIVS de illa nullam habuit notitiam; recenset vero aliam Parisiis anno 1475 in lucem emissam. Nostram illa antiquiorem esse, vetustatis notae vix dubium relinquunt.

CLV. Dionysii de Burgo Ord. Eremit. S. Augustini Commentaria in Valerium Maximum. in fol.

Opus foliis 370 contentum eodem charactere, quo praecedens, est excusum, & nullas initiales litteras, nullos custodes, aut signaturas, nullosque paginarum numeros ostendit. Interpunctionis signa punctum, & colon inueniuntur. Charta est firma, & alba admodum, diuersis chartularii signis instructa.

Prima folii primi pagina *Incipit epistola super declaracione Valerii Maximi. Edita. a fratre Dyonisio de Burgo sancti sepulcri ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini.* Haec epistola, quae integrum primum occupat folium, ad *Ioannem* de COLVMNA S. Angeli Cardinalem Diaconum directa est. In hac inter alia sequentia habentur: *Sane librum Valerii maximi pro sui breuitate modernum obscurum temporibus (in quo virtutum relucent exempla. & quodammodo singulari prudencia ipsa relucent) declarandum assumpsi. vt legentibus clarum fiat quod difficile primitus*

a, pa-

apparebat. Hoc autem nullatenus facere potuissem nisi gesta romanorum ac alienigena. per antiquos auctores diuersis in locis narrata serie perlegissem. Qui quod ipse valerius breuiter diffusa narrauit ac prolixe. Ego hic annotare curaui. vt operi cercior fides detur. nec labor videatur inanis. tantorum testimonio comprobatus. Tunc omnes illos recenset auctores, quibus ad suum commentarium conficiendum vsus fuerat.

Primus operis liber folio secundo sine titulo incipit, in cuius fronte haec tantummodo leguntur impressa: *Capl'm p'mum. De religione.* Prima folii 63 pagina, linea 36 *Valerii p'mus liber explicit.* Auersa vero: *Exposicio prologi in librum secudum incipit.* Liber quartus definit auersa folii 177 pagina, linea 21, quem excipiunt capitula, seu argumenta capitulorum libri quinti. Eadem quoque octauo praemissa habentur, quod tamen in reliquis non obseruatur. Finis operi sine finali subscriptione prima folii 370 pagina, linea 35 imponitur.

Hac de editione peruetusta, ac rarissima praeter MAITTAIRE nullus alius Bibliographorum mentionem facit. Cl. OSSINGER altum tenet de ea silentium.

Dionysius de BVRGO natione Italus, patria Hetruscus, ordinis Eremitarum *S.* AVGVSTINI Monachus vixit seculo XIV. BENEDICTVS *XII.* P. M. eum Episcopum Monopolitanum creauit anno 1339; verum oues sibi commissas tribus tantum annis verbo, & exemplo pauerat; Neapoli enim die 14 Ian. An. 1342 fatali absumptus est morte. Quantus hic vir fuerit, patet ex epitaphio, quod *Franciscus* PETRARCHA amicus eius intimus ad epistolae ad Regem Neapolitanum datae finem adiecit. Eiusdem sequens est tenor:

> Qui fuit Esperiae decus, & noua gloria gentis,
> Cultor amicitiae fidus, charisque benignus.
> Conuictu placidus, vultuque, animoque serenus,
> Religione pius, satisque, habituque modestus,
> Altus & ingenio: facundo splendidus ore,
> Flos vatum, coeli scrutator, cognitus astris,
> Rarus apud veteres, nostro rarissimus aeuo,
> Vnicus ex mille iacet hic DIONYSIVS ille.

Porro praeter hunc commentarium & alia adhuc ingenii sui monumenta nobis reliquit, quorum Cl. OSSINGER *in Bibl. August.* p. 167 meminit.

CLVI. Roberti de Licio Ord. Min. Sermones a prima Aduentus Dominica vsque ad quartam, & de festiuitatibus a Natiuitate Domini vsque ad Epiphaniam. Accedunt sermones de diuina charitate, & immortalitate animae. in fol.

Integrum opus eodem charactere, quo praecedentia, impressum foliis 172 constat, & nullas signaturas, aut custodes, nullosque paginarum numeros exhibet. Initiales litteras adpinxit miniculator. Distinctionis signa conspiciuntur punctum, & colon. Abbreuiationes sicut in praecedentibus, vbique frequenter obseruantur. Charta est alba, & firma, sed minus polita. Quaeuis pagina 35 complectitur lineas.

Operi tabula omnium sermonum in isto contentorum, priora quinque folia implens, praemittitur. Folio sexto *Ruberti de licio ex ordine minorum in theologia peritissimi: verbi dei in hac etate oratoris eloquentissimi: predicationes a prima dominica de aduentu quottidie inclusiue vsque ad quartam & de festiuitatibus a natiuitate domini vsque ad Epiphaniam cum nonnullis aliis suis predicatoribus feliciter Incipit.* Prima huius operis pars 31 constat sermonibus, quorum quilibet, vt alii, de quibus iam superius differuimus, in tria distinctus est capitula. Prima folii 111 pagina, linea tertia incipit *Sermo de sancto Ioseph: qui fuit scriptus: dum magister Rober-*

tus predicaret Padue. Vltimus primae partis fermo prima folii 124 pagina, linea 35 terminatur: auerfa vacua adparet. Folio fequenti *Incipit tractatus de divina caritate prilatus per Reuerendum sacre Theologie doctorem magistrum Robertum de Litio ordinis minorum* &c. Hic feptem continet fermones. Folio denique 154 auerfa pagina, linea 14 *De immortalitate anime magistri Roberti de Litio ordinis minorum tractatus incipit*, & tres comprehendit fermones. Finis operi imponitur prima folii 172 pagina, linea vndeuigefima, cuius verba funt: *per gratiam & in futuro per gloriam. Amen.*

Extitit huius editionis exemplar in *bibliotheca Garelliana*, cuius Cl. DENIS in eiusdem *Memorabilibus* p. 205 meminit, eamque inter peruetuftas numerare, haud dubitat, dum omnes infignis antiquitatis notas poffidet.

CLVII. Alberti Magni Ord. Praedic. de adhaerendo Deo liber. in fol.

In fronte huius opufculi litteris capitalibus impreffum legitur: INCIPIT. LIBER. ALBERTI. MAGNI. ORDINIS PREDICATORVM. DE. ADHERENDO. DEO. NVDATO. INTELLECTV. ET. AFFECTV. ET. VLTIMA. ET. SVPREMA. PERFECTIONE. HOMINIS. QVANTVM. POSSIBILE. EST. Conftat fexdecim capitulis, foliisque tredecim abfoluitur. Cuilibet capitulo praefixus eft titulus, excepto primo, quod prooemium includit. Prooemii initium fic fonat: *Cogitandi mihi aliquid vltimate.* Finitur idem auerfa folii primi pagina linea fexta. Auerfa folii 13 pagina, linea vigefima *Finit tractatulus. Magni. Alberti.* Initiales litterae primi, & decimi quarti capituli funt ligno incifae; reliquae vero paruae funt a typographo adiectae. Signaturae, cuftodes, & paginarum numeri defiderantur. Praeter punctum nullum aliud obferuatur interpunctionis fignum. Character eft rotundus, & nitidus, & mihi plane ignotus. De alterius huius libri editione iam fuperius N. XCV, quae praefentem praeceffiffe videtur, mentionem feci.

CLVIII. Ioannis Gerfonis Tractatulus de Remediis contra Pufillanimitatem, fcrupulofitatem, deceptorias inimici confolationes, & fubtiles eius tentationes. in fol.

Conftat octo foliis, & eodem, quo praecedens impreffus charactere, nullas initiales litteras, nullas fignaturas, aut paginarum numeros, vel cuftodes oftendit. Lineae in quauis pagina 33 aut 34 numerantur. Initio fequentia litteris capitalibus impreffa tituli loco habentur: INCIPIT. TRACTATVLVS. DE. REMEDIIS. CONTRA. PVSSILLANIMITATEM. SCRVPVLOSITATEM. CONTRA. DECEPTORIAS. INIMICI. CONSOLATIONES. ET. SVBTILES. EIVS TEMPTACIONES. PER. ILLVMINATISSIMVM. MAGISTRVM. SACRE. THEOLOGIE. CANCELLARIVM PARISIENSEM. EDITVS. Ad calcem vero legitur: *Explicit tractatulus de remediis &c. venerabilis Magistri Iohannis Gerson Cancellarii parisiensis: Finit Foeliciter.*

CLIX. S. Bonauentura Ord. Min. Epiftola de modo proficiendi. Accedit eiusdem Tractatus de informatione iuuenum, & nouitiorum. in fol.

In epiftolae initio litteris capitalibus expreffum habetur: INCIPIT. EPISTOLA. DOMINI. BONAVENTVRE. CARDINALIS. DE. MODO. PROFICIENDI. COMPENDIOSO. Epiftola fequenti modo incipit: *In xpo suo frater NN. dilecto frater eius in domino qualicumque veteri homine exuto. xpo viuere. & mori mundo.* Terminatur ifta auerfa folii fexti pagina, linea fexta, cui fubiectum legitur: *Epistola domini Bonauenture Cardinalis. De modo proficiendi compendioso: finit foeliciter.* Sequenti folio BREVIS ET VTILIS DOCTRINA IVVENVM: DOMINI BONAVENTVRE

CAR-

CARDINALIS: ORDINIS MINORVM. INCIPIT FOELICITER, & auerſa eiusdem folii pagina, linea decima deſinit. Dein in eadem pagina INCIPIT. TRACTATVS. VALDE. VTILIS. DE. INFORMATIONE. IVVENVM. ET. NOVICIORVM. BONAVENTVRE. Hic tractatus ſexdecim complectitur capitula. Auerſa folii 18 pagina, linea 16 *De informatione nouiciorum & iuuenum domini bonauenture Cardinalis ordinis fratrum minorum. finit foeliciter.* In ſeparata pagina additus eſt, horum trium opuſculorum index, in duabus columnis contentus. Vnde patet, ea eodem tempore, ex eademque typographia in lucem prodiiſſe.

CLX. Rabi Samuel Iſraelitae epiſtola ad Rabi Iſaac magiſtrum Sinagogae. Accedit Pontii Pilati epiſtola ad Tiberium Imperatorem. in 4.

Initio huius epiſtolae ſequens habetur notitia: INCIPIT. EPISTOLA QVAM MISIT RABI SAMVEL ISRAHELITA ORIVNDVS DE CIVITATE REGIS MOROCHORVM AD RABI YSAAC — Haec ſunt capitalibus litteris expreſſa; quae vero ſequuntur, minuſculo romano — *magiſtrum Sinagoge que eſt in ſubiulmeta in predicto regno In anno domini domini M. Sed translata de Hebreo vel de Arabico in latinum per fratrem Alfunſum boni hominis hiſpanum ordinis predicatorum quam translationem fecit Anno domini. M. CCCXXXVIII tempore pontificatus domini benedicti pape. XII.* Praefatiunculam iſtam excipit titulus epiſtolae, cuius tenor eſt: *Epiſtola quam ſcripſit magiſter Samuel iſrahelita oriundus de ciuitate regis morochiani* &c. Tum inchoat ipſa epiſtola, in 27 capitula diuiſa, quo prophetarum teſtimoniis Chriſtum Dominum verum MESSIAM veniſſe, paſſum, mortuum eſſe, reſurrexiſſe a mortuis, ad coelos aſcendiſſe, eumque ſecundo venturum; demonſtratur. Capitulum primum auerſa primi folii pagina incipit, & prima ſecundi folii, linea 21 deſinit. Auerſa folii 26 pagina, linea decima vltimum finitur capitulum, cui ſequentia litteris capitalibus impreſſa habentur ſubiecta: EXPLICIT EPISTOLA RABBI SAMVELIS QVAM SCRIPSIT AD RABBI YSAAC MAGISTRVM SYNAGOGE. Paruo ſpatio interiecto, SEQVITVR EPISTOLA QVAM MISIT PONCIVS PILATVS TIBERIO IMPERATORI ROMANO. In hac ſcribit de IESV *Nazareni* miraculis, morte, & reſurrectione, & quidem tam clara circumſtantiarum narratione, vt merito, non ab homine ethnico, ſed a Chriſtiano eam longo poſt tempore compilatam fuiſſe, credendum ſit. Finis eidem imponitur prima folii 27 pagina, linea 23, cui ſubnexum habetur: LAVS DEO.

Character, quo praeſens opuſculum eſt excuſum, romanus minuſculus eſt, ac perelegans. Litteras initiales partim omiſit, partim paruas adiecit typographus. Caret ſignaturis, cuſtodibus, & paginarum numeris. Interpunctionis ſignum ſolum obſeruatur punctum. Quaeuis pagina 27, aut 28 lineas complectitur.

Editio haec eſt antiquiſſima, rariſſima, & Bibliographis plane ignota. Cl. QVETIF T. I *ſcript. Ord. Praedic.* vnicam tantummodo editionem ſeculo XV & quidem Mantuae anno 1475 typis euulgatam recenſet; reliquae omnes ſeculo XVI in lucem prodiere.

CLXI. Ioannes de Monte Regio Calendarium. c. fig. in 4.

Conſtat triginta foliis, ſi duas figuras excipias, quarum prima inſtrumenta horarum inaequalium, & lunae motus, ſecunda quadrantem horologii horizontalis, & quadratum horarium generale continet. Excuſum eſt charactere romano, ac nitido admodum; numeri vero ſunt arabici. Initiales litterae adſpiciuntur ligno inciſae. Deſunt ſignaturae, cuſtodes, & paginarum numeri.

Prima folii primi pagina vacua eſt, auerſam autem implent *coniunctiones & oppoſitiones lunae*, quae, incipiendo ab anno 1475 vsque ad annum 1513 progrediuntur; Eaedem per integrum calendarium in quauis pagina auerſa adparent, in cuius ſuperiori margine tres ſequentes

quentes anni funt adnotati: fc. 1475: 1494: & 1513. In auerfa folii 13 pagina regionum tabula confpicitur. Sequenti folio incipiunt Eclipfes lunae ab anno 1475 vsque ad annum 1530 indicatae, & quinque foliis contentae. Denique folio vndeuigefimo incipiunt ea, quae in calendarii compofitione obferuanda funt. Finem operi imponit auerfa 30 folii pagina dies Pafchalis, ad cuius finem litteris capitalibus impreffum habetur: DVCTV IOANNIS DE MONTE REGIO.

Hac de editione apud Bibliographos, licet multas recenfeant, nullam inuenire potui notitiam. Quantum ex charactere, & initialibus litteris florentibus ab ipfo typographo adiectis coniecturare licet, eadem Venetiis ex *Erhardi* RATDOLT officina ante annum 1480 in lucem prodiiffe videtur. In noftra bibliotheca & alia extat huius operis editio, quam anno 1488. RATDOLD typis euulgauerat.

Ioannes auctor huius operis cognomine MILLER, feu MOLITOR, natione Germanus Könlgsbergii in Franconia, vnde REGIOMONTANVS nuncupatus, anno 1436 natus, Viennae in Auftria fub magiftro *Georgio* PEVRBACH in fcientia Mathematica tantum profecit, vt ob aftronomiam, ceterasque mathematicas difciplinas a Mathia Hungarorum Rege, & ciuibus Norimbergenfibus perpetuo donatus ftipendio, atque SIXTO *IV.* P. M. infula Ratisbonenfi ornatus, magnam eruditionis fuae laudem non modo apud Germanos, verum etiam apud Italos, Gallosque confecutus fit. Anno 1476 aetatis fuae 41. Romae aut pefte, aut veneno enecatus fatalem diem egit. TRITHEMIVS in *Bibl. Fab.* p. 201. IOECHERI *Lexicon. T. IV.*

CLXII. S. Thomae Aquinatis Tractatus de diuinis moribus, & de Beatitudine. in fol.

Prima folii primi pagina vacua eft, auerfam occupat capitulorum primi tractatus tabula. Folio fecundo *Incipit tractatus bti thome de aquino de diuinis moribus*, qui prima folii decimi pagina, linea fexta definit. Auerfa *Incipiunt capitula tractatus fequentis*, fcilicet de *Beatitudine.* Auerfa folii trigefimi pagina, linea vigefima eiusdem finis adfpicitur. Huic fubnexum habetur: *Explicit deuotus tractatulus beati thome de aquino de cognitione. amore. fruitione. vnione. laudatione. gratiarum actione & congratulatione anime beate.*

Litterae, quibus duo ifti tractatus impreffi, funt gothicae maiufculae, quas tabula VIII. N. VI exhibet. Defunt fignaturae, cuftodes, & paginarum numeri; litteras vero initiales paruas adpofuit typographus. Praeter punctum nullum aliud diftinctionis fignum occurrit. Singulae paginae integrae 31 lineas complectuntur.

Falfo hi duo tractatus S. Thomae attribuuntur. "De primo enim fcribit BARBAVARIVS", Nullis adhibitis tormentis auctorem imperitum prodere. QVETIF pii monachi opus effe exiftimat, qui cap. 11 neminem defpiciendum monet, *fi non eft in eo fanitas. membrrorum integritas. corporis fortitudo forme pulchritudo, eloquencia vocis, abilitas ad cantandum & legendum, quorum debemus quantum poffumus, defectus fupplere.* Ifta, & alia S. Thomam non olent. QVETIF T. I *fcript. Ord. Praedic.* p. 34. Secundum vero nemo veterum ei vendicat, cum ab eiusdem ftilo longe abhorreat. Videtur opus cuiusdem effe, qui feculo XIII ineunte vixerat; capitulo enim fecundo circa medium tertii principalis legitur: *O admirabilis fidelitas Iefu D.N. qui mille ducentis annis & amplius ab indigne conficientibus & fumentibus, & incantantibus in facramento tantam elegit contumeliam fuftinere* &c.

CLXIII. Biblia Germanica cum figuris ligno incifis. in fol. mag.

Cl. PANZER Biblia haec iam prolixe fatis *in Not. de Bibliis germanicis* p. 61 & feqq. ac *in Annal. litterat. German.* p. 13 defcripfit; cum autem non omnes eiusdem opera litteraria poffideant, hunc laborem in me fufcipere ftatui. Inte-

Integrum opus constat foliis 456, estque in duabus columnis charactere gothico minusculo, quem tabula VIII. N. VII exhibet, impressum. Singulae paginae integrae 54 complectuntur lineas. Charta est firmissima, alba, ac laeuigata, tribus chartarii signis instructa, rosa scilicet, triangulo, in cuius medio stilus exsurgit in rosam desinens, & turri, per qua corona, quam iterum stilus in rosam desinens secat, adparet. Interpunctionis signa praeter punctum occurrit etiam colon, sed raro admodum. Initiales litterae maiores per integrum opus nullae conspiciuntur; hinc inde paruas adiecit typographus. Signaturae nullae obseruantur, nulli custodes, nullique paginarum numeri. Librorum titulos, finalemque eorum clausulam typographus adposuit; capitulorum quoque numerum vbique adnotare studuit; columnarum vero tituli non vltra decimam paginam sese extendunt. Littera Iod puncti loco lineolam sibi habet impositam. Speciali modo hanc editionem extollunt figurae ligno incisae, quarum per integrum opus quinquaginta, & septem numerantur. Quamuis istae simplicitatem sapiant, artisque inciforiae praeseferant ruditatem, quia tamen primitus in his Bibliis adparent, omnem merentur aestimationem, aliisque praecedentibus palmam praeripiunt.

In primae paginae medio legitur: *Die Epistel Ieronimi.* In fronte vero primae columnae: *Hie hept sich an die voered oder die epistel des heiligen priesters sant Ieronimi zu paulinum von allen histori en der beüher vn der biblen Das erst capitel.* Inter haec verba, & epistolae initium se repraesentat figura sanctum HIERONYMVM exhibens. Epistola quarti folii prima columna, linea vigesima desinit, quam immediate praefatio in quinque Moysis libros excipit. Linea 38 eiusdem columnae legitur: *Hie hept sich an das buch genesis. Das* **1.** *ca.* Huic libro secunda folii 22 pagina, linea 46 finis imponitur; in fronte autem tertiae columnae legitur: *Hie hat ein end genesis vnd hebt an das buch exodus.* **1.** Psalmi, praemissis duabus praefationibus, secunda columna folii 200 incipiunt: numerantur eorum centum sexaginta septem, eoquod centesimus octauus in plures diuisus est. Psalmorum numeri vbique sunt indicati; eorum vero tituli desiderantur, qui etiam nec in fine, quod tamen in Argentinis, & Moguntinis obseruandum, adiecti conspiciuntur. Terminantur Psalmi secunda folii 221 columna, quae, sicut & prima, 34 lineas ostendit. Auersa pagina vacua est. Sequenti folio legitur: *Hie hebt an die vorrede über das buch parabole salomonis vnd der psalter hat ein ende:* Vetus testamentum finitur quarta folii 359 columna, linea 35, cui subiectum legitur capitalibus litteris impressum:

HIE HAT EIN END DAS AN-
DER BVOCH MACHABEORVM.

Haec verba figura subsequitur. Prima columna folii sequentis *hebt an die vorrede über Matheum.* S. MATTHAEI euangelium, quod duae praefationes, duaeque figurae praecedunt, in medio quartae columnae incipit. Euangelia excipiunt folii 413 prima columna *S.* PAVLI *epistolae*, epistolas *Apostolorum actus*, hos *Epistolae catholicae*, istas tandem *S.* IOANNIS *Apocalypsis*, cuius finis prima folii 456 columna, linea 19 adspicitur, & maioribus litteris impressum legitur, subnexum: DEO. GRACIAS. Sub his verbis adparet figura IESVM Cruci adfixum, B. V. MARIAM, & *S.* IOANNEM Euangelistam repraesentans. Reliquum primae paginae vacuum est. In auersa pagina occurrit index in duabus columnis, quarum quaelibet 43 tantum lineas exhibet, impressus, cuius initium ita sonat:

Hie hebt sich an ein Regifter über die bucher
der Bibeln wie vil ieglichs buch Capi. inhelt.

Quod ad impressionis tempus, locum, & typographum determinandum attinet, tantis sunt omnia circumfusa tenebris, vt nihil certi, immo vix aliquid verisimilitudinis detegi queat. Cl. NAST quidem, ex paginarum numero in primis germanicis Bibliis editionis tempus esse constituendum, arbitratur. Si igitur hoc fundamentum firmum staret, tertius praesentibus locus esset concedendus, & ante annum 1470 typis euulgata, credendum foret, dum Mo-

guntina 403, Argentina 405, & Auguſtana, intra annos 1470 — 73 in lucem emiſſa, 513 folia complectuntur. Aſt hoc NASTII fundamentum nullius eſſe valoris, ſequentia argumenta comprobabunt. Auguſtana ideo amplius requirebant volumen, & maiorem foliorum numerum, quod litteris longe maioribus, ac pinguioribus quam noſtra, Moguntina, & Argentina, ſint expreſſa. Si enim eiusdem formae typo, vt iſta, eſſent excuſa, certe minor foliorum numerus iisdem ſuffeciſſet. Dein ſi quoque NASTII fundamento aliquid ineſſet valoris, praeſentem editionem omnium primam eſſe, dicendum foret. Quantum enim ſpatii occupant figurae per integrum opus adparentes, quarum quaelibet fere tertiam columnae partem implet? Quantum ſpatii tituli, & clauſulae librorum, capitulorumque adnotatio, quae in prioribus penitus deſiderantur,requirebant? Accedit, quod non eiusdem ſit cum illis amplitudinis, ac quaelibet columna tantum 54 lineas complectatur, dum priores editiones 60 & 61 exhibent. Itaque ſi typographus illis ſpatiis tam amplis ad imprimendum vſus fuiſſet, ſi longiorem adhibuiſſet papyrum, ſi 60 & 61 lineis quamlibet impleſſet columnam, certe minor foliorum numerus ad haec Biblia excudenda eidem ſatis fuiſſet. Cl. PANZER tam in *Notitia Bibl. Germ.* l. c. quam in *Annalibus* nuper editis tertium locum iisdem attribuit, atque ante annum 1470, conſiderata externa eorum facie, in lucem prodiiſſe, adſerere haud dubitat.

Impreſſionis locum, aut typographum aeque parum determinare audeo. Nam typus, quamquam omnem eumdem cognoſcendi conatum impendiſſem, ita mihi adhuc ignotus eſt, vt nihil ex eo quoad typographum, aut impreſſionis locum coniicere valeam. Cl. PANZER in *Not.* l. cit. ob litterarum ſimilitudinem, niſi figurae illum deterruiſſent, aut MENTELIO, aut FVSTO, & SCHOEFFERO; & in *Annalibus Conrado* FYNER Eſslingenſi typoprapho editionem hanc adſignaſſet; aſt longe aberaſſet vir ille perdoctus, dum luce clarius patet, characteres Bibliorum praeſentium longe a characteribus Argentinenſium, & Moguntinorum diſcedere, ac parum admodum ſimilitudinis cum *Conradi* FYNER habere. Magis eos accedere ad *Ioannis* BAEMLER typographi Auguſtani typum, ex adcurata collatione didici. Fauent Auguſtanis magis, quam aliis figurae ligno inciſae; conſtat enim ex PANZER *Notit. Bibl. germ. l. cit.* & egomet comparatione ſolerter inſtituta expertus ſui, easdem prorſus *Antonium* SORG typographum Auguſtanum Bibliis germanicis anno 1477 typis excuſis inſeruiſſe, quod tamen de nullo alio hucusque typographo dici potuit.

Duo praecipue ſunt, quae editionem praeſentem maxime commendant, & bibliothecarum cimeliis adnumerari ſuadent, eius nimirum ſumma antiquitas, & altum, quod de eadem Bibliographi etiam praeſtantiores tenent, ſilentium, dum, teſte Cl. PANZER, praeter Ill. aeque, ac Doctiſſimum *S.* BLASII Principem DD. *Martinum* GERBERT nullus alius de ea mentionem fecit.

CLXIV. Biblia latina, ſine loci, anni, & typographi indicio, quae a multis anno 1466. Auguſtae per Ioan. Bämler impreſſa dicuntur. T. II. in fol. mag.

Nunc ad Biblia deſcribenda deuenio, de quorum impreſſionis loco, anno, & typographo, qui ea prelo ſubiecit, diu iam inter eruditos, quin vna, aut altera pars litem penitus dirimeret, diſceptatum fuit. Alii Auguſtae Vindelicae anno 1466 a *Ioanne* BAEMLER fuiſſe impreſſa adfirmant; alii contra BAEMLERO abiudicare, & EGGENSTEINIO Argentinenſi typographo vindicare, haud dubitant. Itaque, cum ad litem qualemcunque perfecte dirimendam omnibus numeris abſoluta requiratur rei cognitio, priusquam ad vtriusque partis virorum argumenta proferenda, ac ponderanda progrediar, eadem adcuratius, ac prolixius adumbrare conabor.

Haec

Haec Biblia ſunt plane eadem, quorum Cl. MASCHIVS Vol. III. P. II. §. XIII & XXII p. 73 & 80. *Edit. Bibl. S. Le Long* meminerat. Conſtant duobus tomis, quorum primus folia 249, & ſecundus 244, itaque integrum opus 493 complectitur. Quaeuis pagina in duas eſt diſtincta columnas, in quibus ſingulis integris 45 lineae numerantur. Diſtinctionis ſigna tria obſeruaui, punctum ſcilicet, colon, & interrogationis ſignum. Littera Iod pro puncto lineolam ſibi oſtendit impoſitam. Signaturae, cuſtodes, & paginarum numeri deſiderantur. Tituli nec libris, nec capitibus conſpiciuntur praefixi; ſed tamen pro librorum titulis manu inſerendis ſpatium vacuum reliquit typographus. Litterae initiales tum auro ſplendidae, tum variis coloribus depictae maxime praeſentem extollunt editionem. Charta eſt firmitate pergameno non multum abſimilis, & alba, ſed minus polita. Chartarii ſignum adparet caput bouinum, inter cuius cornua ſtilus in crucem deſinens exſurgit. Typus, quo excuſa ſunt, eſt gothicus maiuſculus, ſatis pinguis, & ſculptus, a tabula I. Num. VII exhibitus.

Biblia ſine titulo incipiunt ab HIERONYMI ad PAVLINVM Presbyterum epiſtola, cuius initium ita ſonat:

Rater ambroſius tua
mihi munuſcl'a uſe-
rens. detulit ſimul &
ſuauiſſimas lr̃as. que
a pn̄cipio amicicia4.
fide3 pbate iam fidei &c.

Prima columna paginae primae 42 complectitur lineas, ſecunda 45, cuius duae vltimae ita ſonant:

& om̃e3 altitudin̄e ſe adu'ſus ſci-
entiā dei: & captiuātes om̄em intellcc̄tū ad

Epiſtola finitur tertia columna folii tertii, linea 33, quam prologus in *Pentateuchum*, cuius finis prima folii 4 columna, excipit. Secunda eiusdem folii columna inchoat liber *Geneſis*, cui quarta columna folii 23 linea 29 finis imponitur. Linea trigeſima impreſſa liber *Exodi* initium ſumit, cuius verba ſunt: *Ec ſūt nom̄a filio4 iſrahel.* Liber ſecundus *Regum* folii 124 prima columna terminatur; reliquum vero folii vacuum eſt. Folii 125 prima columna incipit tertius liber *Regum. Pſalterium*, praemiſſo prologo, ſecunda folii 226 columna, linea prima incipit. Pſalmis nec titulus, nec numerus eſt praefixus. Initiales quoque verſuum litteras a typographo omiſſas, miniculator rubro colore adſcripſit. Pſalmi, quorum 150 numerantur, tertia columna folii 249, linea 41 terminantur. Duae vltimae lineae ita ſonant:

eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiri-
tus laudet dominum. Alleluia.

Tomus ſecundus incipit a *Parabolis* SALOMONIS, quibus prologus, integram primi folii primam columnam implens, praemiſſus eſt. Illae ſecunda columna folii noni, linea 45 finiuntur. Folii 81 ſecunda columna, linea 34 liber BARVCH deſinit; reliquum folii vacuum adparet. Folii 82 impreſſi prima columna incipit prologus in EZECHIELEM. Veteri teſtamento ſecunda columna folii 147, linea trigeſima finis imponitur. Tertia columna ſequitur primus prologus in MATTHAEI *Euangelium*, quod ſecunda folii 148 columna linea ſexta initium ſumit. Folii 192 ſecunda columna Euangelia excipit *S.* PAVLI epiſtola ad *Romanos. Apocalypſis* terminatur quarta columna folii 244, linea ſeptima, cuius verba ſunt:

Gr̃a dn̄i noſtri iheſu criſti cū omnibus vobis.

Biblia haec fuiſſe anno 1466 a *Ioanne* BAEMLER Auguſtae Vindelicae typis excuſa, vix non ad noſtra vsque tempora communis eruditorum duobus inniſorum fundamentis opinio erat. Primum eſt *Achillis Pirminii* GASSARI Medici Auguſtani narratio; quam in ſuis annalibus,

libus, quorum autographon nostram exornat Bibliothecam, nobis ille reliquit. Ad annum enim 1466 sic scribit: *Hocce anno item euulgauit Baemlerus Augsburgi nostro sacra Biblia latina noua typographica arte, quam Ioes Fustius apud Moguntiacum Rheni metropolim ante 14 annos primus hominum adinuenit.* Huic viro subscripserunt *Martinus* CRVSIVS in *Annalibus sueuicis*: ADAMVS in *Vitis Germanorum Philosophorum*: *Carolus* STENGELIVS in *Commentario Rer. August.* & fere omnes, qui de arte typographica tractarunt. Secundum est illa notitia, quae in exemplari in Brunsuicensi Bibliorum collectione extante ad Psalmorum finem coeruleo colore a manu antiqua admodum adiecta habetur, quae huius tenoris est:

Bamler 1466.

Hoc quoque documentum suos habet patronos, & quidem ex non infima eruditorum classe, qui illo conuicti, Augustae, ac *Ioanni* BAEMLER honorem istum, Biblia iam anno 1466 eum impressisse, attribuere haud dubitarunt. Hi sunt clarissimi Viri KNOCH in *Notit. de Bibliorum Brunsuic. collect.* p. 744. WIDEKIND *de rar. libris.* p. 552. CLEMENT. *Biblioth. curieuse.* T. IV. p. 87. MEERMANN *Origin. typogr.* T. II. p. 285. MASCHIVS in *Edit. Bibl. S. Le Long. Vol. II.* P. II. p. 73. §. XIII.

Quis fieri posse arbitretur, vt tantae testium, & quidem celeberrimorum multitudinini aliquis contradicere auderet? Opposuere se tamen anno 1727 *in nouis litterariis Lips.* KRAVSIVS quidam, & post hunc *Iacobus* BRVCKERVS in *Origin. typogr. August.* p. 364 dicens „ passum hoc loco GASSARVM aliquid humani esse, & vel traditionis incertae rumore, vel „ narrantis fide non satis explorata, bona fide, sed incauta attentione, istam narratiunculam „ suis Annalibus intulisse. „ Insuper addit BRVCKERVS perspicuum esse, GASSARVM a CRVSIO pariter, & ADAMO fuisse exscriptum. Sententiae suae asseclam habuit BRVCKERVS *Wolfgangum* PANZER, & hic Cl. ZAPFIVM. Cl. PANZER in *Descript. Bibl. August.* p. 2 & 3 rationibus a BRVCKERO adlatis haec adiunxit; scilicet; non exiguo dubio subiectum esse, an BAEMLERVS qui primum anno 1472 typographico innotescit monumento, isto tempore iam Augustae commoratus fuerit. Dein cum virorum istorum sententia solummodo notitia illa ad finem Psalmorum adiecta, quam supra attulimus, nititur, & notitiae eiusmodi potissimum sublestae fidei sunt; hinc Bibliis istis eorum existentiam abiudicare, merito arbitratur. Tandem idem Eruditus vir suspicatur, eadem Biblia in EGGENSTEINII officina prelo subdita fuisse. Cl. ZAPFIVS, vt iam in Animaduersione praeuia, librorum Augustae impressorum descriptioni praemissa, differui, ita argumentatur: Nullum opus in medium proferri potest, quod *Ioannes* BAEMLER eodem typo, quo Biblia ista impressa sunt, excuderat: itaque nec Biblia haec ab illo prelo commissa fuisse, credendum erit.

Haec sunt virorum rei litterariae peritissimorum pro vtraque sententia fundamenta, quae nos ad quamlibet partem attrahendi sat ponderis habent. Diutius egomet dubius haesitans, ab vna parte ad alteram titubabam, donec tandem *Panzerianae* fauere statuissem, ea potissimum conuictus ratione; eoquod mihi persuasum esset, characteres, quibus Biblia impressa sunt, vel eosdem esse cum *Eggensteinianis*, vel illis simillimos; a *Baemlerianis* vero longe diuersos. Ast cum meae sententiae conceptae firmitatem, antequam eam chartae committerem, ex omni parte ponderarem, eam infirmis admodum fundamentis, ac labilibus positam esse expertus, a priore sententia discedere, aliis, & grauioribus rationibus coactus fui. Dico itaque, Biblia praesentia ex EGGENSTEINII officina in lucem non prodiisse.

Omnes eruditi absque vlla dubitatione adsentiuntur, Biblia ab *Henrico* EGGENSTEIN Argentinae anno 1468 typis fuisse euulgata, eoquod in exemplari, quod in Bibliotheca Ordinis *S.* IOANNIS *Hierosolymitani* extat, & cuius WEISLINGER in eiusdem Bibliothecae Catalogo meminit, ad finem Psalmorum manu coaeua adscriptum legitur: *per mgrm Henricum Eggenstein*

Anno

Anno LXVIII. Ast nostra ab his haud parum discedunt; diuersitas enim iam in secundae folii primi columnae lineis vltimis adparet, vti ex MASCHIO l. c. discimus.

Biblia Baemleriana	*Biblia Eggensteiniana*
& oīm3 altitudivē se adu'sus sci-	*& omnē altitudinē extollentē se ad-*
entiā dei: & captiuātes oīem intellectū aa	*uersus sci-*
	entiā dei: & captinātes omē intel-
	lectum ad

In vltimo apocalypseos, columnae, & lineae sibi respondent; verum in ipsis lineis non idem est verborum numerus.

Baemleriana	*Eggensteiniana*
deus sup illum plagas scriptas in libro isto	*deus sup illū plagas scriptas in libro isto:*
& si quis diminuerit de verbis libri prophe-	*& si quis diminuerit de verbis libri prophetie*
tie huius. auferet deus partē eius de libro vi-	*huiꝰ. auferet deꝰ partē eiꝰ de libro vite & de*
te & de ciuitate sancta.& de hiis q̄ scripta sunt	*ciuitate sancta:& de hys q̄ scripta sunt in libro*
in libro isto. Dicit qui testimonium phibet	*isto. Dicit qui testimoniū phibet isto4 Etiā*
isto4 Etiā venio cito amē. Veni dn̄e ihesu	*Venio cito amen. Veni dn̄e ihesu. Gratia do-*
Gr̄a dn̄i nostri ihesu cristi cū omnibus vobis.	*mini nr̄i ihesu cristi cū omnibus vobis amē.*

Quoad foliorum quoque numerum, teste MASCHIO, hae duae editiones inter se discrepant; praesens enim folia 493; *Eggensteiniana* 492 numerat.

Neque typus nostrorum Bibliorum EGGENSTEINIO fauet; quippe cum typum tam Bibliorum, quem tabula I. N. VII, quam EGGENSTEINII, quem eadem numero IV exhibet, delineatum, saepius, ac adcuratius inter se comparassem, non solum parum similitudinis, immo & multum discriminis in vtroque inueni, & Bibliorum typum propius ad Moguntinensem, quam Argentinensem accedere, expertus fui. Itaque quamdiu firmo argumento, EGGENSTEINIVM duplicis generis Biblia typis euulgasse, ac iisdem characteribus, quibus praesentia excusa sunt, fuisse vsum, probari nequit, tamdiu immotus in mea perseuerabo sententia, Biblia haec non ab EGGENSTEIN, sed a *Ioanne* BAEMLER Augustae Vindelicae typis fuisse excusa.

Quamuis nullo monumento typographico, BAEMLERVM his characteribus impressisse, exploratum sit; adsunt tamen alia argumenta, non ita infirma, ac spernenda, quae pro illo pugnant. *Achilles Pirminius* GASSARVS, qui anno 1505 Lindauiae natus, & Augustae medicam exercuit artem, vir, vt ipsi aduersarii nostri fatentur, in rebus historicis ennarrandis fidelis, BAEMLER *Augsburgi Biblia latine anno* 1466 *euulgasse*, testatur. KRAVSIVS, & BRVCKERVS, quos nostra aetate PANZER, ZAPFIVS, & alii secuti sunt, id negant, sed nullo alio fundamento, quam illo infirmo admodum, quod supra adlegauimus. Annon temerarium audit, tanquam certum adserere, GASSARVM *aliquid humani fuisse passum, & vel traditionis incertae rumore, vel narrantis fide non satis explorata, bona fide, sed incauta attentione istam narratiunculam suis annalibus intulisse*, quod tamen probatione eget? Annon Annalium auctor tempore viuebat, quo viri adhuc superstites erant, qui BAEMLERO, a quo anno 1492 *Cathonis Ethica* euulgata fuit, coaetanei, ab ipso quoque forsitan edocti, quaenam opera, quoque tempore impresserit, illi eadem narrare potuere? Annon illa aetate Augustae commorabatur, quo plures typographi, ex quibus absque dubio vnus, aut alter artem typographicam a BAEMLERO vel didicit, vel eam in eiusdem officina exercuit, viuebant, qui de initio, & progressu typographiae Augustanae, de operibus ibidem impressis ab ipso magistro suo instructi, *fide explorata, certa traditione, veritatem dicendi mente* de istis quoque GASSARVM instruxerunt? Itaque tamdiu GASSARI adsertioni adhaerendum, quamdiu contrarium aeque vetusto fundamento historico, & domestico probari nequit; in sanae enim critices regulas peccaretur,

retur, si, argumento adfirmatiuo scriptoris propemodum synchroni relicto, negatiuo consentiretur.

Quaestio adhuc oritur, num Biblia praesentia illa sint, quae a BAEMLERO impressa, testatur GASSARVS? Illa eadem esse, argumento peruetusto, ac forsan coaeuo, quo GASSARI narratio adprime confirmatur, monstrabo. Biblia praesentia sunt plane eadem, quae in Brunsuicensi Bibliotheca adferuantur, & a Cl. MASCHIO l. cit. descripta fuere. Sed in isto exemplari ad Psalmorum finem tam annus 1466, quam typographus BAMLER a manu peruetusta caeruleo colore adscripti leguntur; nostra ergo etiam ab illo in lucem emissa fuisse, coniicere erit. Scio equidem, eiusmodi subscriptiones a viris eruditis subléstae fidei adpellari, ex quibus nihil certi erui potest. Ast si hoc argumentum aliquid valoris haberet, omnes miniculatores vt viri suspecti, vt falsarii, vt posteritatis deceptores accusandi essent, quod tamen generatim adfirmare, magnae temeritatis indicium esset. Dein vnde scimus, Biblia fuisse ab EGGENSTEINIO anno 1468 typis excusa, nisi ex tali subscriptione? Si itaque nomen EGGENSTEIN illorum impressorem denotat, & nomen BAEMLER nostrorum impressorem denotare dicendum erit. Tandem si nota anni 1466 vt falsa relici nequit, neque nomen typographi suspectum adspici poterit. Ast illam vt falsam declarare, difficultate haud carebit, dum istud anni indicium non solum in exemplari Brunsuicensi, sed in illo quoque, quod in Bibliotheca Collegii ad S. Saluatorem Augustae adferuatur, & egomet propriis oculis perlustraui, ad finem *Apocalypsis* sequentibus rubro colore adiectum habetur: *Anno LXVI.* Itaque vbi duo, & quidem diuersi, sed eodem tempore viuentes, nemine contradicente, in eadem re narranda consentiunt, maior est fides illis adhibenda, quam mille aliis reclamantibus, qui post plures, quam ducentos annos inter viuos versabantur. Adsertionem quoque nostram haud parum confirmant tot exemplaria, quae in nostrae regionis Bibliothecis extant. Nostra Bibliotheca duo adhuc ante tres annos possederat; Porro praeter haec vnum inuenitur apud Canonicos Regulares ad *S.* GEORGIVM: alterum conspicitur in Collegio ad S. *Saluatorem.* Gaudent iisdem Bibliis Bibliothecae Imperialis Monasterii Vrsinensis, & Thierhauptani, & aliae, quas recensere, superuacaneum videtur.

Vnicum adhuc argumentum restat soluendum, quo aduersarii nostri ad sententiam nostram profligandam vtuntur; scilicet *nullum extat typographicum monumentum his characteribus a* BAEMLERO *excusum.* Quid vero ex hoc argumento prorsus negatiuo concludi potest? BAEMLERVM typo isto nunquam fuisse vsum? Facile id admitterem, si Biblia ista intra tertium decennium, id est, ab anno 1472 — 80 fuissent euulgata; ast cum illa iam in secundi decennii medio in lucem prodiisse, omnes antiquitatis notae, quibus illa gaudent, testentur, huic fundamento inhaerere non licet. Veritati enim omnino consonum est, rei typographicae tyrones magistros suos relinquentes, & ad alium locum se conferentes, vel characteres ab illis iam sculptos, vel eorum formam saltem, ad quam isti sibi nouos sculpsere, vel furtim, vel facultate ad id obtenta secum tulisse, iisdemque prima artis illius tentamina in lucem emisisse, donec sibi nouam vel sculpendi, vel fundendi formam effinxerint, nouosque characteres multo labore, ac sumptu compararint. Id a BAEMLERO nostro fieri potuisse, nemo inficiabitur. Quod autem nullum aliud opus, praeter haec Biblia, iisdem excuderit, ex sequentibus rationibus id factum fuisse, mihi videtur: characteres, hoc voluminoso opere imprimendo forsitan ita adtriti fuere, vt ad vlteriorem vsum maxima ex parte inutiles effecti fuerint; vel BAEMLERVS, Bibliis impressis, exemplo aliorum typographorum, quorum quemlibet propriam characterum formam habuisse, nouimus, propriam quoque eorum sibi effinxit, iisdemque excudendo nomen suum propagare studuit.

Haec est mea de Bibliis Baemlerianis sententia, ad quam amplectendam me tam documenta synchrona, quam proxime synchrona, a tot viris eruditione praeclaris paucis contradicen-

dicentibus, adprobata, & argumenta a sanae critices regulis petita pertraxerunt; cui tamen subscribere neminem, nisi illum, qui iisdem mecum conuictus erit, cogere volo.

CLXV. Nicolai de Lyra Commentarius moralis super potiores S. Scripturae libros. in fol. mag.

Integrum hoc opus folia 224 complectitur: caret litteris initialibus, signaturis, custodibus, & paginarum numeris. Singulae paginae duas continent columnas, quarum quaeuis integra 57 lineas exhibet. Distinctionis signum praeter punctum nullum aliud obseruatur. Charta est firma quidem, sed minus polita. Typus, quo impressum, est plane idem, quo pag. 31. N. XXIX. *Guil.* DVRANTI *Rationale diuinorum officiorum* impressum fuisse, diximus, ex quo, ab eodem *Georgio* HVSNER & hoc prelo commissum fuisse, colligere est. Ast quoniam illud, librorum a HVSNER impressorum descriptione iam impressa, inuenissem, hic locum illi dare, coactus fui.

In fronte primae columnae legitur: *Incipiunt moralia super totam bibliam fratris nicolai de lira de ordine fratrum minorum sacre theologie venerabilis doctoris. Prologus.* Hic tertia folii primi columna, linea sexta terminatur, ad cuius finem legitur: *Igitur in nomine domini nostri iesu christi incipiam a libro genesis & per alios consequenter discurram quamdiu dominus donabit sua gratia mihi vitam.* Sequitur dein expositio capituli primi *Genesis*. Tertia columna folii 91 linea 3 *Explicit liber iob*, & immediate *Incipit expositio mistica super librum psalmorum*, hanc folio 125 expositio super ISAIAM; libros enim SALOMONIS, eoquod morales essent, omisit. Prophetarum expositione peracta, folio 174 *Incipit moralis postilla super quatuor euangelistas. &c. primo super matheum* &c. Ad finem Euangelii IOHANNIS legitur: *Epistolas pauli & septem canonicas pertranseo quia totum est simpliciter morale.* Folii 214 quarta columna, linea 5 *Explicit Apocalypsis.* His verbis subiectum legitur: *Post libros biblie canonicos ad non canonicos manum mitto*, inter quos Libros THOBIAE, IVDITH, & duos priores MACHABEORVM numerat. Terminatur hoc opus tertia columna folii 224, linea 23, cui subnexum habetur: *Expliciunt postille morales seu mistice super omnes libros sacre scripture. exceptis aliquibus qui non videbantur tali expositione indigere. Igitur ego frater nicolaus de lyra de ordine fratrum minorum deo gratias ago qui dedit mihi gratiam hoc opus incipiendi & perficiendi. anno domini m. ccc. xxxix. in die sancti georii martiris. Rogo etiam eos qui studuerint in hoc opere quatenus deum pro me deprecentur qui actor est omnis boni.*

Hac de editione mentionem fecere viri clarissimi *Frid.* FREYTAG *Adpar.* T. II p 735 & BAVR T. II. *Bibl. vniuers.* p. 333 eamque rarissimis adcensere, haud dubitarunt.

Libri anni nota instructi, & ab anno 1468 vsque ad 1479 impressi.

Anno MCCCCLXVIII.

Meditationes vitae, & passionis Iesu Christi. Augustae per Guntherum Zeyner an. 1468. in fol.

Integrum hoc opus 71 foliis constat: chartae densae, albae, ac nitidae typo gothico, & perelegranti, quem tabula II. N. IV. exhibet, impressum. Chartularii signum sunt claues duae decussatae. Signaturae, custodes, & paginarum numeri desiderantur: litteras initiales rubro colore adscripsit calligraphus. Interpunctionis signa obseruantur punctum, & coma. Quaeuis pagina 35 complectitur lineas.

Primum folium materiarum index occupat, quem secundo folio absque titulo, aut inscriptione prologus excipit, cuius initium ita sonat: *Inter alia virtutum & laudum preconia de beatissima virgine cecilia legitur quod euangelium christi semper absconditum portabat in pectore.* Post pauca deinde pergit: *Simile tibi suadeo faciendum, super omnia namque spiritualis exercicii studia hoc magis necessarium magisque proficuum credo & quod ad excelsiorem gradum perducere possit, Nusquam enim inuenies vbi sic doceri contra vana blandimenta possis & caduca, Et contra tribulaciones & aduersa contra hostium temptamenta & vicia sicut in vita domini ihesu que fuit absque defectu perfectissima.* &c. Prima pagina tertii folii, linea vndeuigesima *Explicit prologus*, ac immediate in eadem linea sequitur: *de meditacionibus eorum que precedebant incarnacionem. Et primo de sollicita pro nobis intercessione.* Prima folii 53 pagina, linea 28 ad finem deducitur meditatio *de iis*, *quae hora sexta & nona contigere*: auersa vero vacua est. Dein folio 54 incipit meditatio *de mora domine nostre iuxta crucem circa horam vespertinam.* Auersa folii 63 pagina denuo vacua adparet, & sequenti folio incipit meditatio de octaua Iesu Christi adparitione, cuius titulus ad prioris folii primae paginae finem legendus est. Ad calcem operis legitur:

Impressum est hoc presens opusculum in augusta per me Gintherum
dictum Zeyner de reutlingen. iiii ydus marcii. Anno Lx octauo.

Hoc primum est opus Augustae impressum, ex quo nobis tam locus, quam impressionis annus, ac typographus innotescit. Eius editio merito rarissimis adnumeratur, cum & Bibliographorum principes eamdem ignorarunt.

Quisnam meditationum istarum sit auctor, multum disceptare nolo. Cl. ZAPFIVS in suis *typographiae August. Annalibus* has *Thomae* de KEMPIS scilicet eas cum libris de *imitatione Christi* confundens adiudicauit; sed errorem suum in *Bibl. suae Memorabil.* p. 337 diluere studuit. In nostri exemplaris fronte titulus quidem adfixus est: *Nic. Dinckelspihl Meditationes vitae Christi.* Ast nec FABRICIVS in *Bibl. Eccles.* nec CAVEI historiae Ecclesiasticae scriptorum continuator, nec OVDINVS, nec alii easdem DINCKELSPIHL composuisse, memorant.

Anno

Anno MCCCCLXIX.

I. Plinii Secundi Nouocomensis Historiae naturalis Libri XXXVI. Venetiis per Ioannem de Spira anno 1469. in fol mag.

Opus hoc splendidissimum folia 355 complectitur, superbit tum typi romani nitore, tum chartae munditie, albedine, ac firmitate, in qua typographus amplas reliquit margines. Initiales quoque litterae, quae partim deauratae, partim diuersis depictae coloribus, editionem praesentem maxime exornant. Signaturae nullae adparent, nulli custodes, aut paginarum numeri. Signa distinctionis praeter punctum occurrunt quoque duo puncta, & interrogationis signum. Verba graeca aut omisit typographus, aut corrupte admodum, & quidem latinis litteris expressit, vti patet ex libri sexti capite 58, ad cuius finem legitur: *Xaxipeui canece comai coekpturae trata vna ciezica.* Librorum, ac capitum tituli desiderantur, & vnum ab altero spatio exiguo vacuo relicto distinguitur. Opus libros XXXVI comprehendit, cui breuis auctoris biographia ex SVETONIO de *viris illustribus* desumta praemissa est; cum breuis sit, ac haud exigua eruditione referta, hic eam adscribere, non indignum iudicaui.

Plinius secundus nouocomensis equestribus militiis industria functus: procurationes quoque splendidissimas atque continuas summa integritate administrauit. Et tamen liberalibus studiis tantam operam dedit: vt non temere quam plura in otio scripserit. Itaque bella omnia que vndique cum romanis gesta sunt. XXXVII. voluminibus comprehendit. Item naturalis historie XXXVII libros absoluit. Periit gadis campanie. Nam cum misenensi classi preesset & flagrante Veseuo: ad explorandas propius causas liburnicas pretendisset: neque aduersantibus ventis remeare posset: vi pulueris ac fauille oppressus est: vel vt quidam existimant a seruo suo occisus: quem deficiens estu vt necem sibi maturaret orauerat hic in his libris XX. millia rerum dignarum ex lectione voluminum circiter duum millium complexus est. Primus autem liber quasi index XXXVI. librorum sequentium consumationem totius operis & species continet titulorum.

Paruo spatio interiecto incipit auctoris praefatio ad Imperatorem VESPASIANVM, cui opus suum improbo labore collectum dedicauit. Praefatio secundi folii prima pagina, linea 42 terminatur, quam immediate totius operis index excipit. Prima pagina folii 19 primus inchoat liber sequentibus verbis: *Mundum & hoc quod nomine alio celum appellari libuit.* Finitur auersa folii 33 pagina, linea 24. Auersa pagina folii 352 vacua est, & textus decimi capitis libri 36 secundum editionem Venetam *Nicolai* IENSON ab illis verbis: *Ponticas deprehendit lentias,* vsque ad verba: *repercussos in parietem elidant*, deficit. Vltimum operis caput abruptum est, & sequentibus absoluitur verbis: *priusquam ad oculos perueniat desinens nitor.* His verbis sequentes subiecti habentur versus:

Quem modo tum rarum cupiens vix lector haberet &:
Quique etiam fractus pene legendus eram:
Restituit Venetis me nuper Spira Ioannes:
Exscripsitque libros ere notante meos.
Fessa manus quondam moneo: Calamusque quiescat.
Namque labor studio cessit: & ingenio.
M. CCCC. LXVIIII.

Summae esse raritatis hoc opus, omnes fatentur Bibliographi; immo de eodem vel hinc quoque iudicium ferri potest, quod, vt Cl. SCHELHORNIVS in Adnot. *ad Angeli Mariae Card.* QVIRINI *de opt. script. Edit. librum singularem* p. 177 habet, „centum duntaxat exemplaria

 „fuisse

„ fuisse excusa, versus operi AVGVSTINI *de ciuitate Dei*, quod idem *Ioannes* imprimere coe-
„ pit, *Vindelinus* autem eius frater an. 1470 ad finem perduxit, subiecti docent:

Qui docuit Venetos exscribi posse Ioannes
Mense fere trino centena volumina Plini.
Et totidem magni Ciceronis Spira libellos
Coeperat Aureli, subita sed morte peremptus
Non potuit coeptum Venetis finire volumen.
Vindelinus adest eiusdem frater & arte
Non minor, Hadriacaque morabitur vrbe.

Principem locum huic editioni, nemo litteratorum praeter BEVGHEMIVM, qui primam Veronae 1468 in *Incunab. typograph.* p. 110 in lucem prodiisse adfirmat. Cl. MAITTAIRE efficaci argumento illum T. IV p. 280 refutasse sibi visus est, dicens: „ IOANNEM *Veronensem* „ dissertatio verbis adfirmare, VALTVRIVM *de Re Militari* librum elegantissimum litteris & fi- „ guratis signis, sua in patria primum impressisse anno 1472. Ast, vt bene animaduertit Eminent. *Angelus* QVIRINI in *lib. sing. de opt. script. Edit.* per SCHELHORN cum adnotationibus edito p. 178. „ Argumentum huiusmodi non adeo efficace est, quin potius infirmum, cum aliud „ prorsus sit *Valturium* editum primum fuisse Veronae anno 1472, aliud vero eo anno impri- „ mendi artem Veronae coepisse primum. „ Maioris ponderis argumentum est illud; quod scilicet nemo illam Veronensem, nec auctor *Veronae illustratae* quidem vidisset. Hic quoque autumat, eamdem Venetiis anno 1469 perfectam, Veronae anno 1468 inchoari potuisse, impressoribus Verona-Venetias aduolantibus. Insuper si PLINIVS Veronae an 1468 typis fuisset excusus, versuum nostrae editioni adiectorum auctor, lectorem tam rarum librum vix habiturum, conqueri haud potuisset.

HARDVINVS quoque in *Prooemio Editionis suae Plinianae* nobis contrarius videtur, cum primam omnium, quae extant, *Ioanni* ANDREAE Aleriensi Episcopo attribuit. Ast facili argumento refutatur; IOANNES enim Aleriensis suam epistolam dedicatoriam, quae in editione Romana an. 1470 & in Veneta an. 1472 reperitur, ad PAVLVM *II.* P. M. sexto eiusdem Pontificatus anno scripsit: PAVLVS vero anno 1464 Pontifex est creatus; itaque & epistolam primum anno 1470 ab Aleriensi scriptam fuisse, dicendum erit.

De alia huius operis editione aeque splendida gloriatur Bibliotheca nostra, a *Nicolao* IENSON Venetiis anno 1472 adornata, de qua suo loco differemus. Qui de aliis editionibus notitiam habere cupit, illam ex FABRICII Bibl. lat. T. I p. 501 & seqq. haurire poterit, vbi tredecim seculo XV typis euulgatas recenset.

II. S. Thomae Aquinatis Commentarius in Librum IV. Sententiarum Petri Lombardi, seu quartum scriptum S. Thomae. Moguntiae per Petrum Schoiffer anno 1469. in fol. mag.

Incipit hoc opus, foliis 274 constans, sine omni titulo, aut inscriptione sequentibus verbis: *Misit verbum suum & sanauit eos & eripuit eos de intericionibus eorum.* Impressum est in duabus columnis, quarum quaeuis sexaginta exhibet lineas, charactere gothico minusculo. Charta est firma quidem, sed minus alba, & polita, duabus chartarii signis instructa, nimirum littera D, quam stilus ex vna parte in annulum, ex altera in crucem desinens secat, & capite bouino, inter cuius cornua stilus in stellam desinens exsurgit. Tituli distinctionum, aut quaestionum nulli adparent; attamen harum numerus a typographo est indicatus. E. g. *Qo* 1. Custodes, signaturae, paginarum numeri, ac initiales litterae desiderantur. Terminatur opus prima folii 268 columna, linea 38. Columna secunda inchoat quaestionum in hoc

opere

opere pertractarum index, qui prima columna folii 274. linea 38 definit. Huic sequens subscriptio, maioribus litteris, rubroque expressa colore, subiecta est:

Preclarum hoc opus quarti scripti sci thome de aquino. Alma in vrbe mogutina. inclite. nacois germaice. quam dei clementia tam alti ingenii lumine. donoque gratuitu. ceteris terrarum nacionibus preferre. illustrareque dignata est. Artificiosa quadam adinuencione imprimendi seu caracterizandi absque vlla calami exaracione sic effigiatum. & ad eusebiam dein industrie est consummatum. per petrum Schoiffer de gernsshem. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono. Tredecima die Iunii. Sit laus deo.

His verbis scutum gentilitium rubro colore expressum subnectitur.

Haec est prima huius operis editio, cuius Cl. MAITTAIRE T. IV p. 281 meminit; sed de eius existentia, quia eam non viderat, dubitare videtur. Alii vero Bibliographi etiam prestantiores de ea silent.

Anno MCCCCLXX.

I. S. Hieronymi Stridon. Presbyteri Epistolae, & tractatus. Romae per Conradum Schweynheim, & Arnoldum Pannartz anno 1470. Vol. II. in fol. mag.

Haec *S.* HIERONYMI scripta duobus contenta tomis, papyro magnae, albae, nitidae, firmae, & laeuigatae, in qua typographus amplas reliquit margines, charactere romano, ac pereleganti impressa extant. Signaturae nullae occurrunt, nulli custodes, nullique paginarum numeri. Interpunctionis signa praeter punctum obseruantur quoque colon, & interrogationis signum. Littera Iod nec punctum, nec lineolam sibi habet impositam. Diphtongi *ae*, & *oe* per simplex *e* exprimuntur. Quod autem praecipue hanc editionem exornat, sunt litterae initiales auro insignes, & diuersis coloribus depictae.

Tomus primus folia 298, & 118 epistolas complectitur. Incipit ab Epistola *Ioannis* ANDREAE Aleriensis Episcopi ad PAVLVM *II* his verbis:

Io. Andree Epi Alerien. ad Paulum II. Venetum Pontificem Maximum in epistolarum diui Hieronymi primi voluminis recognitionem Epistola.

Sacrosanctam Romanam Eclesiam &c. In hac *Aleriensis* maxime commendat in colligendis libris, in bibliothecis erigendis, iidemque conseruandis tam Principum, quam Pontificum sollicitudinem. Explicata, quam ipse in recognitione veterum exemplarium adhibebat, diligentia, quamque in *A.* GELLIO, & in aliis pluribus ostenderet, narrat deinde, qua ratione amicorum hortatu, *D. Hieronymi libellos: epistolasque perplures mendose satis scriptas: & ex diuersissimis codicibus prius collectas in certum ordinem a doctissimo & optimo patre Theodoro Taruisino Epo redactas* sua diligentia emendatiuscule reddidisset, opportunissimo quidem tempore, *quo te summi pontificatus magestati presidente: merito in melius cuncta profectura non solum sperantur: sed etiam perspiciuntur.* Tandem summopere PAVLI Pontificatus felicitatem extollit, eoquod eius temporibus ad reliquas Dei gratias, hoc etiam felicitatis orbi christiano per introductam artem impressoriam munus accesserit, vt pauperrimus quiuis parua pecunia libros sibi c mpa-

rare

rare possit. Epistola haec folii secundi prima pagina, linea septima terminatur, quam tabula excipit, qua, vt legitur: *quid lectorem presenti volumine sperare queat: edocebitur.* Auersa folii quinti pagina, linea quinta sequitur *Diui Hieronymi uita que communiter legitur sub autore incerto. non satisfaciens meritis tanti doctoris.* Finitur ista prima folii noni pagina; auersa eiusdem vacua est. Folio decimo impresso incipit prima epistola, in cuius fronte legitur: *Expositio Symboli Ruffini Aquileiensis presbyteri ad Laurentium papam. In qua singulos articulos fidei noui & ueteris testamenti auctoritatibus confirmat. & hereses contrarias destruit. Epistola pma.* Ad calcem operis legitur: *Impressum Rome opus In domo Petri & Francisci de Maximis. iuxta campum flore. presidentibus Conrado Suueynheym & Arnoldo Pannartz. Anno domini natalis. M. CCCC. LXX. S. d. n. domini. Pauli II. Veneti Pont. Max. anno VI. Vrbe & Ecclesia florente.*

Tomo secundo, qui foliis 335 constat, & reliquas S. Doctoris epistolas, & tractatus continet, alia *Aleriensis* Epistola ad PAVLVM *II* praemissa est, quae ob suam eruditionem, ac multiplex emolumentum integra hic inseri merebatur; ast ne ob eius prolixitatem lectoribus meis nimis onerosus sim, tantum eiusdem synopsin paucis ante eorum oculos ponere, statui. I. Dirigit *Aleriensis* orationem suam tam ad Summum Pontificem, quam ad omnes litterarum studiosos, quos per suum improbum laborem, illis procurando editiones correctas, & in certum ordinem redactas, sibi deuinxisse credit, cum *tantum legendo breui morula fuerit quis assecutus, quantum ille multum vix diebus apprehendere ob rei difficultatem potuerit.* II. Sicut summopere homines omni in facultate consurgere cupit, ita suo, & S. Doctoris exemplo omnes ad scientiarum disciplinas accendere conatur. III. *Theodorum* GAZAM, qui ad explicandos graecorum locos eum haud parum adiuuit, splendidissimis laudum encomiis exornat: *Hic est* inquit, *meae nauigationis septentrio, absque Theodoro meo non magis quidquam adgredior, quam absque meo genio: omnem eo duce verius, quam comite, me prope dixerim in corrigendo impossibilitatem superatum ire posse confido: de quo vtinam maiora possem loqui.* Dein alicuius ignoti iudicandi praecipitantiam, atque insipientiam redarguit. IV. S. Doctoris scripta prolixo sermone laudat, & omni energia singulis commendat. *Qui alium, ait, praesente Hieronymo quaerit legere, cibario pane, relictis esculentorum deliciis cupit impleri.* V. Admonet omnes, vt quidquid temporis describendo insumsissent, nunc illud omne perdiscendo terant, plusque ament doctrinam, quam chartam, & sapientiae suppellectilem scriniis reclusam. VI. Gratias & Deo, & S. P. PAVLO *II* reddit, quod per artis typographicae introductionem, ignorantiam ex librorum penuria obortam fugasset, & apertum campum litterarum scientiis aperuisset.

Epistolam folio tertio epistolarum, & tractatuum index, quem folio nono impresso *Tractatus tertius secunde partis continens epistolares expositiones quorumdam psalmorum & Cantici Canticorum secundum Origenem e Greco traductum* excipit. Opus finitur prima folii 335 pagina, linea 42, cui subiectum legitur: *Impressum Rome opus In domo Petri & Francisci de Maximis. iuxta campum Flore. presidentibus magistris Conrado Suueynheym & Arnoldo panartz. Anno dominici natalis. M CCCC. LXX. S. d. n. domini Pauli II. Veneti Pontificis Maximi Anno VI. Vrbe & Ecclesia florente.*

Haec est secunda huius operis editio; primam enim anno 1468 ex eadem officina cura, & recognitione Episcopi Aleriensis in lucem prodiisse, testatur *Richardus* SIMONIS *Select. Epist. T. I. Epist. 4* *Dominicus* VALLARSIVS in *Praefat. ad Veronens. Oper. S Hieron. Edit.* & *Peregrinus Antonius* ORLANDVS *de Orig. & Progress. Typographiae.* Vnus *Ioann.* FABRICIVS in *Bibl. Lat.* P. II binas illas editiones pro vna eademque habens, priorem tantum tomum impressum tradit an. 14 8; posteriorem vero an. 1470. Cardinalis QVIRINVS *de optim. Script. Edit.* p. 122 ex diligenti collatione voluminum anno 147 notatorum cum alio, quod notam anni 1468 gerit, certiorem se fuisse factum scribit „ ipsa vnam eamdem componere editio-

„ nem,

„ nem, licet exemplaria nonnulla typographo libuerit anni 1468 indicio signare, reliqua ve-
„ ro, anni 1470 profecto vt venaliora redderentur. Ast Cl. AVDIFFREDVS in *Catalog. Edit. Rom.* p. 53 & 54 praesentem editionem nouum esse laborem *Conradi & Arnoldi*, aliumque plane ab eo, quem anno 1468 signarunt, ex pluribus vtriusque editionis differentiis, maxime in secundo volumine repertis, demonstrat. Paucas ex iisdem in lectorum gratiam hic adponam.

Differentiae quaedam inter secundum volumen Epistolarum S. Hieronymi editionis 1468 *&* 1470.

1468.	1470
Alerienfis Praefatio sine titulo impresso. - -	Cum titulo impresso.
I. Pag. eiusdem definit: *Humana sidera.* - -	Quae verba occurrunt 3 lin. p. 2.
II. Pag. definit: Iudicari ex quo. - - -	Occurrunt 3 lin. pag 3.
Praefatio cum tabula subiuncta occupat 15 integras lineas: 16 vacat. - -	Occupat 15 integras lineas & dimidium 16.
In opere.	
Nullus titulus impressus. - - -	Tituli impressi. -
I. Pag. incipit: *Rius te Cipriane.* - - -	*Rius te Cyprianae.*
Definit: *Hominem ad.* - - - -	occurrunt lin. 2 pag. 2.
In medio paginarum.	
III. Pag. circa medium: *significantius dicitur quam.* - - -	*Significantius dicitur* [illegible] *quem.*
Paulo inferius: *Hebraicum quod dicit: hoc est o deus.*	*Hebraicum quod dicit hoc est o deus.*

Differentiae in volumine primo.

Prima linea *Expositionis Symboli Ruffini* eodem modo definit in vtraque editione. Sequentes 13 diuersimode definunt in vna, & altera. Quae sequuntur 24 eodem modo definunt. Aliae duae his subiectae aliter finiuntur. *Liber primus contra Iouinianum* in edit. 1468 incipit fol. 23 verso, circa medium; in edit. 1470 fol. 24 recto, ad trientem circiter folii. Carmina, quae in duobus voluminibus occurrunt, in edit. 1468 sine distinctione imprimuntur; in altera vero cum distinctione. Haec ex AVDIFFREDI catalogo excerpta sufficiant, omnes illos tomos non sine vlla varietate excusos fuisse.

Quid de hac editione sentiendum, audiamus *Dominicum* VALLARSIVM vltimae operum *S.* HIERONYMI editionis procuratorem, qui in primi tomi praefatione sequenti tenore scribit.
„ Principem locum Romana obtinet editio, quam anno 1470 non ita pridem abs *Theodoro*
„ LAELIO Interamnensi, postea Taruesino Episcopo collectam, sub PAVLO *II.* Veneto ANDRE-
„ AS Alerienfis Episcopus, & Vaticanae Bibliothecae custos elegantissime concinnauit. Eam-
„ dem & biennio antea, quod tamen rarissime occurrit, inscriptam catalogi aliquot praefe-
„ runt, nos in Nouariensi bibliotheca vidimus, & in Colbertina adseruari SIMONIVS tradit.

Idem opus etiam Moguntiae eodem anno lucem adspexit. Conf. MAITTAIRE T. IV p. 286. WVERDTWEIN *Bibl. Mog.* p. 100.

II. M. T. Ciceronis Epistolae ad Atticum, Brutum, & Quintum fratrem cum Attici vita. Venetiis per Nicol. Ienson anno 1470. in fol.

Haec est elegantissima harum epistolarum editio, & merito bibliothecarum cimeliis adnumeratur. Constat foliis 180. Typi sunt rotundi, ac perelegantes. Charta est alba admodum, & firma, in qua amplae adparent margines. Desunt signaturae, custodes, & paginarum numeri. Initiales litteras rubro colore adscripsit calligraphus. Tituli nec libris, nec

 epi-

epistolis sunt praefixi. Distinctionis signa praeter punctum obseruantur colon, & interrogationis signum. Lineae in quauis pagina 39 numerantur. Graecus textus vbique est omissus, & typographus quandoque ad eum manu inferendum ampla reliquit spatia.

Primum obtinent locum epistolae ad BRVTVM, quae absque titulo his verbis, capitalibus litteris impressis, incipiunt: CLODIVS TRIBV. PLE. DESIGNATVS. Terminantur epistolae istae folio 14 linea 14. Spatio ampliori interiecto, sequuntur epistolae ad QVINTVM fratrem, in quarum libro secundo plures, & quidem haud exigui momenti errores irrepsere. Prima enim epistola decurtata est, & his verbis finitur: *quod senatus sentiret, se intelligere dixit, omnes vident.* Sex vltimae lineae de epistola secunda sunt adsumtae. Reliqua eiusdem pars in epistola secunda inuenitur, ab illis verbis: *Milo coepit dimittere.* Ita & aliae huius libri epistolae sunt inuicem intermixtae, adeo quidem, vt non plures, quam octo, integrae, & incorruptae inueniantur. Folio 33 Epistolae ad *Pomponium* ATTICVM inchoant, quae vix non semper aliarum editionum ordinem obseruant. Epistolae librorum 12 & 13 nullam habentes distinctionem, in vno contextu inuicem ita subsequuntur, vt nulla ab altera discerni possit. ATTICI vita finem operi imponit, ad cuius calcem sequentes versus leguntur:

Attice nunc totus veneta diffunderis vrbe:
Cum quondam fuerit copia rara tui.
Gallicus hoc Ienson Nicolaus muneris orbi
Attulit: ingenio daedalicaque manu.
Christophorus Mauro plenus bonitate fideque
Dux erat. auctorem lector opusque tenes.

His vero subiectum habetur: MARCI T. C. EPISTOLAE AD ATTICVM BRVTVM: *Et Quintum Fratrem cum ipsius Attici vita feliciter Expliciunt.*

M. CCCC. LXX.

Altera istarum epistolarum editio eodem anno Romae ex officina *Conradi* SCHWEYNHEIM, & *Arnoldi* PANNARTZ in lucem prodiit, quae maiorem, quam nostra, meretur aestimationem, tum ob graecas vbique insertas dictiones, tum ob exactissimam recognitionem, quam ille doctissimus, & in re litteraria maxime versatus, bibliothecae Romanae Custos ANDREAS Aleriensis in se susceperat.

III. F. Iosephi Iudaei libri XX. Antiquitatum Iudaicarum, & libri VII. de bello Iudacio. Augustae per Ioan. Schüssler anno 1470. in fol. mag.

Duabus hoc opus constat partibus; prima libros XX antiquitatum Iudaicarum; secunda libros VII de bello Iudaico continet. Totum opus 287 folia complectitur, typoque, quem tabula II. N. IV exhibet, nitide impressum est. Quaeuis pagina in duas est distincta columnas, quinquaginta exhibens lineas. Charta est firmissima, & alba, sed minus polita. Signaturae nullae occurrunt, nulli custodes, aut paginarum numeri. Initiales litterae maiores auro, & diuersis coloribus distinctae haud parum praesentem commendant editionem. Cuilibet libro capitulorum argumenta sunt praemissa. Distinctionis signum solum occurrit punctum.

In fronte primae columnae legitur impressum: *Iosephi historiographi viri clarissimi prologus in libros antiquitatum viginti incipit feliciter.* Prologum quarta folii primi columna, linea sexta primi libri excipiunt capitula. Secunda columna secundi libri *Iosephi antiquitatis iudaice liber primus incipit feliciter.* Finito libro vigesimo, folii 201 prima columna sequentia habentur: *Omnes libri antiquitatum. qui sunt simul viginti. versus continent sexaginta milia. Continet hoc opus iosephi. a prima hominis natiuitate traditionem. vsque ad decimum annum neronis imperii.* Tum sequuntur

Versus

Verſus in ioſephum antiquitatum.
Ioſephus hic ſcribit. quod nunquam ſcema peribit.
Proceſſus rerum. ſex incrementa dierum.
Ade peccatum. mundo genus exiliatum.
Indigen s arce. primi meritum patriarche.
Vates & reges. ſacras ex ordine leges.
Quot ſcelerum nodis. regnum ſe iunxit herodis.
Dux cum poſtremo ſupereſſet tempore nemo.

Verſus excipit *Euſebii Ceſarienſis commendaticia in ioſephum in eo libro qui de eccleſiaſtica inſcribitur hiſtoria*, quam tertia columna narratio *De ſeptem mirabilibus mundi*, neſcio, vnde petita, ſequitur. Ad calcem huius legitur: *Ioſephi hiſtoriographi viri clariſſimi. libri antiquitatum numero viginti. per Iohannem Schüſsler. Ciuem Auguſtenſem finiunt feliciter non ſcriptorum quidem arte. ſed qua noſtra tandem etas dotata eſt. impreſſoria ſcilicet exarati. Anno a natiuitate currente dominica, Milleſimo quandringenteſimo ſeptuageſimo. Kalendas vero iulias quarto.*

Folio 202 *Ioſephi de bello iudaico prologus in libros ſeptem incipit feliciter.* Folio 203 *Ioſephi hiſtoriographi viri clariſſimi de bello iudaico liber primus incipit feliciter.* His libris nulla ſunt praemiſſa capitulorum argumenta. Tertia folii 287 columna ſeptimus terminatur liber, cui ſubiecti leguntur

Verſus in ioſephum belli iudaici.
Iudaicam guerram. gentes. urbem. ſacra. terram
Fine ſimul triſti pro ſanguine perdita criſti.
Ioſephus iſte meus p'or edidit autor hebreus.

Dein ſequens legitur notitia: *Ioſephi hiſtoriographi viri clariſſimi. libri de bello iudaico ſeptem. finiunt feliciter. per Iohannem Schüſsler ciuem Auguſtenſem impreſſi. Kalendas ſeptembris decimo. Anno vero a partu virginis ſalutifero. Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo.*
Laus optimo maximo.

Hanc editionem peruetuſtam, ac rariſſimam, eſſe omnium primam, nemo Bibliographorum dubitat. MEVSEL in *Edit. Bibl. Hiſtor. Struu.* Vol. I. P. II p. 212 huius meminit, eamque omnium primam, ac rariſſimam adpellat, cum nec GESNERO, nec FABRICIO, nec MAITTAIRIO — Quoad vltimum opus tantummodo verum eſt — innotuerit. Prodiit quidem alia ſine anni, loci, & typographi indicio, quam OSMONT *en Dictionaire typographique* T. I p. 373 editionem vetuſtiſſimam nominat; ſed MEVSELIVS iſtam ad annum 1475 referre, non dubitat.

IV. Mammotrectus, ſeu expoſitio Vocabulorum, quae in Bibliis, Hymnis Eccleſiaſticis, Homiliis &c. occurrunt. Ergouiae per Heliam Heliae anno 1470.

Integrum hoc opus 299 folia complectitur. Litterae, quibus impreſſum, ſunt gothicae maiuſculae, pingues admodum, rudes, ac ſingulares. Singulae paginae duas comprehendunt columnas, quarum quaeuis in inferiori margine littera Alphabeti minore ſignata eſt. In ſuperiori margine numerus alphabeti eſt indicatus. Lineae in qualibet columna 32 numerantur. Interpunctionis ſignum praeter punctum nullum aliud occurrit. Deſunt initiales litterae, ſignaturae, cuſtodes, & paginarum numeri. Abbreuiaturae ita frequentes ſunt, vt hoc opus lectu valde difficile ſit.

Incipit opus abſque titulo, aut inſcriptione ab auctoris praefatione, cuius initium ita ſonat: *Inpaciens Proprie Inpericie ac ruditati Compaciens pauperum clericorum qui ad predicacionis officium promouentur decreui bibliam tranſcurrendo perlegere nec non & alia que in eccleſia recitantur*

tur si vita comes fuerit inspicere diligenter & parcium difficilium significancias & accentus & genera insinuare lectori paupercula &c. Ad prologi finem auctor ipse huius opusculi denominationis caussam his verbis explicat: *Et quia morem gerit talis decursus pedagogi qui gressus dirigit parvulorum Mamotrectus poterit appellari.* Interdum inscribitur *Mammotrectus*, seu *Mammotractus*, vel *Mammaetractus*, vel *Mammetractus*, etiam *Mammothreptus*, quia, vt ait POSSEVINVS T. II. *Adpar.* p. 51 rudibus clericis, & adhuc in latina lingua infantibus veluti mammam sugentibus, & puerilibus manibus tractandam, instar piae nutricis exhibuisset. Explicantur in hoc libro primum vocabula, quae auctori visa sunt difficiliora, in singulis ordine libris S. Scripturae, & *S.* HIERONYMI praefationibus occurrentia, tum vero ea, quae in Hymnis, legendis Sanctorum, & Homiliis proueniunt.

Praefatione columna secunda primi folii, linea decima finita, incipit verborum in prologo occurrentium explicatio. Quarta folii sexti columna, linea 19 incipit *Mamotrectus super bibliam Capitulo primo.* Prima folii 137 columna veteris testamenti vocum explanatio terminatur, reliquum folii vacuum est. Folio sequenti verborum noui testamenti explicatio incipit, quae prima columna folii 162 definit. Transit dein ad *Menses Hebreorum*, *festiuitates veteris legis*, *festa sacerdotalia*, *ad Antiphonas* &c. Declaratio Regulae *S.* FRANCISCI operi prima folii 254 columna finem imponit; reliquum folii vacuum est. Folio 255 impresso incipit *tabula super bibliam*, eaque est ordine alphabetico disposita, foliis 45 contenta, ad cuius finem sequens habetur notitia: *Explicit Mamotrectus siue primicereus arte imprimendi seu caractarizandi per Helyam helye alias de Louffen Canonicum Ecclesie ville Veronensis in pago Ergowie site absque calami: exaracione Vigilia sancti Martini Episcopi Sub Anno ab incarnacione domini. Millesimo. Quadringentesimo Septuagesimo. Deo laus & gloria per infinita secula seculorum Amen &c.*

Idem opus Moguntiae eodem anno, eodemque die prelum reliquit. Conf. MAITTAIRE T. IV p. 295. WVERDTWEIN *Bibl. Mog.* p. 100.

Auctor huius operis est MARCHESINVS e Regio Lepidi ortus, quae ciuitas haud procul abest Mutina, ab inscriptione dictionarii a se editi *Mammotreptus* cognominatus, ex ordine fratrum minorum, vir vere simplex, & deuotus. WADDINGVS eum in Prouincia Boheniiae, & Custodia Ferrariae circa annum M. CCC. SIXTVS vero Senensis anno 1450 vixisse, scribit. Conf. SIXT. *Senens. Bibl. S. Lib.* IV. OVDINI *Comment. script. Eccles.* T. III col. 2562.

V. Francisci de Retza Ord. Praedic. Comestorium vitiorum. Norimbergae sine typographi indicio anno 1470. in fol. mag.

Incipit hoc opus sine titulo, aut inscriptione his verbis: *Voluntas siue superbia assimilatur pluribus rebus.* Foliis 286 constat, nullas exhibet signaturas, aut custodes, nullosque paginarum numeros. Litterae initiales sunt a miniatore rubro adscriptae colore. Capitibus nullus est praefixus titulus. Character, quo impressum, est gothicus maiusculus, ac pinguis, cuius specimen tabula IV. N. VIII repraesentat. Pagina quaevis in duas est distincta columnas, quae lineas 39 exhibent. Charta est alba admodum, & firma, diuersis chartarii signis instructa. Auersa folii 48 pagina vacua est, quin aliquis defectus adpareat. Quarta columna folii 282, linea 43 opus terminatur, cui sequens subnexa habetur notitia: *Hic codex egregius Comestorii viciorum Sacre theologie professoris eximii Francisci de Retza ordinis predicatorum finit feliciter. Nuremberge Anno &c. LXX. patronarum formarumque concordia & proporcione impressus.* Folio sequenti incipit index alphabeticus, in cuius fronte haec editor adnotauit: *Notandum autem quod in hac tabula primus numerus signat nnmerum foliorum. C. inportat columnam. Numerus sequens. C. inportat numerum columnarum vnius folii. A. inportat primam partem columne vsque ad medietatem. B. inportat partem reliquam.* Ad tabulae finem haec leguntur: *Explicit tabula in opus precedens.*

Biblio-

Bibliographi etiam praestantiores hanc editionem ignorarunt, ex quo summa eius raritas elucet. Cl. DENIS in *Garell. Bibl. Memorab.* p. 35, opinionem ROEDERI sequens, ab *Henrico* RVMMEL typis impressum fuisse hoc opus, autumat. Mirum admodum mihi videtur, RVMMEL vel artem typographicam Norimbergam introduxisse, vel saltem primis iam annis eamdem ibi exercuisse, cum tamen nec MAITTAIRE, nec BAVR, nec alius Bibliographorum praeter ROEDER eiusdem mentionem fecerit.

Franciscus de RETZA huius operis auctor natione Teuto, ordinis Praedicatorum Alumnus, fuit vir insignis pietatis, litteris, disciplnae regularis zelo, summaeque, ac tenerrimae in Deum, & SS. eius matrem adfectu deuotionis clarus. Per triginta sex annos circiter in academia Viennensi publice theologiam explanauit. Obiit circa annum 1425. QVETIF. T. I *script. Ord. Praedic.* p. 775.

Anno MCCCCLXXI.

I. L. Caelii Lactantii Firmiani Diuinarum Institutionum Libri VII. Sine loci, & typographi indicio anno 1471. in fol.

Litterae, quibus impressum est hoc opus, foliis 218 contentum, romanae sunt, ac perelegantes. Charta alba est, & firma admodum, ac laeuigata, amplisque marginibus instructa. Interpunctionis signa adparent, punctum, colon, & interrogationis signum; nulli vero custodes, aut signaturae, nullique paginarum numeri. Initiales litteras, & librorum titulos calligraphus rubro colore adscripsit. Tituli autem capitulorum ab ipso typographo adspiciuntur adpressi. Fragmenta ex graecis auctoribus inspersa suis iam exhibet litteris, sat legibilibus. Diphtongos *ae*, & *oe* per vnam liiteram ex duabus conflatam expressit.

Praecedunt nouem folia, quae Rubricas, ceu capitulorum argumenta continent, in quorum initio legitur: *Lactantii Firmiani de diuinis institutionibus aduersus gentes. Rubricae primi libri incipiunt.* In fronte folii decimi inchoant *Lactantii Firmiani errata primi libri qbus ipse deceptus est per fratrem Antonium Raudensem theologum collecta & exarata.* Ast non apud omnes sui temporis Eruditos, ob eiusmodi errata a se in LACTANTIO animaduersa, gratiam iniit RAVDENSIS. Illum acri censura notauit *Antonius* MONTALTVS Genuensis Augustinianus, quam — Adam ad erratorum finem octasticho comprehensam sic legimus:

Hic male corripuit solidis Antonius ausis
Auctorem: in variis causa pianda locis.
Non erat in tenebris errantis imaginis astrum
Dicere: vel nitidum luce carere iubar.
Denique cum sanctae ecclesiae pia lumina; constet
Obsequio: ex tanto conticuisse viro.
Tu vero eloquio lingua interdicta latino:
I cubitum: nam te postat eleborum.

Apud *Franciscum* PHILELPHVM, cuius iudicium exquisierat, tantam offensam incurrit, vt grauissimis, ac durissimis verbis perstrictus fuerit. *Quae enim*, inquit in Epistola ad illum, *per immortalem Deum fanatica ratio te commouit, vt perinde atque infesto quodam, atque inimico inflatus spiritu in virum illum doctissimum atque disertissimum tam insolenter, tam iniuste, tam impie inueheris, vt non res solum paene innumerabiles consulto male interpretareris, sed nomen etiam viri deprauare studueris* &c.

Liber primus folio duodecimo sine omni titulo, aut inscriptione initium sumit; terminatur vero auersa folii 37 pagina. Auersa folii 181 pagina *Diuinarum institutionum aduersus gentes Lactantii. Firmiani liber septimus atque vltimus explicit. Et sequitur eiusdem liber de ira dei* ad

ad Donatum, qui sequenti folio incipit. Istum folio 199 liber *de opificio dei*, *vel formatione hominis* ad DEMETRIANVM excipit. Ad finem duo carmina, falso LACTANTIO attributa, adiecta sunt, quae vltimis quatuor foliis continentur. Primum est de Phaenice, a gentile quodam scriptum; alterum de Paschate, cuius auctor *Venantius* FORTVNATVS laudatur. Ad calcem sequens carmen legitur:

Arguit hic hominum sectas lactantius omnes.
Septeno falsas codice vera docens.
Siue deum tangat: turbato lumine cernens
Ira furor: gemino pernotat inde libro.
Et volucrum versu phaenix comprehenditur vna:
Quae nostro numquam pascitur alma solo.
Hincque redemptoris nostri non carmina desunt:
Quae positum e tumulo dulce canendo uocant.
Presserat hunc primo mundi caput inclyta roma.
Post regina premit quippe colenda maris.
M. CCCC. LXXI. *Adam.*

Editionem istam splendidissimam Venetiis in lucem prodiisse, licet nomen vrbis haud sit expressum, ex vltimo versu clare patet. Quisnam vero typographorum eam adornauerit, illi etiam Bibliographorum, qui per nomen ADAM typographum intelligunt, in diuersa abeunt. AVDIFFREDVS in *Catal. Edit. Rom.* p. 124 scribit: „ Hunc autem ADAMVM eumdem esse, ac „ ADAMVM de *Ambergau*, impressorem orationum CICERONIS, coniicere licet ex elegantia „ huius editionis, quam pulcherrimam adpellat DEBVRIVS. Ast haud parum seipsum fefellit Auctor clarissimus, dum egomet ex LACTANTII cum CICERONIS orationibus, de quibus infra differam, adcurata comparatione, vtriusque characteres inter se diuersos esse, didici. Itaque ADAMVM hunc, ab illo de *Ambergau* diuersum esse, omnino exploratum est: Sed quisnam sit, qua ex natione, qua ex gente ortus, densis inuolutum est tenebris.

Editio haec quartum obtinet locum, dum iam tres aliae illam praecessere; scilicet Sublacensis anno 1465: duae Romanae per SCHWEYNHEIM, & PANNARTZ anno 1468 & 1470. Quod autem inter rarissimas referri mereatur, inde cognosci potest, quod Cl. BVNEMANNVS, teste SCHELHORNIO, in *Catalogo suorum Catalogo MSS. & librorum rariorum* p. 14 se illam in quadringentis, quos possidet, catalogis frustra quaesiuisse adferat. Idem testatur, eamdem Hagae Comitum anno 1723 quiquaginta florenorum pretio diuenditam fuisse.

L. Caelius Lactantius FIRMIANVS, patria Italus, ARNOBII Discipulus claruit anno 303. A DIOCLETIANO, vt iuuentuti eloquentiae ludum aperiret, Nicomediam adcitus est. A CONSTANTINO *M.*, CRISPVM Caesarem CONSTANTINI filium erudíturus, in Galliam euocatus est. Multa, & praeclara scripsit in Religionis Christianae emolumentum, & quidem stilo terso, nitido, & facili. Scriptor sane est mire elegans, & disertus, Christianorum omnium sine controuersia facundissimus, vnde CICERO *Christianus* vulgo audit. CAVE T. I. *Hist. script. Eccles.* p. 162.

II. Plutarchi Cheronensis Apophtegmata a Francisco Philelpho ex graeco in latinum translata. Venetiis per Vindelinum Spira anno 1471. in fol.

In duas hoc opus distinctum est partes. Primam inscripsit PHILELPHVS PHILIPPO MARIAE Mediolanensium Duci. Secundam NICOLAO *V.* P. M.

In primae partis fronte haec habentur: *Ad magnaninum & illustrissimum principem Philippum Mariam anglum inclitum Mediolanensium ducem Francisci Philelphi praefatio in Plutarchi chero-*

cheronensis Apophtegmata ad Traianum Caesarem prima pars. Praefatio auersa folii secundi pagina, linea prima finitur. Tum Apophtegmata ordine suo sequuntur. Terminatur prima pars auersa folii 36 pagina, linea 25, cui subiectum legitur: FINIS.

Partis secundae initium sic sonat: FRANCISCI *prefatio ad nicolaum quintum summum pontificem in plutarchi cheronensis apophtegmata laconica.* Praefatio prima folii secundi pagina, linea vigesima finitur, & spatio vnius lineae interiecto, *Plutarchi apophtegmata laconica* incipiunt. Auersa folii 15 pagina vacua est: folii 31 auersam solummodo sex lineae occupant. Ad calcem huius legitur.

M. CCCC. LXXI.
Impressum formis iustoque nitore coruscans
Hoc Vindelinus condidit artis opus.

Quod ad externam huius operis formam spectat, typi sunt elegantissimi, & Romani: chartae albedo, mundities, ac firmitas, marginumque amplitudo haud parum editionem hanc extollunt. Initiales litterae, custodes, signaturae, & paginarum numeri desiderantur. Folia 77 complectitur. Rarissimam esse hanc editionem, omniumque primam, vix non omnes Bibliographi testantur. Extat haec in Bibliotheca Ingolstadiensi academica, cuius Cl. SEEMILLER *fasc. I* p. 24 meminit.

III. M. T. Ciceronis Epistolarum familiarium Libri XV. Anno 1471 sine loci, & typographi indicio. in fol.

Sexta iam haec est CICERONIS epistolarum familiarium editio: Prima, & tertia anno 1467, & 1470 ex officina SCHWEYNHEIM, & PANNARTZ: Secunda, & quarta Venetiis anno 1469, & 1470: quinta anno 1470 sine loci, & typographi indicio. Praesens, licet nec locum, nec typographum monstret, iuxta charatcteres tamen, qui iidem sunt, quibus immediate praecedens impressum est, a *Vindelino de* SPIRA Venetiis in lucem emissa fuisse, videtur. Idem nos docet Cl. CLEMENT T. VII p. 128, vbi eiusdem editionis mentionem facit.

Constant isti libri foliis 135. Lineae in quauis pagina integra 41 numerantur. Initiales litteras paruuas adiecit typographus. Signaturae nullae, nulli custodes, aut paginarum numeri occurrunt. Interpunctionis signa, praeter punctum, obseruantur quoque colon, & interrogationis signum. Papyrus est alba admodum, & nitida, marginumque amplitudine instructa. Graecae dictiones vbique adpressae sunt.

In fronte primi libri litteris capitalibus impressum legitur: M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER PRIMVS INCIPIT AD LENTVLVM PROCONSVLEM. Prima folii noni pagina, linea 29 primus terminatur liber, quem immediate Liber secundus ad CVRIONEM excipit. Auersam folii 135 paginam Epistola ad TIRONEM occupat, ad cuius finem anni nota solummodo est subnexa: M. CCCC. LXXI.

IV. Caii Plinii Secundi Epistolarum Libri VIII. Anno 1471 sine loci, & typographi nota. in fol.

Epistolae istae foliis 120 contentae, charactere nitidissimo, ac romano impressae extant. Praemissa est illis praefatio *Ludouici* CARBONIS ad BORSIVM *Ducem* Mutinensem, quae sequentis tenoris est.

Ludouicus Carbo Sal. Plu. Dicit. Illustrissimo & Excellentissimo Principi Borsio Duci Mutinae ac Regii: Marchioni aestensi: Comitique Rodigii. Gratulari licet saeculo Diue Borsi Dux praestantissime: in quo certe optimarum artium studia maxime floreant: Eloquentia & legitima il-

la

la eruditio suum tandem decus agnoscat : in pristinamque dignitatem restituta sit : Adeo late pateat Romana & Graeca facundia ut iam & Galli & Britanni bonos oratores & poetas habere videantur : ad quam quidem rem commodissimum adiumentum praestiterunt nobilissima Germanorum ingenia : quae artificiosissimas imprimendorum librorum formas excogitarunt vt sapientissimorum auctorum plurima simul eodem temporis momento volumina in promptu essent, omnesque utilissimi codices & in magna copia : & leuiore sumptu parari possent : Quamobrem & ego tam laudabili eorum proposito pro virili mea fauere : ac publicae utilitati consulere decreui : In primisque has Plinii Secundi iunioris Epistolas cognitione profecto dignissimas & lectione frequenti : opera mea emendatas correctasque impressoribus misi : ut quod rarissimum solebat : iam commune omnibus fieri incipiat. &c.

Epistola hac dedicatoria auersa folii primi pagina, linea septima absoluta, folio sequenti *Caii Plinii Secundi Nouicomensis Oratoris facundissimi epistolarum Liber Primus incipit*, qui auersa folii 16 pagina terminatur. Folio 17. *Incipit Secundus Liber feliciter.* C. *Plinius Romano suo salutem plurimam dicit.* Ad calcem operis legitur : *Caii Plinii Secundi Nouicomensis Oratoris facundissimi Epistolarum Liber Octauus Expli.*

M. CCCC. LXXI.

Splendidissima haec editio inter omnes huius operis editiones primum obtinet locum. Illam maxime commendant singularis characterum nitor, chartae mundities, albedo, ac firmitas, amplissimaeque margines, quas typographus reliquit. Vnicum tamen est, quod insignem eius splendorem obfuscat, tot nimirum spatia vacua, quae, ob graecas dictiones imprimendi imperitiam, calligrapho ad easdem inscribendas relicta fuere. Initiales litterae aut rubro, aut caeruleo colore sunt depictae. Signaturae, custodes, & paginarum numeri desiderantur.

Cl. MAITTAIRE T. IV p. 302 inquit : „ Mihi probabile videtur, hunc librum excusum „ fuisse a *Christophoro* VALDARFER, in cuius typographeo *Ludouicus* CARBO correctoris mune- „ re fungebatur. „ Patet id ex CICERONIS orationibus a VALDARFER Venetiis anno 1471 impressis, ad quarum finem adiectum legitur : M. CCCC. LXXI. *Lodo. Carbo.* Ex his etiam colligere est, VALDARFER has epistolas Venetiis, antequam Mediolanum transmigrasset, typis euulgasse. Conf. de BVRE *Bibl. instr.* N. 2397. Cl. SEEMILLER *fasc. I* p. 29.

V. Leonardi de Vtino Ord. Praedic. Quadragesimale. Anno 1471 sine loci, & typographi nota. in fol.

Integrum hoc opus folia 202 complectitur. Character, quo impressum, est romanus minusculus, ac nitidissimus, vt ex argento, quod bene Cl. SEEMILLER p. 35 animaduertit, fusus videri posset. Papyrus est mundissima, firma admodum, ac polita. Desunt litterae initiales, custodes, signaturae, ac paginarum numeri. Sermonibus nullus est praefixus titulus. Singulis eorum praemissus est S. Scripturae textus, qui thema constituit, capitalibus litteris expressus.

Initio operis legitur : *Quadragesimale aureum editum per egregium excellentissimum ac famosissimum artium & sacre theologie doctorem fratrem Leonardum de Vtino almi ordinis fratrum predicatorum ac doctrine anglici acutissimum defensorem feliciter incipit.* Spatio vnius lineae interiecto, sequitur : TV AVTEM CVM IEIVNAS VNGE CAPVT *tuum. Math.* VI. *Quoniam multis foris absconditus erat ac pre nimia uoluminis quantitate a paucis acquiri poterat igitur ego indigne tanti uiri discipuli eius nomen pre admiratione uix proferri ualeo tamen obscuris me inuoluam magistri Leonardi Vtinensis opus abreuiatum pluribus cum iterari cupiens in hac forma redegi. Primo ieiunium commendatur quadruplici testimonio.* Octuplo argumento, vt in aliis materiis agere solet, auctor

auctor ieiunium commendare studet. Vt autem eo facilius lectores mei hanc agendi rationem comprehendunt, ea, quae editor vltima pagina adiecta habet, hic adscribere volo. *Vt facilius pateat intuenti quicquid in serie huius libri continet. paucis hiis declarabitur verbis. In primis. XLII. sermones in se continet in quorum introductione ita procedit. Quatuor in primis adducit leges. sc. naturalem diuinalem prophetalem & humanalem. In prima ponit rationes quatuor naturales. quatuor auctoritates philosophorum. quatuor auctoritates poetarum & quatuor exempla gentilium. In secunda ponit exempla siue notanda antiquorum patrum veteris testamenti. In tertia ponit quatuor auctoritates prophetarum. In quarta ponit quatuor rationes iuris ciuilis. Istis expletis in quolibet sermone quatuor alias leges ponit. Sc. euangelicam. apostolicam. canonicam. & ecclesiasticam. In prima quatuor ponit auctoritates quatuor euangelistarum. In secunda quatuor auctoritates apostolorum. In tertia quatuor rationes quas probat ex iure canonico. In ultima vero ponit quatuor auctoritates quatuor doctorum ecclesie videlicet Gregorii Ambrosii Ieronimi & Augustini. Et ista est forma sermonum in hoc volumine contentorum.* Auersa folii 201 pagina, linea 29 vltimus terminatur sermo, cui subiecta habetur anni notitia

M. CCCC. LXXI.

Sequentis folii prima pagina instructio praefata vnacum sermonum indice reperitur.

Editio haec est rarissima, & omnium huius operis prima, de qua nec Cl. QVETIF nec alii Bibliographi notitiam habuere.

Incertus est locus impressionis, incertus & typographus; ast tamen si characteres considerentur, Venetiis per *Franciscum* RENNER de Hailbrunn, qui iisdem anno 1472 in excudendis *Roberti de* LICIO sermonibus vsus praesentes typis euulgati videntur.

Leonardus MATTHAEI, vulgo de VTINO, Vtini in ducatu Foroiuliensi natus, ibidem ordini Praedicatorum nomen dedit. Vir erat eruditione conspicuus, & insignis in tota Italia concionator, qui & Florentiae coram EVGENIO *IV*, & aula Romana plurimas habuit conciones. Claruit circa annum 1435. QVETIF script. Ord. Praedic. p. 845.

VI. Pauli Orosii aduersus Christiani nominis querulos Libri VII. Augustae per Ioannem Schüssler anno 1471. in fol.

Incipit hoc opus, foliis 131 constans, ab indice argumentorum cuiuslibet capituli, qui septem priora folia complectitur. Folio octauo inchoat *Pauli horosii presbiteri historiographi discipuli sancti augustini, aduersus cristiani nominis querulos prologus in libros septem*, qui totum folium octauum implet. Folio nono *Pauli horosii* &c. *libri numero septem incipiunt.* Prima, folii 22 pagina, linea 72. *Finit liber primus feliciter.* Ad calcem operis sequentia habentur: *Beati Pauli horosii presbiteri in xpiani nominis querulos libri numero septem finiunt feliciter, Per Iohannem Schüssler florentissime vrbis Auguste concium impressi, Anno a partu virginis Marie salutifero. M. quadringentesimo & septuagesimo primo. Circiter iunii nonas septimas.*

Haec editio perrara, omnium princeps est. MEVSEL *Bibl. Struu.* Vol. I. P. II. p. 59. Item HAVERCAMP in *Praefat. ad Edit. Orosii a se anno* 1738 *adornatam*, qui insuper addit: „ reliquas veteres editiones omnes bonitate praecedit, atque ex optimo codice MS. summa fide „ expressa est.

Opus hoc scripsit OROSIVS, Presbyter Hispanus, *S.* AVGVSTINI hortatu, vt ex prologo patet, non alia ex causa, quam vt cauillationes gentilium refutaret, qui omnia orbis Romani mala cultui veri Dei adscribebant. Hinc historiam suam ab orbe condito ad sua vsque tempora perduxit, nonnisi bella, calamitates, dissidia, quin Christiana religio existeret, orbem vexasse, demonstrans. Breuis est scriptor, & quandoque vtilis, sed nimium credulus, qui etiam in temporum rationibus nonnumquam fallitur. Diuersa opus istud obtinuit nomina: scilicet

licet *Ochestra mundi*, seu *Ormesta*, quasi orbis moestitia. *Io. Hildeb.* WITHOFIVS Orosiii historiam olim inscriptam fuisse *Pauli Or. moesta mundi*, inde duo vocabula, librariorum inscitia, in vnum conflata *Ormestam* perperisse censuit. MEVSEL l. cit.

VII. Petri de Crescentiis Ruralium Commodorum Libri XII. Augustae per Ioannem Schüssler anno 1471. in fol.

Opus istud, foliis 209 contentum, papyro albae, firmae, laeuigatae, marginibusque amplis instructae impressum est. Caret initialibus litteris, quas deauratas, ac variis coloribus distinctas adiecit calligraphus, signaturis, custodibus, & paginarum numeris.

Praemissa est illi *Petri de crescentiis ciuis Bononiensis epistola in librum comodorum ruralium.* Haec verba tituli loco in fronte operis leguntur. Epistola, cum quaedam pro litteratis grata continet, maiorem eius partem transscribere volui.

Venerabili in xpo patri. & domino speciali. viro summe religionis ac sapientie. fratri aimerico de placentia. sanctissimi ordinis fratrum predicatorum generali ngro dignissimo. dns petrus de crescentiis ciuis bonon. seipsum ad omnia semper mandata obsequiosa paratum, Cum presentem librum ruralium comodorum ad dei omnipotentis honorem. & serenissimi regis karoli delectationem. meique ac ceterorum utilitatem inchoassem & mediassem. multis & variis occupacionibus impeditus. diu perficere distuli. Verum a vestra nobili sanctitate vt complerem rogatus. quod pro dominico mandato libenter recepi iudiciorum & ciuilium occupationum strepitu relicto. quibus non poteram animum vt operi expediebat quietum habere. ad ruris habitationem septuagenarius me transtuli. & ne ociis inutilibus aliquo tempore infeiar. iustisque satisfaciam votis. celestis. regis auxilio librum perficere curaui. ac etiam ei quod primo scripseram addidi multa vtilia. que postea vidi. & per experientiam approbaui. Deinde suppliciter rogat, vt erugo eliminetur, quia impossibile, vt vnus omnia suo intellectu adtingere valeat, & quod vtile videtur, haud contemnatur.

Epistolam immediate sequuntur capitulorum breuia argumenta. Folii quarti auersa pagina, linea 29 *Finiunt rubrice libri comodorum ruralium feliciter.* Tum immediate sine titulo sequitur huius operis dedicatio ad CAROLVM *II.* Hierosolymae, & Siciliae regem, quae folio sequenti, linea septima desinit. Linea octaua incipit auctoris praefatio, sine omni titulo, in qua iste seipsum, & dies vitae suae transactos his verbis nobis manifestos facit: *Ego itaque petrus de crescenciis ciuis bonon. qui tempus adolescentie in logica medicina & scientia naturali totum consumpsi & demum nobili legum scientie insudaui. pacifici status anxius est flendum scisma illius egregie vrbis. qui vero & sibi proprio nomine bononia id est bona per & in omnibus mundi climatibus dicebatur. cognoui quod mutata vnitate ac statu pacifico in dissensionem odium & liuorem. non erat iustum ipsius peruerse diuisionis immisceri negociis. ideoque annis XXX diuersas per prouincias cum earum rectoribus circuiui. subiectis libenter iusticiam tribuens. rectoribus fidele consilium. & ciuitates in suo iure ac statu pacifice pro posse conseruans. multosque libros antiquorum & nouorum prudentum perlegi. & diuersas ac varias operaciones colentium rura vidi. demum ciuitate diuina gratia quodammodo reformata. tedio late circuitionis & lese libertatis affectus ad propria redii.* Deinde multis laudum encomiis extollit agriculturam, ad quam se conuertens, multis ruris culturam describere proposuit. Praefationem immediate sequitur liber primus, quem prima folii 15 pagina, linea 21 excipit *Liber secundus de natura plantarum. de rebus communibus cultui cuiuslibet generis agrorum.* Opus prima folii 209 finitur, ad cuius finem haec leguntur: *Petri de crescenciis ciuis bonon. ruralium comodorum libri duodecim finiunt feliciter per iohannem Schüssler ciuem augustensem impressi. circiter xiiii. kalendas marcias. Anno vero a partu virginis salutifero Millesimo quadringentesimo & septuagesimo primo* &c.

VIII.

VIII. Roderici Zamorensis Speculum humanae vitae. Augustae per Guntherum Zainer anno 1471. in fol.

Litterae, quibus hoc opus viginti, & octo supra centum foliis constans, impressum est, sunt gothicae maiusculae & tabula II. N. V exhibitae. Desunt litterae initiales, custodes, signaturae, & paginarum numeri. Charta est alba, & laeuigata.

Incipit ab epistola dedicatoria auctoris ad PAVLVM *II*, ad cuius initium ita legitur: *Ad sanctissimum & B. dnm. dnm Paulum secundum pontificem maximum. liber incipit dictus speculum vite humane. Quia in eo cuncti mortales in quouis fuerint statu vel officio spirituali aut temporali speculabuntur eius artis & vite prospera & aduersa: ac recte viuendi documenta: editus a Roderico Zamorensi & postea calagaritano hispano eiusdem sanctitatis in castro suo sancti angeli castellano.* Hanc auersa pagina folii secundi, linea octaua absolutam sequitur *Prefatio vtilis in qua auctoris huius libri vita: eiusque studia recoluntur. & tandem admonet ad studia legis diuine potius quam humane: & de effectu legum humanarum: & de ordine procedendi in hoc libro.* Praefationi, quae folii quarti prima pagina terminatur, subnexa est materiarum tabula. Prima folii octaui pagina, linea 21 *Incipit capitulum primum primi libri* &c. Auersa pagina folii 68 linea 33. *Explicit primus liber de omni statu & vita temporali. Sequitur liber secundus de statu & vita spirituali ecclesiastica & regulari.* Conclusio huius operis iterum directa est ad PAVLVM *II*, cui sequentes versus sunt adnexi:

Edidit hoc lingue clarissima norma latine
Excelsi ingenii vir ro'oricus opus
Qui norma angelica est custos bene fidus in arce
Sub Pauli veneti nomine pontificis
Claret in ytalici Zamorensis episcopus ausis
Eloquii. id superos gloria parta viri.

His sequens notitia subiecta est: *Finit liber dictus Speculum vite humane quod in eo & cesarea potestas. & regalis dignitas. bubulcorum etiam genus sibi speculatur saluberrima simul spiritualisque vite viros secum aduehens. papam sc. cardinales. arciepos. clericos & ceteros ecclesie ministros: rectam & his speculandi prescribendo normam. a Ginthero Zainer ex Reutlingen ciui progenito. vrbe autem commanenti Augustensi arte impressoria in medium feliciter deditus: Anno a partu virginis salutifero Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo; ydus vero Ianuarias tercio.* Adiectum est operi repertorium, seu materiarum in isto contentarum tabula alphabetica, quae tria folia posteriora occupat.

Rodericus SANCIVS *de Areualo*, vt ex praefatione patet, in Hispania nobilibus parentibus progenitus est. Patre defuncto pia eius mater ad litterarum studia illum destinauit. Absoluto Philosophiae cursu, ad statum quemdam eligendum tam a matre, quam a consanguineis, non sine pertinaci inter vtrosque pugna, coactus est. Ob hoc res per decem annos, quibus cum ciuilibus, tum ecclesiasticis iuribus vacabat, indecisa haerebat. Emenso iurium curriculo, amici eius iterum insistebant, vt generis, & familiae honorem curaturus, matri viduae, fratrum, ac sororum pupillorum necessitatibus compassurus, laicalem amplecteretur statum; mater autem illi persuadere conabatur, vt ad ecclesiae castra, propriam salutem magis securam redditurus, iura diuina, & ecclesiae defensurus, transiret. Mater tandem palmam hac ex pugna retulit; ipse enim, statu ecclesiastico electo, sacerdos initiatus, Episcopus Zamorensis, & dein Caligurritanus, a Paulo II. Castri sancti Angeli Castellanus, & Referendarius constitutus est. Hoc in munere opus praesens conscriptum, in pium gratitudinis monumentum S. Pontifici inscripsit. Speculum humanae vitae nominari voluit, quod vnusquisque conspiciat dulcia & amara, recta aut deformia cuiusuis status, & artis totius humane vite. Par-

titum est in partes, siue libros duos: in quorum primo agit de *vita ciuili*, siue temporali, in altero de vita *spirituali*. Scripsit insuper Historiam Hispaniae: Tractatus tres de Adpellatione a sententia Papae, de synodis generalibus, & de remediis afflictae ecclesiae militantis aduersus Turcas tandem Epistolam de expugnatione insulae Nigropontis. *Heur.* HARWOTH *in Addend. ad Caue.* p. 185.

Editio haec licet rarissima sit, tamen non est omnium prima; praecedit enim illa Romana anno 1468 a *Schweynheim*, & *Pannartz* in lucem emissa, cuius Cl. AVDIFFREDVS in *Catal. Rom. Edit.* p. 11 meminit.

IX. S. Thomae Aquinatis prima pars Secundae. Moguntiae per Petrum Schoiffer anno 1471. in fol. mag.

Litterae, quibus impressum est praesens opus, sunt gothicae minusculae, & plane eaedem, quibus *S.* THOMAE *quartum scriptum* supra descriptum anno 1469 excusum est. Quaeuis pagina in duas est distincta columnas, quarum quaelibet 61 complectitur lineas. Charta est alba admodum & firma. Desunt signaturae, custodes, paginarum numeri, initiales litterae, & tituli. Constat integrum opus foliis 175.

In fronte primae columnae folii primi sequens inscriptio rubro colore impressa legitur: *Incipit prima pars secunde edita a fratre Thoma de Aquino.* Prima folii 172 columna opus terminatur, secunda sequitur quaestionum tabula, ad cuius finem sequens subscriptio nigro colore expressa inuenitur: *Preclarum hoc opus prime secunde sancti thome de aquino. Alma in vrbe moguntina. inclite nationis germanice. quam dei clementia tam alti ingenii lumine. donoque gratuitu. ceteris terrarum nacionibus preferre illustrareque dignata est. Artificiosa quadam adinuencione imprimendi seu caracterizandi absque vlla callami exaratione sic effigiatum & ad eusebiam dei industrie est consummatum. per petrum Schoiffer de gernshem. Anno dni millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Octaua die nouembris. Sit laus deo.* Subiecta sunt SCHOIFFERI insignia rubro colore expressa.

Editio est rarissima, & huius operis omnium prima, cuius nec QVETIF, nec MAITTAIRE notitiam habuere. Cl. WVERDTWEIN eam in *Bibl. Mogunt.* p. 89 recenset.

X. Nicolai de Lyra Ord. Min. Postilla. Vol. V. in VIII. Tom. Romae per Conradum Schweynheim, & Arnoldum Pannartz anno 1471, & 72. in fol.

Duos annos in excudendis his Postillis consumpsere typographi clarissimi; igitur & in duobus diuersis locis easdem recensemus, primum earum volumen in praesenti describitur; reliqua vero ad annum sequentem referuntur.

Integrum hoc immensae molis volumen 451 complectitur folia. Huic longa Editoris epistola ad SIXTVM *IV.* P. M. praemissa est, in cuius fronte legitur impressum: *Io. An. Alerien. S. D. nostri Pape xysti. IIII. Bibliothecarii. In recognitionem Nicolai de Lyra ad ipsum diuinum Pontificem Epistola.* In hac epistola lectu dignissima momentosis conatur ostendere argumentis, quantum intersit, vt principes, & populi rectores disciplinarum studiosis sua largitate succurrant, & litterarum scientias sua munificentia ad altiorem perfectionis gradum euehere studeant. *Agricultor quantauis cura industriaque nitatur, id tamen non valebit efficere, vt sui ruris cuncta feracitas arbitrariae sit ac vernaculae facultatis ... in deo tamen rerum summam esse collocandam.* Ita litteratus propriis viribus relictus, breui tempore inedia extenuatus, labori succumbet, nisi larga principum munificentia recreatus fuerit, quod ipsemet iam satis hucusque expertus est. Dein animum pene deiectum erigit occasione electionis SIXTI *IV* ad ad summum Pontificatum, quem magnis laudum encomiis honorat, & vt virum depraedicat,

cat, a quo vtraque respublica omnia fausta, feliciaque sibi promittere non dubitat. Pergit deinceps: *Digne igitur vitae perpetuitate, sanctissime Pontifex! nostri etiam impressores cur de te praecipue maxima non sperabunt? nunc praesertim Nicolai de Lyra tibi gratissimo opere inchoato, & prima tanti corporis parte absoluto? Effice Pater castissime, vt quod mundus sibi quondam regnante in hac sedis amplitudine Pontifice Nicolao V. futurum persuaserat, & pene cecidisse metuerat, illius morte viduatus sub Sixto IV. perfectum videat. Collige teipsum tecum quandoquidem ceteros mortales vt dignitate, sic sapientia, & spirituum gratia & dono antecellis, ac mundi huius fluxas rationes computa. Quid gemmae profuerunt Paulo considera? quid honores raro hominibus pares Borsio contingentes? quorum vtrumque ad humanae, vt arbitror, miseriae exemplum.... Fac de more tuo, vt virtute Pontificem effecisti, ita de vero Pontificem immorta em. Venerare, quod tua sponte facis doctos homines aeternitatis vasa, praesertim vbi est doctrinae humanae diuina religio coniuncta, atque sapientia. Venerare libros immortalitatis instrumenta, cura, ne in posterum, futurumque nimium more, & modo imperitorum cogitationes extendas, quod iis accidit, qui differunt, & procrastinant rerum sublimium initia semper maturanda. Nihil non incipies sero, quod nunquam ad summam manum te quoque iudice sis absoluturus. Quis sperabitur de bibliothecis instituendis de cetero in hoc sacro palatio cogitaturus, si tu vir doctissimus, & ab omni auaritia remotissimus; futuri nominis gloriae minime negligens, vel breuem dieculam a tanti muneris distuleris exercitio? Incipe, aude, sancte Pater! nec cogites, vbi sint sumendae in tali opere pecuniae necessariae; diues est enim, vbi etiam non putatur, rerum talium diuina sapientia.* Vtinam haec verba ab omnibus vtriusque reipublicae Principibus, & a monasteriorum Praelatis legerentur, & iterum legerentur, semper expenderentur, ad scientiarum disciplinas, vt praecipuum humanae felicitatis obiectum, promouendas tandem excitarentur. Paucis absolutis, ad ipsos typographos sermone suo transgreditur dicens: *Impressores certe nostri, quod tibi saepe in minoribus adhuc posito dictitabam, non subsistent diutius, nisi officio aliquo vtili ad tollerandam vitae necessitatem pro eorum opera, operibusque illis ipse subueneris. Impensa quidem est maxima, sine qua artem exercere impressoriam non est possibile, & bibliothecis ea est summe necessaria, vt nosti opportuna. De me etsi sum ipse quoque, quod nunquam diffitebor, hominum more sollicitus, tamen, mihi crede, non sum nescius, nihil te mihi Pontifice defuturum, nec enim mihi annos post te vnquam promisi, esset illud tamen mihi imprimis optabile, si alii quoque cernerent, quoniam viuimus omnes aliorum magis opinione, quam propria ratione; te tam munificum & magnificum Principem plus me, quam meruerim, tua sponte adiuuisse, atque cumulasse.* Queritur tandem, se sub PAVLO *II* in librorum recognitione semper gratis laborasse, quin ob prius accepta beneficia ingratum se haberet. Optat, vt principes erga doctos viros liberales aperirent manus, quod certe quam plurimum eorumdem animos ad impertae se studendum, laborandumque, accenderet. Epistolam his verbis concludit: *Nunc nihil Deum obtestor, nisi vt sis perpetuo felix. Vale. Romae XIII. Nouembris.* M.CCCC.LXXI. *Pontificatus tui iucundissimi. Anno primo.*

Haec epistola paulo minus, quam tres priores paginas occupat; quarta deinde adparet index librorum, qui in hoc primo volumine exponuntur, designato folio, vnde vnusquisque incipit, quin folia sint numeris adnotata. Libri autem hi sunt: *Pentateuchus, Iosue, Iudicum, Ruth, Reges, & Paralipomena.* Prima folii tertii pagina incipit *Nicolai* de LYRA primus *prologus de commendatione sacrae scripturae* in generali, quem auersa eiusdem folii in medio excipit *prologus secundus de intentione auctoris & modo procedendi.* Auersa folii quarti pagina sine titulo, aut inscriptione libri primi *Genesis* expositio initium sumit, & folio 79, linea 16 terminatur. Folio 448. *Incipit Registrum super Iosue. Iudicum. Ruth. Regum. & Paralypominon.* Hoc registrum est rerum praecipuarum in expositiones eorumdem librorum contentarum index, designato capite, & parte capitis, vbi vnaquaeque res occurrit. Capita de-

fignantur per numeros, capitibus ipfis praefixos, partes per Alphabeti litteras, quae tamen in ipfo opere non confpiciuntur. Terminatur prima vltimi folii pagina, linea feptima, cui fequens hexaftichon fubiectum legitur:

Afpicif illuftrif. lector quicunque libellof
Si cupif artificum nomina noffe: lege.
Afpera ridebif cognomina teutona: forfan
Mitiget arf mufif infcia uerba uirum.
Conraduf fuueynheym: Arnolduf pannartzque magiftri
Rome impreſſerunt talia multa fimul.
In domo Petri de Maximif Anno falutif
M. CCCC. LXXI. Die XVIII. Nouembrif.

Anno MCCCCLXXII.

I. Nicolai de Lyra quatuor pofteriora Poftillae volumina. Romae per eosdem anno 1472. in fol.

Volumen fecundum conftat foliis plus minus 451. Libri, qui in ipfo explanantur, funt *Efdras*, *Tobias*, *Iudith*, *Efther*, *Iob*, *Pfalmi*, *Prouerbia Ecclefiaftes*, *Cantica*, *Sapientia & Ecclefiafticus*. Ad calcem eiusdem legitur hexaftichon fupra memoratum cum hac fubfcriptione: *In domo Petri de Maximif. M. CCCC. LXXII. die. XXVI. Maii.* Hoc volumen vltimo loco excufum fuit; caufa vero huius explorata haud eft.

Volumen tertium 394 complectitur folia. Iuxta Cl. AVDIFFREDVM huic epiftola Alerienfis ad S. P. SIXTVM *IV* praemiffa eft, quae in noftro exemplari defideratur. Itaque in noftro auerfa primi folii pagina — Prima vacua eft — occurrit index librorum, qui in hoc volumine exponuntur, qui funt: *Efaias*, *Hieremias*, *Threni*, *Hieremiae oratio*, *Baruch*, *Ezechiel*, *Daniel*, *Ofeas*, & reliqui *Prophetae minores*, *ac primus & fecundus Machabeorum.* Ad calcem huius hexaftichon fupra memoratum cum fequenti fubfcriptione inuenitur: *In domo Petri de Maximif. Anno falutif M. CCCC. LXXII. Die. XIIII. Ianuarii.*

Volumen quartum, foliis 234 contentum, expofitionem in quatuor Euangelia complectitur. Auerfa primi folii pagina librorum in eo contentorum index habetur. Ad finem nullam adiecit typographus fubfcriptionem.

Volumen quintum, quod 290 folia continet, reliquorum librorum noui teftamenti explanationem comprehendit. Praemiffus eft librorum in eo expofitorum index, quem celebris illa *Alerienfis* Epiftola ad SIXTVM *IV* fuorum typographorum nomine fcripta excipit. In hac typographi Pontifici exponunt, quae, & quanta imprimendo fecerint, & in quem miferum ftatum peruenerint, ex quo vt fua liberalitate eos eripiat, enixe rogant.

Vox quidem impreſſorum fub tanto iam cartharum fafce laborantium: & nifi tua liberalitas opituletur deficientium ifta eft pater Beatiffime! Nos de germaniis primi tanti commodi artem in Romanam curiam tuam multo fudore, & impenfa decefforis tui tempeftate deuiximus. Nos opifices librarios ceteros, vt idem auderent, exemplo noftro incitauimus. Nos reliquis propter impenfarum magnitudinem a tanto negotio vel omnino vel maxima ex parte quafi in falebra haerentibus recentiore animo. viribusque geminatis cum fumma difficultate reftitimus. Iam tandem defeffi neruis & fanguine diuinam opem tuam imploramus. Poft pauca indicem librorum intra feptem annos ab ipfis impreſſorum fiftunt, quorum numerus vsque ad duodecies mille quadringenta feptuaginta quinque volumina afcendit. Pergunt dein. *Aceruum quidem ingentem, & nobis Impreſſoribus tuis ad ferendum, qua parte reftat, intollerabilem propter eam, quam in initio epiftolae po-*

fuera-

fueramus, *Nam ingens sumptus ad victum necessarius cessantibus emptoribus ferri amplius a nobis nequit*, *& ementes non esse*, *nullum est grauius testimonium*, *quam quod domus nostra satis magna plena est quinternionum*, *inanis rerum necessariarum. In te igitur clementissime Pater*, *qui es sapientissimus*, *doctissimusque spes sita est in te*, *subueniendi nostrae necessitati est copiarum*, *ne pereamus. Da nobis subsidium de excelso throno maiestatis tuae*, *parati sumus pro clementiae tuo arbitrio de nostra merce, id est, de impressis quinternionibus nostris tibi tot tradere, quot volueris, & quibus volueris. Tua incredibilis mansuetudo subueniat nobis de aliquo officio*, *unde possimus nos & nostros alere. Impensa est facta in solius Nicolai de Lyra a nobis voluminibus tanta*, *ut amplius nihil nobis superfit ad viuendum. Si venderemus nostra*, *non solum a tua pietate nihil peteremus*, *sed vltro in praesentium temporum articulo*, *in quo te plurium egere*, *non nescimus, ipsi nostra offeremus*, *faciemusque quotiens tuo adiumento fortuna nobiscum vsa esse videbitur fronte sereniore. Interea Pater sancte adiuuent nos miserationes tuae*, *quia pauperes facti sumus nimis. Sis perpetuo sospes & felix pater Beatissime. Romae. XX. Marcii. M. CCCC. LXXII. Pontificatus tui Clementissimi anno Primo.* Folio tertio incipit expositio in epistolam *S.* PAVLI ad *Romanos.* Ad calcem operis iterum versus : *Aspicis illustris lector* &c. repetuntur , quibus subnexum legitur : *In domo Petri de Maximis M. CCCC. LXXII. die XIII. Marcii.*

Nunc pauca de exteriori huius operis facie. Typus est plane idem, quibus hi typographi *S.* HIERONYMI epistolas anno 1470 impresserunt. Charta est munda admodum, firma, & laeuigata. Signaturae nullae occurrunt , nulli custodes , nullique paginarum numeri. Initiales litterae vel rubro , vel coeruleo depictae sunt colore. Quod praecipue hoc opus exornat, sunt primae litterae initiales , & figurae florentes, primam vniuscuiusque tomi paginam cingentes, quae auro , & diuersis coloribus distinctae maxime splendent. In quarum insima parte possessoris insignia, tricipitem cygnum repraesentantia adspiciuntur. In vno eorum in margine laterali inuenitur vera effigies , vt mihi videtur , ipsius possessoris , cuius caput tegit cappa rubra , & humeros palliolum quoque rubrum. Multa in hoc opere spatia vacua typographus reliquit miniatori ad depingendas figuras scripturae adcommodatas.

Opus hoc splendidissimum , idque rarissimum , a viris eruditis maxime celebratum , summum bibliothecarum ornamentum merito laudatur. Meminerunt istius MASCHIVS in *Edit. S. Bibl. Le Long.* Vol. II. P. II. AVDIFFREDVS in *Catal. Edit. Rom.* MAITTAIRE T. IV p. 311. OSMONT I. p. 425.

Opus istud ex legato D. *Andreae* ZIREMBERGER collegialis ecclesiae ad *S.* VITVM Frisingae Praepositi accepimus. In cuiuslibet enim tomi initio scriptum legimus : *Venerabilis ac Egregius vir Dominus Andreas Ziremberger de Traunstain Saltzburg. diocess. decretorum doctor prepositus ecclesie Sancti viti frisingen. ac collector plumbii Sanctissimi D. N. pape & in Ro. Cu. Causarum procurator hunc librum pro remedio anime sue parentum & benefactorum suorum ac pro decore huius. venerabilis Monasterii Sanctorum vdalrici & affre aug. nec non pro consolacione & edificacione fratrum eiusdem monastrii per executores suos dono dedit die veneris vltima Mensis octobris & que erat vigilia omnium sanctorum Anno domini Millesimo quingentesimo vndecimo.*

Dictus autem Andreas hic in ciuitate Augusta defunctus est Anno Salutis nostre M. D. VII. die vicesima mensis decembris.

Nicolaus de LYRA Anglus , rectius Normannus , Lyrae in dioecesi Ebroicensi a parentibus Iudaeis natus *Doctor planus & vtilis* dictus est. Ad fidem Christi conuersus , ordinis Minorum habitum induit , theologiae magister in parisiensi academia creatus per plures annos S. Scripturam interpretatus est , quam demum integram duplici commentario litterali , & morali illustrauit. Floruit circa annum 1320. *Henr.* WARTHON in *Adpend. ad* CAVE *script. Eccles.* p. 22.

II. M. T. Ciceronis Orationes. Sine loci nota per Adamum de Ambergau anno 1472. in fol.

Splendidiſſima haec eſt editio, ſiue characteres, ſiue charta, ſiue reliqua eius externa facies ſpectetur. Characteres enim nitidi, rotundi ac perelegantes. Charta eſt alba admodum, firma, & amplis marginibus inſtructa. Initiales litterae variis coloribus depictae. Diſtinctionis ſigna praeter punctum occurrunt quoque colon, & interrogationis ſignum, nulli vero cuſtodes, aut ſignaturae, nullique paginarum numeri. Diphtongi *ae*, & *oe* ex duabus litteris conflati adſpiciuntur expreſſi. Prima cuiuslibet orationis linea litteris capitalibus eſt impreſſa.

In fronte primae paginae legitur impreſſum: *M. T. C. pro magno Pompeio Luculentiſſima ad Quirites Oratio foeliciter incipit.* Prima oratio auerſa folii noni pagina, linea 15 terminatur. Ad calcem operis ſequens carmen habetur:

Hoc ingens Ciceronis opus: cauſaſque forenſes
Quas inter patres dixit & in populo
Tu quicunque leges. Ambergau natus ahenis
Impreſſit formis. Ecce magiſter Adam.
M. CCCC. LXXII.

Quisnam hic *Adamus de* AMBERGAV ſit; an idem, qui cognomine ROT adpellatur, an alius, Bibliograghi non conſentiunt. P. LAER, teſte AVDIFFREDO in *Catal. Edit. Rom.* p. 174 inquit, „ hanc editionem rariſſimam communiter ab eruditis *Adamo* ROT adſcribi, quia „ nullus alius agnoſcitur typographus huius nominis, qui aute an. 1476 prela habuerit. Aſt P. LAER haud parum ſeipſum, & alios feſellit, cum non infirmi ſubſellii eruditi, vt ait AVDIFFREDVS, eamdem adſcribant *Adamo de* AMBERGAV, ex quibus Cl. MAITTAIRE, vir certe in re bibliographica eruditus, auctor Catalogi *Biblioth. Harleianae* T. I p. 246 & T. III p. 67; FABRICIVS in *Bibl. Lat.* T. I p. 167. DEBVRIVS *Bibliogr. inſtruct. Belles - Lettres* N. 2309 laudantur. Alium quoque typographum, nomine ADAM, praeter *Adamum* ROT, ante annum 1476 extitiſſe, qui Venetiis praelum habuit, monumenta typographica, ex quibus LACTANTII opera ſuperius recenſita ſunt, ſat perſpicue demonſtrant. Eamdem ſententiam maxime corroborant characteres diſtincti; ex adcurata enim comparatione illos, quibus ROT anno 1471 DOMINICI de *S. Gemino lecturam ſuper ſecunda parte Decretalium* impreſſit, & quibus hae orationes excuſae ſunt, longe ab illis diſcedere, didici. Tandem *Adamum* hunc non eumdem eſſe, ac *Adamum* ROT, ex eo colligere eſt, eoquod primum Ambergauiae, qui locus in ſuperiori Bauaria ſitus, progenitum; alterum vero clericum Metis, quae ciuitas eſt in Lotharingia, fuiſſe conſtat. Quo in loco autem *Adamus de* AMBERGAV typographicam exercuerit artem, exploratum non habetur. AVDIFFEREDO, eam Venetiis exercuiſſe Ambergauienſem, veriſimile videtur.

III. Appiani Alexandrini de bellis ciuilibus Romanorum Libri VII. Petro Candido interprete. Venetiis per Vindelinum de Spira anno 1472. in fol.

Prima pagina folii primi librorum argumenta continet: auerſa incipit *Ad Glorioſſimum & inuictiſſimum Principem Alfonſum Aragonum & vtriuſque Siciliae Regem in libros ciuilium bellorum. S. P. Q. R. P. Candidi prologus.* Prologum prima folii ſecundi pagina, linea vndecima terminatum, excipit *P. Candidi de ciuilibus Romanorum bellis ex Appiano Alexandrino traductis in latinum Liber primus.* Folio 140. Liber, qui *Illiricus*, & folii 144 auerſa pagina, linea

linea 34 qui *Celticus* inscribitur, initium sumit, & sequentis folii auersa *Explicit Celtice historie Liber perbreuis. Laus immortali Deo.* His sequens carmen subiectum habetur:

Hic est alexandrinus appianus
A Candido lingue latine patrono
Romanus. hunc impressit & vindelinus
Quem spira nobilis parens dedalei
Produxit ingeni faceti lepidique.
Carmen est Raphaelis Zouenzonii Istri Poetae.
M. CCCC. LXXII.

Constat foliis 145 praesens opus, & charactere rotundo, ac nitido admodum impressum est. Chartae albedo, marginumque amplitudo, atque initiales litterae variis coloribus depictae haud parum hanc editionem commendant. Desunt custodes, signaturae, & paginarum numeri. Litteras initiales paruas adiecit typographus.

Editio haec, quam OSMONT, & SMITH rarissimum vocant, principem obtinet locum, quam anno 1477 secunda, ab *Erhardo* RADTOLT Venetiis typis euulgata, secuta est.

Refertur haec editio a LABBEO *Nou. Bibl.* p. 339. N. LX. BEUGHEMIO *Incunab. typogr.* p. 15 & ab *auctore Catal. Vniuers. libr. rariss.* Londini anno 1699 edito p. 38, & omnes hi Romae fuisse in lucem emissam volunt. „ Sed nil dubium est, ait MAITTAIRE T. IV p. 313 „ quin sit error typographicus — qualibus abundat LABBEI catalogus — & pro *Romae* legi „ oportet *Venetiis*. Constat insuper *Vindelinum de* SPIRA Venetiis, suam habuisse typographiam; Romae autem prelo praefuisse, nullum monumentum in re litteraria ostendit.

Quid de APPIANI operibus tenendum, viri omni scientia celeberrimi nos docent. PHOTIVS in *Bibl.* ait: „ Stilus illi tenuis ac minime redundans; sed Historiam, quoad eius fieri po„ test, veram texit, & militaris disciplinae, si quis aliis, ennarrator est. Oratione deiectos „ militum animos erigere & ardentiores mitigare, affectusque exprimere, acsi, quid aliud „ imitari dicendo licet, optime nouit.

VOSSIVS de *Historia graeca* L. 2 c. 13 inquit: „ SCALIGERI in Animaduersionibus Euse„ bianis iudicium est, APPIANVM vel admodum in historia esse infantem, vel multa eius Syria„ cis esse adsuta. Sane multum POLYBIO debere, ac PLVTARCHVM ad verbum exscribere so„ litum, viri docti iam diu obseruarunt. „ Idem de *Arte histor.* 20. „ Nec praetereundus, ait, „ nobis APPIANVS, alienorum quidem ille laborum fucus, vt merito a magno viro appella„ tur, sed scriptor vtilis tamen, praesertim post perditos non paucos eorum, quos exscribe„ re solet. „ Conf. BLOVNT *Cens.* p. 105.

IV. Plinii Secundi Nouocomensis Historiae Naturalis Libri XXXVII. Venetiis per Nicolaum Ienson anno 1472. in fol. mag.

Integrum hoc praestantissimum opus folia 356 complectitur. Typi, quibus impressum est, sunt rotundi, eorumque singularis est elegantia, & nitor. Charta albedine, munditia, ac firmitate excellit. Initiales litterae maiores, quas paruis indicauit typographus, auro praestantes, ac diuersis coloribus superbientes praecipue hanc extollunt editionem. Desunt custodes signaturae, & paginarum numeri. Librorum tituli capitalibus, capitum vero iis, quibus textus excusus est, expressi sunt litteris. Interpunctionis signa obseruantur punctum, colon, & interrogationis signum.

Praecedunt opus vetera quaedam monumenta de PLINIO: quorum primum est Epistola PLINII Iunioris ad MARCVM, in qua de studiis, scriptis, & vitae instituto auunculi sui disserit. Secundum breuis PLINII vita ex libro de viris illustribus SVETONIO tributo. Tertium

altera Epistola PLINII Iunioris ad TACITVM de exitu auunculi. Quartum locus TERTVLLIANI ex apologetico. Postremum locus ex EVSEBII Chronico. Finis horum prima folii secundi pagina habetur; auersa vacua est. Folio tertio CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER I. incipit. Hic liber continet praefationem, & operis indicem, in quo etiam auctores, ex quibus PLINIVS suum opus concinnabat, sunt indicati. Folio vigesimo inchoat *Caii Plinii Secundi Naturalis Historiae Liber* II. AN *Finitus sit mundus: & an vnus. Ca. i.* Prima pagina folii 355 linea septima vltimus terminatur, cui subiectum legitur litteris capitalibus impressum: CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBRI TRICESIMI SEPTIMI ET VLTIMI FINIS IMPRESSI VENETIIS PER NICOLAVM IENSON GALLICVM. M. CCCC. LXXII. NICOLAO TRONO INCLYTO VENETIARVM DVCE. Haec, paruo spatio interiecto, subsequitur *Iohannis andreae episcopi aleriensis ad pontificem summum Paulum secundum venetum epistola*, quae in Romana editione a *Conrado* SCHWEYNHEIM, & *Arnoldo* PANNARTZ anno 1470 typis euulgata initio operis reperitur.

Editio haec splendidissima, eaque rarissima iam tres alias ante se habet. Prima, quam superius descripsimus, Venetiis anno 1469 lucem adspexit: secunda Romae ex SCHWEYNHEMII, & PANNARTZII officina anno 1470 prodiit: tertiam, Parmae anno 1470 *Vander* LINDEN a *Stephano* CORALLO typis euulgatam fuisse adfirmat; ast hanc MAITTAIRE in dubium vocat, dum illi nulli libri anno 1470 Parmae impressi innotuere: nec CORALLI mentio ante annum 1473 occurrit. Itaque valde dubitat, annon pro 1470 ponendum sit 1476.

V. Roberti de Licio Ord. Min. Quadragesimale. Venetiis per Franciscum Renner de Hailbrunn anno 1472. in fol.

Opus hoc, quod foliis 263 constat, eodem typo romano minusculo, ac pereleganti impressum, quo *Leonardi de* VTINO Quadragesimale anno 1471 excusum habetur. Charta tam albedine, quam firmitate superbit. Signaturae, custodes, paginarum numeri, & litterae initiales desiderantur. Distinctionis signa occurrunt punctum, & interrogationis signum. Sermones in capita, numero romano indicata, diuisi sunt.

In fronte auersae paginae, prima enim vacua est, legitur: *Hec est tabula sermonum contentorum hoc in volumine.* Folio tertio *Sacre theologie magistri necnon sacri eloquii preconis celeberrimi fratris Roberti de Litio ordinis Minorum professoris opus quadragesimale perutilissimum quod de penitentia dictum est. feliciter incipit.* Spatio paruo interiecto sequitur: *Dominica in Septuagesima. De facilitate bonorum operum seu bene operandi propter quam peccatores ad penitentiam redire debent. Sermo* I. Hic auersa folii noni pagina, linea quarta terminatur. In fine sequentes versus adiecti sunt:

Rubertus celeber finxit non parua minorum
Gloria me fratrum Paulo regnante secundo.
Quarto sed Sixto veniens Halbrunna alemannus.
Franciscus formis veneta me pressit in vrbe
Mille quadringentis & septuaginta duobus.

Prima haec est huius operis editio, eaque rarissima, de qua Bibliographi etiam praestantiores nullam habuerunt notitiam. De eodem opere tres alias bibliotheca nostra possidet editiones; vna sine loci, anni, & typographi indicio, quam superius sub numero CXVI memorauimus; altera Venetiis anno 1473; tertia Basileae anno 1475 in lucem prodiit.

Robertus CARACCIOLVS, natione Italus, Licii in regno Neapolitano natus, vnde *Robertus* de LICIO cognominatus, ordinis Minorum habitum adsumpsit. Summa apud plurimos Pontifices, & vniuersam Italorum gentem gratia floruit; id honoris rara concionandi vbertate,

ac

ac felicitate nactus, qua tantopere excellere credebatur, vt recepto apud omnes elogio *secundus* PAVLVS adpellaretur. Egregius fane concionator, & ingenti zelo actus, qui lacrymas auditoribus fuis pro lubitu excutere potuiffe fertur, quique folutos feculi mores, ac praefertim plusquam regiam Pontificum, & Cardinalium pompam acri calamo flagellauit. Obiit anno 1495 ac iftiusmodi difticho medio fepulchri incifo collaudatus:

Ille Robertus hic eft Chrifti, quo prefule vatum
Nemo poft Paulum clarior orbe fuit.

Henricus WARTHON in *Adpend. ad Hift. litterar. fcript. Ecclef. Caue.* p. 196.

VI. Canon, *omnis vtriusque fexus*, difputatus, & repetitus per Iacobum de Zochis de Ferraria, fine loci indicio per Barth. de Valdezochio, & Martinum de feptem arboribus anno 1472. in fol.

In fronte huius operis, foliis 127 contenti, legitur litteris capitalibus impreffum: OMNIS VTRIVSQVE FAMOSVM ALTVM DEVOTVM ET. His verbis auctor fuam inchoat praefationem, in qua praecipue de triplici poenitentia naturae, figurae, & gratiae: id eft, ante legem, legis tempore, & poft legem, feu tempore gratiae, a Deo introducta tractat. Praefationem folio quarto, linea quinta abfolutam, fequitur ipfe tractatus his verbis inchoans: OMNIS VTRIVSQVE SEXVS. Diuifus eft in quinque partes, quarum prima agit de *confeffione femel in anno peragenda*: Secunda de *publicatione ftatuti facienda*: Tertia, *quisnam facerdos abfoluere poffit.* Quarta facerdotem inftruit de *rebus & circumftantiis adhibendis circa peccata inquirendo, & poenitentiam iniungendo*: Quinta denique monet facerdotem, *vt peccatorem non propalet.* Tractatus ifte folio 114 fequentibus verbis finitur: *Completa per me Iacobum de Zochis de fararia iuris vtriufque doctorem padue in iure canonico ordinariam fedem occupantem.* Paruo interiecto fpatio, fequuntur quaeftiones, *quonam temporis pafchalis die facra communio fumenda fit. An liceat extra parochiam audire Miffam? An baptifmus a laico in neceffitate poffit valide conferri?* Ad calcem operis legitur: *Explicit famofum vtile atque altum. c. Omnis vtriufque fexus de peni. & remif. difputatum ac repetitum per famofum ac excellentem iuris vtriufque doctorem dominum Iacobum de Zochis de ferraria in gignafio patauino ordinariam fedem benemerito occupantem.* Paruo poft interuallo leguntur typographorum nomina.

Bar. De Valdezochio Patauus. F.F.
Martinus de feptem arboribus. Prutenus.
M. CCCC. LXXII. die XXVIII. Iulii. . F.

Quamquam nulla loci impreffionis mentio habeatur, indubitatum tamen eft, opus praefens Paduae fuiffe typis euulgatum, cum typographi fupra memorati nullo in alio loco, quam Paduae prelum habuerint. V. MAITTAIRE T. IV p. 235.

Litteris romanis, ac nitidis admodum, papyro mundae, ac firmae impreffum eft opus praefens, nullas exhibens fignaturas, aut cuftodes, nullosque paginarum numeros. Tituli quoque, ac initiales litterae defiderantur, & praeter punctum nullum aliud occurrit diftinctionis fignum. Hac de editione altum tenent Bibliographi filentium, ex quo infignis eiusdem raritas adparet.

VII. Hiſtoriae tripartitae ex Socrate, Sozomeno, & Theodorito excerptae, ab Epiphanio Scholaſtico latine redditae, & a Magno A. Caſſiodoro in compendium redactae Libri XII. Auguſtae per Ioannem Schüſsler anno 1472. in fol.

Tituli loco ſequentia in fronte habentur: *In hoc corpore continentur tripertite hiſtorie ex Socrate Sozomeno & Theodorico in vnum collecte & nuper de greco in latinum tranſlate libri numero duodecim.* Haec excipit *Prefatio Senatoris* — Caſſiodori — *ſerui dei.* Auerſa folii primi pagina *Incipiunt tituli primi libri*, qui etiam reliquis libri ſunt praemiſſi. In vltima huius paginae linea *Incipit liber primus feliciter, Allocutoria Sozomeni ad imperatorem.* Auerſa pagina folii tertii linea vigeſima *Sozomeni allocutio in Theodoſium principem explicit.* Folii 23 auerſa, linea 29. *Hiſtorie tripertite Sozomeni liber primus explicit*, quem immediate argumenta capitum ſecundi libri excipiunt. Ad calcem operis legitur: *Hiſtorie tripertite libri numero duodecim. iam domino preſtante finiunt feliciter. Non quidem cirographati; Sed ipſa. que a ſummo demiſſa eſt. arte; Per Iohannem Schüſsler regie vrbis Auguſtenſis ciuem quam diligenter impreſſi. Anno ſalutifere incarnationis Chriſti Hieſu. Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo; Circiter nonas februarias, Laus almipotenti, Amen.*

Conſtat foliis 192 praeſens opus, charactere tabula II. N. IV exhibito, impreſſum. Signaturae nullae occurrunt, nulli cuſtodes, aut paginarum numeri. Maximum huic editioni ſplendorem conferunt initiales litterae auro, & diuerſis coloribus inſignes, atque chartae munditia, ac firmitas, marginumque amplitudo.

Haec prima huius operis editio, quam a curioſis vnicam requiri, ſibi vero nunquam viſam eſſe adfirmat de BVRE. n. 4384. Etiam *Guil.* CAVE, POSSEVINO, & aliis, qui de CASSIODORO, eiusdem ſcriptis, horumque editionibus mentionem faciunt, noſtra editio incognita erat, ex quo ſumma eiusdem raritas patet.

Qui plura de huius operis verſione ſcire cupit, legere poteſt POSSEVINI *Adparatum* de EPIPHANIO *Scholaſtico.* T. II p. 513.

VIII. *Reuerendi patris domini Iacobi de Theramo Compendium perbreue Conſolatio peccatorum nuncupatum; Et apud nonnullos Belial vocitatum ad papam Vrbanum ſextum conſcriptum.* Auguſtae per Ioannem Schüſsler anno 1472. in fol.

Verba ſuperius relata operis titulum conſtituunt. *Belial* ideo hoc opus nuncupatur, eoquod ſit tractatus iudicialis ſeu actio cauſidica inter Deum, & diabolum, cuius aduocati gemini, alter MOYSES, BELIAL alter, hic inferni, ille Ieſu Chriſti cauſam agit: vterque SALOMONIS, aliorumque tribunalia iudicum implorant. Folia 115 hoc opus complectitur, charactere, quo praecedens, impreſſum, nullas oſtendit ſignaturas, nullos cuſtodes, nullosque paginarum numeros. Initiales litterae in primis 19 foliis deſunt, in ſequentibus vero potiſſimum litteris minoribus ſunt indicatae. Sectiones neque librorum, neque capitum occurrunt. Ad finem haec leguntur: *Explicit liber belial nuncupatus alias peccatorum conſolatio Per Ioh. Schüſsler ciuem Aug. impreſſus. Anno domini M CCCC LXXII. Iulii vero Nonas VI.*

Editio iſta rara admodum, ſi non omnium prima eſt, ſaltem ſecundum obtinet locum. FREYTAG in *Analectis* alterius editionis, ſine anni, loci, & typographi indicio meminit, quam SAVBERT in *Bibl. Norimb.* noſtra antiquiorem eſſe adfirmat.

De auctore huius operis, quem alii *Iacobum* de ANCHARANO nuncupant, multis agunt POSSEVINVS, *Robertus* GERIVS in *Adpend.* ad CAVE *Hiſt. ſcript. Eccleſ.* p. 80. OVDINVS *Comment.*

ment. de script. Eccles. T. II col. 1251. Natus est Auersae prope Neapolim; factus dein Archidiaconus Auersanus, & Canonicus Aprucinus, conscripsit opus hoc aetatis suae anno XXXIII quemadmodum ipse in libri fine profitetur, scribens: *Datum auerse prope neapolim die penultima mensis octobris sexta indictione, anno domini M. CCCC. XXXII. Etatis mee anno XXXIII.*

Hoc opus est vltimum a SCHVESSLERO impressum, dum eiusdem quinque prela, aliaque vtensilia typographicae artis *Melchior* STAMHAMIVS nostri Asceterii Abbas iam feria tertia ante festum *S.* AFRAE anno 1472 coemerat. An iste arti suae valedixerit, an autem naturae debitum moriendo exsoluerit, exploratum haud habetur.

IX, Ioannis Summa, Theodisce. Augustae per Ioannem Baemler anno 1472. in fol.

Praemittitur operi index ordine alphabetico dispositus, & foliis tredecim contentus. Hunc in separata pagina sequitur imago B. V. MARIAE, IESVM infantem in sinu sedentem sinistra manu tenentis, dextera pomum eidem porrigentis, ligno incisa, circa quam octo versus theodisci typis impressi leguntur. Imaginem hanc excipit prologus, istum ipsa summa. In prima pagina folii 15 legitur: *In nomine domini Amen hie hebt sich an der prologus das ist, die vorred diss buchs genant Summa Iohanis welche summ gezogen ist aufs dem heyligen Decret buch.* Prologus auersa eiusdem folii pagina, linea decima terminatur, quem immediate summa excipit, cuius materia ordine alphabetico est disposita. In fine duplex habetur subscriptio, altera theodisca, latina altera sequentibus verbis contenta: *hie enndet sich Summa Iohannis, die gezogen ist aufs dem heyligen Decret buch, vnd von latein in teutsch gemacht, durch ein hochgelerten man Bruder Berchtold prediger ordens. Vnd die hat getruckt Iohannes Bämler An Freytag vor Michaelis In der Keyserlichen stat Augspurg. Anno &c. M. CCCC. vnd in dem LXXII. iare.*

Latina huius est tenoris: *Explicit Summa Iohannis Transslata de latino in volgare. multum vtilis pro regentibus curam animarum clericis simplicibus Nec non laycis. qui se informare possunt ex eadem in diuersis casibus occurrentibus* &c.

IOANNES iste huius operis auctor, est *Ioannes* a FREYBVRG, a nonnullis *Ioannes* de VRIBVRGO dictus, cognomento RVNSIC, natione Germanus, Friburgi in Brisgoia ortus, ordinis Praedicatorum Monachus, claruit circa initium seculi XIV. Quidam putant, eum fuisse Bosniensem in Hungaria Episcopum; ast aliter nos docet LEANDER fol. 151 scribens: „ Aduerte illum Germanum graui passu ambulantem, is est Ioannes Teutonicus, non ille quondam generalis magister ordinis, scilicet IOANNES a *Wildeshusen* dictus, sed ille lector friburgensis vir deuotus & litteratura praestantissimus, portans super dorsum ingens volumen a se confectum, plura opuscula ea quidem ingeniosa docta & valde necessaria continens. Vita excessit in Friburg in coenobio fratrum, & in aede ante aram maiorem sepelitur anno Domini M. CCC. XIV. VI idus Maias. „ QVETIF T. I *script. Ord. Praedic.* p. 523.

Quid de operis translatore dicendum, non plus reperire potui, quam quod ille in prologo nobis scriptum reliquit. Se BERCHTOLDVM nominat ordinis Praedicatorum alumnum, qui verbum diuinum longo tempore praedicauit. Munere concionatoris absoluto, solitariam elegit vitam, in qua, ne vtile ecclesiae membrum esse cessaret, & vt Equitis *Ioannis* de AVR petitioni satisfaceret, praesentia ex IOANNIS *Summa* excerpta, in vulgarem linguam traduxit, & ordine alphabetico disposuit. V. QVETIF l. cit. p. 722.

X. Tractatus diuersi in lingua theodisca. I. Speculum morale. II. Sermo de matrimonio. III. Speculum humanum. IV. Regimen Sanitatis. V De praeceptis Decalogi. VI. Francisci Petrarchae Epistola historiam cuiusdam faeminae Grisel nomine continens. Augustae per Ioan. Baemler anno 1472. in fol.

Primus Tractatus 30 folia complectitur. Quaelibet pagina in duas est distincta columnas. Character, quo impressus, est gothicus maiusculus, & pinguis, quem tabula III. N. I exhibet. In fronte primae columnae sequentia rubro colore impressa tituli loco leguntur: *hie nach volgent gut nuczlich lere vnd vnnderweysung in teütsch beschriben auss den parabolen vnd beysprüchen Salomonis Auch auss Kathone, Tulio, vnd auss anderen leren vnd poeten gezogen Darinne ain iunger mensch underricht würt, wie er sich in erberkeyt vnd guten syten gegen got vnd dem menschen halten sol, zu dem ersten Quid optimum & pessimum sit in homine* &c. Secunda folii 30 pagina linea 22, huius tractatus finis est. Auersa vacua est.

In fronte secundi tractatus foliis 8 comprehensi, nigro colore impressum legitur: *hie nach volget ain nüczliche lere vnd predig, wie sich zway menschen in dem sacrament der heiligen Ee halten süllen.* Finitur secunda folii octaui columna, linea vigesima.

Tractatus tertius non est in duabus columnis impressus: constat septem foliis. Eius initium ita sonat: *hie nach volget ein hailsame nüczliche ler durch ein hochgelerten geystlichen vater also beschriben vnd ist genant der menschen spiegel darinn man lernet sein selbs erkantnuss vnd den weg der ewigen sälikeyt.* Ad finem legitur: *Das hat gedruckt Iohannes Bämler zu Augspurg im LXXII. iar.* Folio sequenti: *hie nach volgent die fünff anfächtigung die ein yedlich mensch ersteen muss in seinem letsten zeiten mit sampt fünff heylsamen gepeten die offt vnd nuczlich zesprechen sind mit andacht.* Haec doctrina tria occupat folia.

Tractatus quartus ita incipit: *hie nach volgt ein nüczlich regiment, wer sich darnoch haltet, der mag sein leben lang in gesuntheit behalten.* Haec verba excipit auctoris prologus, ad cuius finem haec habetur notitia: *Vnd darumb han ich in besunder liebe vnd gedächtnuss dem edlen grafen Rudolff von hochenburg meinem genadigen herren, vnd frawen Margarethen geporen von tierstain seiner hausfrawen meiner genadigen frawen, weyt gesucht vnd zesamen gelesen auss den bewärten maisteren der natur vnd der arczeney.* Prologus prima pagina folii secundi, linea vigesima finitur. Ad finem legitur: *Hie enndet sich das büchlein genant Regimen sanitatis.*

Folio 37 legitur: *Hie hebt sich an ein ander buch darinn man vindet, wie man ein gesunden menschen erkennen soll. Vnd ob er von übrigen plut siech sey. Vnd wen einem menschen ein grosse sucht besteen will. Auch so er den frörer in einer sucht hat. Vnd von dem magen, wie sich speis vnd tranch darinn verwandelt. Auch vindet man dabey, wie einer den harn vahen soll, vnd zu wöllicher Zeit Vnd was ein ieder harn bedeüttet Dessgleychen der puls vnd das gelassen plüt.* Ad calcem huius tractatus haec habentur: *Das nuczlich buch von ordnung der gesunthayt, hatt gedruckt vnd vollendet hanns Bämler zu Augspurg an sant Iörgen awbent. Anno &c. im LXXII. iar.*

Tractatus quintus foliis decem constans sequenti modo incipit: *Hie nach volgent die zehen gebot gottes mit einer nuczlicheu ausslegung die ein yeder vernünfftiger cristen mensch schuldig ist zewissen bey seiner sel sälikeit.* Ad finem sequentes versus leguntur:

Nun helff vns der barmherzig got.
Das wir also hallten seine gebot.
Das vns dar durch werd geben.
Hie im Zeit Gnad vnd dort ewigs leben

AMEN.

Tracta-

Tractatus sextus *Francisci* PETRARCHAE epistolam continet, in cuius fronte haec leguntur: *Dis ist ain epistel Francisci Petrarche Von grosser stätikeyt ainer frawen Grysel gehaissen.* Haec epistola decem folia, quorum quodlibet in quatuor est diuisum columnas, complectitur. Ad calcem eiusdem sequentia leguntur: *Hye endet sich die Epistel Francisci Petrarche aufs latein ze teütsch gemacht von einer tugentreichen frawen Griseldis gehaissen. &c. Die hat getruckt Iohannes Bümler zu Augspurg. Anno &c. M. CCCC. LXXII. iare.*

Initiales litterae, signaturae, paginarum numeri, & custodes desiderantur. Charta est firma admodum, sed minus polita. Interpunctionis signa & punctum, & coma occurrunt.

Horum omnium editio videtur mihi omnium prima, & merito inter insignes raritates, tum ob operum theodiscorum tunc temporis impressorum infrequentiam, tum ob silentium Bibliographorum etiam praestantiorum numeratur. Istorum aliam quoque editionem anno 1476 typis euulgatam nostra possidet bibliotheca.

XI. Henrici Ariminensis Tractatus de quatuor virtutibus cardinalibus Spirae anno 1472. in fol.

Opus index materiarum ordine alphabetico dispositus, quem *Thomas* DORNIBERG eiusdem compilator tabulam remissoriam in sua praefatione adpellat, folia decem complectens, ad cuius finem sequentia habentur: *Omnes itaque virtutum cultores pro bene actis gracias deo referant. & si quid minus bene ordinatum inuenerint indulgenciam prestent. & non liuoris acculeo sed caritatis zelo in melius reforment queso completa est hec tabula remissoria per me Thomam de Dorniberg ante dictum de Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagtuagesimo secundo Ipsa die sancti Martini pape.* Folio vndecimo *Incipit tractatus de quatuor virtutibus cardinalibus editus & expositus ad Ciues Venetos per frem Henricum Ariminensem.* Folio 12 linea 16 auctoris absoluitur praefatio, quam tractatus primus de Prudentia excipit, cuius finis folio 35 habetur, & eiusdem auersa *Incipit tractatus secundus de iusticia distinctus per V. capitula.* Ad calcem operis haec habetur notitia adiecta: *Tractatus pulcherrimus de quatuor virtutibus cardinalibus per fratrem Henricum ariminensem & venetos editus totam fere philosophiam moralem complectens vnacum exemplis & historys tam ex diuinarum quam humanarum scripturarum auctoribus sumptis ad conficiendum arengas collaciones & sermones vtilissimos arte impressoria Spire artificiose effigiatus feliciter explicit.*

Folia 147 hoc opus complectitur. Litterae, quibus impressum est, sunt gothicae maiusculae, a tabula VI. N. VII exhibitae, quae magnam similitudinem cum illis habent, quibus *Richardus* PAFFROED Dauentriae sine anni indicio *Raymundi* a SABVNDE *librum creaturarum* supra memoratum excuderat. Quis vero illud prelo commiserit, diuinare nolo. Ante *Petrum* DRACH nullum alium typographum Spirensem exploratum habeo; ast iste ante annum 1477 nullo monumento typographico innotescit; insuper characteres huius operis longe ab illi vsitatis discedunt; vnde coniecturare licet, ante illum vel alium Spirae prelum habuisse, vel illum prioribus annis his quoque vsum fuisse, quod litteratorum iudicio relictum volo. Desunt initiales litterae, custodes, signaturae, & paginarum numeri. Praeter punctum nullum aliud occurrit distinctionis signum, & hoc raro admodum. Abbreuiationes sunt nimis frequentes.

Quamuis subscriptio, indici adiecta, magis huius compositionis tempus demonstrare videatur, in hoc tamen viros clarissimos SINCERVM, SCHELHORN, CLEMENT, & alios, qui huius editionis meminerunt, & ad hunc annum referunt, sequi non dubito; signa enim eiusdem characteristica decrepitam produnt aetatem. Accedit: *Thomas* DORNIBERG, Memmingae in Sueuia natus, eodem anno, testibus *Roberto* GERING, & OVDINO, Spirae suum habebat

bebat domicilium, & aduocati munere fungebatur; facile itaque fieri potuisset, vt etiam eodem hanc editionem procurasset.

HENRICVS de *Arimino* a patria Aemiliae ciuitate sic nuncupatus, ibidemque ordini Praedicatorum adscriptus, claruit circa initium seculi XIV. Praeter praesentem tractatum & alia sui ingenii monumenta posteritati reliquit. Conf. QVETIF T. I *script. Ord. Praedic.* p. 523.

Anno MCCCCLXXIII.

I. Eusebii Pamphili Caesariensis Episc. Praeparatio Euangelica a Georgio Trapezuntino latine reddita. Sine loci nota anno 1473. in fol.

Incipit hoc opus, foliis 149 constans, sine titulo ab interpretis GEORGII *Trapezuntini* ad NICOLAVM *V* epistola dedicatoria, quae auersa pagina folii primi, linea 25 terminatur. Paruo spatio interiecto, inchoat liber primus, qui vsque ad folium duodecimum progreditur, vbi linea 16 definit. Folii 149 auersa pagina sequentes versus finem operi imponunt:

Artis hic: & fidei splendet mirabile numen:
Quod fama auctores: auget honore deos.
Quid magis artificem peteret Dux: Christus: & auctor!
Tres facit æternos ingeniosa manus
M. CCCC. LXXIII.
Leonardus Aurl.

Desunt in hac editione initiales litterae, signaturae, custodes, & paginarum numeri: nec tituli tam libris, quam capitibus sunt praefixi. Typis rotundis, ac perelegantibus, chartae albae, & firmae opus hoc est impressum.

Editio haec rarissima, ac paucis nota, secunda est, quam illa Veneta a *Nicolao* IENSON anno 1470 in lucem emissa, a MAITTAIRE T. IV p. 285 laudata, praecessit. Locus impressionis ita obscurus est, vt nullus Bibliographorum illum diuinare hucusque ausus fuerit. *Leonardum* AVRL, an typographum faciam, an correctorem, aut carminis auctorem, plane ignoro. MAITTAIRE quidem in annalibus typographicis T. IV pag. 233 & 247 eum typographis adcenset, sed non alio motiuo, vt videtur, quam quod illum post anni notam subiectum legisset. Ast idem motiuum aeque multum pro correctore, vel pro carminum ad finem adiectorum auctore pugnare videtur. Insuper si AVRL typographicam exercuit artem, estne, possibile, illum tantummodo vnicum hoc opus typis excudisse? Sed nec MAITTAIRE, nec alius Bibliographus praeter hoc aliud excitauit opus ab illo impressum; itaque, donec clariora adpareant argumenta, lis indecisa manebit.

Eusebius PAMPHILVS, in Palaestina, iuxta CAVE anno 270 natus, homo in omni scientia doctissimus, antiquitatum scrutator indefessus, per innumera ingenii sui monumenta, nomen suum ad posteros traduxit. A multis quidem Arianae haeresis reus adcusatur, sed GEORGIVS *Trapezuntinus* eum a suspicione Arianismi in huius operis praefatione liberare studuit: *Constat enim*, ait, *ipsum ariana haeresi ante sententiam concilii laborasse, sanctorum deinde patrum auctoritatem libenter secutum, sanctissime atque pie in orthodoxia vixisse.* Id tamen falsum esse, sanctissimi viri demonstrant. Conf. CAVE *Hist. script. Eccles.* T. I p. 177. *S.* HIER. in *Fabric. Bibl. Eccles* p. 167. OVDIN. *Comment. script. Eccles*, T. I col. 312.

Quid de versione *Trapezuntini* sentiendum, virorum doctissimorum iudicium audiamus. *Dionysius* PETAVIVS de *Incarnat. Verbi* XIII. §. II scribit: „ Latina sua versione — *Trapezuntinus* — non tam Eusebio lucem attulit, quam eo foede laniendo, addendo, ac deprauando, iustam, de se querelam posteris reliquit. „ *Franciscus* VIGERIVS S. I. Presbyter,

ter, qui vltimam huius operis adornauit editionem in praefatione de *Trapezuntini* verfione ait: „ Extitit ante hos centum annos, homo & natione graecus, & latinis infuper litte-„ ris non mediocriter informatus: Qui fi horum ad librorum interpretationem, quantum „ eruditionis, ac folertiae adferebat, tantum a curis grauioribus temporis & otii conferre „ potuiffet: nobis vtique legendi voluptatem, non alterius operae neceffitatem reliquiffet. „ At — quod ipfemet excipit, vel excufat — cum eorum, a quibus vrgebatur defiderio, ver-„ tendi celeritatem aequare geftiret, EVSEBIVM EVSEBIO fuffuratus eft; itaque fuo ex fenfu „ vultum ei fpeciemque finxit, vt ab eo *Trapezuntium* verius qnam EVSEBIVM haberemus. „ Ita capitum numerum, ordinemque mutat; ita fententias, periodos, paginas nonnun-„ quam integras modo interpolat, modo, quod longe grauius eft, expungit, & refecat. „ Librum certe decimum quintum ne attigit quidem. Id quod viris etiam doctiffimis frau-„ di fuit, qui cum EVSEBII graeca non legiffent, poftremum hunc librum periiffe credide-„ runt. „ Id vltimum in noftra editione fe fatis verificat, dum duodecim tantum libros habemus.

II. S. Antonini Archiep. Florentini Ord. Praedic. Summula confeffionis. Cremonae per Barthol. Ebur anno 1473 in 4. mag.

Tituli loco litteris capitalibus in fronte legitur impreffum: INCIPIT SVMMVLA CONFESSIONIS VTILISSIMA IN QVA AGITVR QVOMODO SE HABERE DEBEAT CONFESSOR ERGA POENITENTEM IN CONFESSIONIBVS AVDIENDIS: QVAM EDIDIT REVERENDISSIMVS VIR AC IN CHRISTO PATER D. FRATER ANTONINVS ARCHIEPISCOPVS FLORENTINVS ORDINIS FRATRVM PREDICATORVM. Opus folia 128 comprehendit: fingulae paginae in duas funt diuifae columnas, character romanus minufculus, ac nitidiffimus, chartaeque albedo & munditia editionem hanc praecipue commendant. Signaturae, cuftodes, & paginarum numeri defiderantur: initiales vero litteras paruas adiecit typographus. Secunda folii 124 columna *Explicit Titulus de reftitutionibus fratris Antonini Archiepifcopi Florentini in quo diffufe tractatur de hac materia.* Tertia columna *Incipit tabula materiarum que in hoc libro continentur*, quam folio 128 fequens hexaftichon excipit.

Quem legis impreffus dum ftabit in aere caracter
Dum non longa dies vel fera fata prement.
Candida perpetue non deerit fama Cremone
Phidiacum hinc fuperat Bar tholomeus ebur.
Cedite chalcographi: millefima veftra figura eft.
Archetypas fingit folus at ifte notas.

M. CCCC. LXXIII. NICOLAO TRVNO DVCE VENETIARVM REGNANTE IMPRESSVM FVIT HOC OPVS FOELICITER.

Editionis huius rariffimae, & peruetuftae mentionem faciunt OSMONT I p. 30. WIDEKIND. p. 137. BAVR *Bibl. Vniuerf.* T. I p. 88. MAITTAIRE autem, & QVETIF, qui plures huius opufculi editiones recenfet, eam penitus ignorarunt.

S. ANTONINVS, luftrali nomine ANTONIVS, Florentiae nobilibus parentibus anno 1389 natus, anno 1406 ordinis Praedicatorum habitum induit, tyrocinii anno reuoluto, facra ftudia totis viribus eft amplexus. Vicarii generalis munere functus ab EVGENIO *IV.* anno 1446 ad fedem Florentinam euectus eft. Vir tam doctrinae, quam fanctitatis laude celebris, poftquam innumera vtriusque monumenta reliquiffet, anno 1459 ad beatorum fedes tranfiit. QVETIF T. I *fcript. Ord. Praedic.* p. 817.

III. *Liber beati Augustini yponensis episcopi de Consensu euangelistarum, partitus in quatuor libros incipit feliciter.* Laugingae sine tygographi nomine anno 1473. in fol.

Haec tituli loco, verbotenus in fronte primae paginae habentur. Tum ipsum opus statim incipit, quod foliis 105 constans litteris rotundis minusculis, ac nitidis impressum est. Initiales litterae librorum desiderantur; capitum lineares sunt ab ipso typographo adpositae. Desunt signaturae, custodes, & paginarum numeri. Papyrus est munda, & firma admodum, in qua typographus amplas reliquit margines. Liber primus auersa folii 15 pagina: secundus auersa folii 64: tertius folii 98 auersa; quartus denique auersa folii 105 sequenti subscriptione terminatur: *Liber. Beati. Augustini. Yponens.s. Episcopi de Consensu euangelistarum. explicit feliciter. In ciuitate. Laugingen. Impressus. Anno a partu virginis salutifero. Millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio. Pridie. Idus. Aprilis.*

Editionem praesentem raram admodum esse, omnes, qui illam norunt, fatentur litterati. CLEMENT in *Bibl. cur.* T. II p. 265 vocat illam *edition tres rare.* GEMEINER in *Notit. Bibl. Ratisbon.* p. 113 scribit: quamuis plures huius editionis meminerint, vt SCHELHORN, SINCERVS, GOEZ, BAVR, & OSSINGER, ita tamen rara est, vt praeter exemplaria Dresdense, & bibliothecae Kraftianae pauca innotescant. MAITTAIRE de illa nullam habuit notitiam.

IV. Aegidii Romani Ord. Fratr. Eremit. S. Augustini de regimine Principum Libri III. sine loci, & typographi indicio anno 1473. in fol.

Integrum hoc opus constat foliis 129 typis romanis impressum. Singulae paginae duas complectuntur columnas. Charta est munda, firma, sed minus polita, chartarii signo rosa instructa. Signaturae nullae occurrunt, nulli custodes, aut paginarum numeri, & nullum aliud interpunctionis signum, quam punctum. Litteras initiales ligno incisas adiecit typographus. Littera Iod nec punctum, nec lineolam sibi habet impositam. In superiori cuiuslibet paginae margine quiuis liber, eiusque pars litteris capitalibus est indicatus.

Voluminis initio *Prologus in librum de Regimine principum. editus a fratre Egidio romano. ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini incipit feliciter.* Prologum excipit index, qui secunda folii quarti columna, linea 13 terminatur; auersa eiusdem vacua est. Folio sequenti caput primum incipit, cuius titulus ita sonat: *Quis sit modus procedendi in regimine principum.* Secunda folii 47 columna, linea octaua *Incipit pars prima libri secundi.* Folii 85 columna prima, linea 23 *Incipit pars prima libri tercii.* Folii 129 secunda columna liber tertius sequentibus terminatur: *Egidii romani. Libri numero tres de regimine principum. Arte quidem impressoria exarati finiunt feliciter. Anno a partu virginis salutifero. Millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio. Vicesima septima mensis Iunii.*

Augustae Vindelicorum hoc opus impressum esse, nullus dubito; typus enim istius plane idem est, vti ex adcurata comparatione didici, quo *Guntherus* ZAINER anno 1472. ISIDORI Hispalensis Libri XX. Etymologiarum excuderat, quem tabula II. N. VII ostendit.

Insignis raritatis notam huic editioni Bibliographorum silentium attribuit. Principem quoque locum mereri, haud ambigo. Scio quidem, a quibusdam Romanam quamdam anno 1472 recenseri; sed MAITTAIRE illam nunquam extitisse, & ad annum 1482 referri oportere, haud spernendo demonstrat argumento. Haec enim ab eodem typographo, eodemque anno fuit impressa; ast quomodo ita adcurate fieri potuisset, non adparet. Accedit: si *Stephanus* BLANCK — Hic est huius editionis impressor — teste MAITTAIRE, anno 1482 primum opus

prelo

prelo subiecit, certe editionem memoratam anno 1472 typis euulgare haud potuit. AVDIFREDVS in *Catal. Edit. Rom.* praeter illam anni 1482 aliam non agnouit.

AEGIDIVS Romae ex nobili Columniensium familia natus, *S.* THOMAE *Aquinatis*, discipulus, ordinis Eremit. *S.* AVGVSTINI Alumnus, ob felicissimum in eruenda veritate ingenium *fundatissimi doctoris* nomen adeptus est. Libros hosce de Principum regimine iussu PHILIPPI *Pulchri* Galliarum Regis, cui perquam gratus erat, conscripsit. Claruit ad finem seculi XIII & initium XIV. Auenione anno 1316 die 22 Decembris ex hac mortali ad immortalem transiit vitam. Ad eius tumulum Parisiis sequens inuenitur Epitaphium:

Hic iacet aula morum, vitae munditia,
Archi - Philosophiae Aristotelis perspicacissimus
Commentator,
Clauis, & Doctor Theologiae, lux in lucem
reducens dubia.
Fr. Aegidius de Roma Ord. Fratrum Eremit.
S. Augustini,
Archiepiscopus Bituricensis, qui obiit
Anno Domini 1316 die 22 Mensis
Decembris.

Conf. OSSINGER *Bibl. August.* p. 237 & seqq. vbi plura huius viri opera recensita inueniuntur.

V. Augustini de Ancona Ord. Eremit. S. Augustini Summa de ecclesiastica potestate. Sine typographi nomine Augustae anno 1473. in fol.

In fronte operis legitur: *Incipit Summa Augustini de Ancona de summa potestate ecclesiastica.* Haec sequitur auctoris epistola dedicatoria ad IOANNEM XXII. S. P. quae auersa folii primi pagina, linea sexta terminatur. Opus hoc centum, & duodecim quaestiones, foliaque 469 complectitur. Cuilibet quaestioni argumenta capitulorum sunt praemissa. Signaturae nullae occurrunt, nulli custodes, aut paginarum numeri, nullaeque initiales litterae. Character, quo impressum, idem plane est, quo Guntherus ZAINER, & SCHVESSLERVS, ille ad Meditationes anno 1468, hic ad IOSEPHI antiquitates Iudaicas excudendas vsi fuere. Charta munda est, & firma: Chartarii signum caput bouinum, cuius inter cornua stilus exsurgit in polygonum desinens. Quaestio vltima folii 459 auersa pagina sequenti subscriptione terminatur: *Explicit summa de ecclesiastica potestate edita a fratre Augustino de Ancona Ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini. Auguste impressa & finita pridie nonas Marcii. Anno incarnationis xpi M. CCCC. LXXIII.* Folio sequenti *Incipiunt rubrice & tituli questionum summe de ecclesiastica potestate fratris Augustini de Ancona ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini.* Hi folia decem vltima occupant.

Quamquam, teste Cl. ZAPFIO in *Annal. typogr. August.* vnum ex tribus huius operis exemplaribus, quae in Bibliotheca Carthusianorum Buxhemii extant, SCHVESSLERI nomen adscriptum habeat, illi istud adiudicare nequimus. Sat enim probatum arbitror, SCHVESSLERVM anno 1472 arti typographicae nuntium misisse, & omnia artis eiusdem vtensilia eodem anno a nostro *Melchiore* STAMHAM coemta fuisse. Ex quo colligi datur, editionem non ex illius, sed ex alterius, & quod verisimilius mihi videtur, ex *Guntheri* ZAINER officina prodiisse.

Huius editionis praeter Cl. ZAPFIVM & MAITTAIRE, FREYTAG in *Analectis litterariis* p. 25. OSSINGER in *Bibl. August.* p. 45 meminerunt. Hic alteram hoc anno typis Romae euulgatam recenset; sed an exiitat, dubius haereo.

AVGVSTINVS, cognomine *Triumphus*, natione Italus, patria Anconitanus, Ordinis Eremit. S. Auguſt. Alumnus, claruit anno 1290, & anno 1328 Neapoli e viuis diſceſſit. Epitaphium eius, quod in eccleſia ad *S.* AVGVSTINVM Neapoli inuenitur, omnem huius viri laudem his verbis depraedicat: *Anno Domini 1328 die 2 Aprilis Indictione I obiit* B. *Auguſtinus* TRIVMPHVS *de Ancona Mag. in Sacra pag. Ord. Erem. S.* AVGVSTINI, *qui vixit an.* 88 *edidit-que ſuo Angelico ingenio 36 volumina librorum, Sanctus in vita, & clarus in ſcientia, vnde omnes debent ſequi talem virum, qui fuit Religionis ſpeculum.* OSSINGER l. cit.

VI. S. Gregorii M. Homiliarum Partes II. ſine loci, & typographi indicio anno 1473. in fol.

Initio operis ſequentia habentur: *Ordo XL omeliarum beati gregorii pape ad ſecundinum epiſcopum Thauromitanum.* Ordinem, ſeu indicem auerſa pagina ſequitur epiſtola *S.* GREGORII ad SECVNDINVM; Epiſtolam in medio folii ſecundi homilia prima. Folii 55 auerſa pagina *Finis prime partis Omeliarnm beati gregorii pape Sequitur pars altera*, quae ſequenti folio incipit. Auerſa folii 141 pagina *Adeptus eſt finis ambarum parcium omeliarum beatiſſimi gregorii pape urbis rome in die ſancti hermetis ſub Anno domini M CCCC LXXIII.* Folium 142 alteram homiliarum tabulam exhibet, qua indicatur, quibus dominicis, feriis, & feſtis adhiberi poſſint.

Litterae, quibus homiliae impreſſae, ſunt eaedem, quas tabula II. N. V repraeſentat, & quibus ZAINER *Zamorenſis Speculum humanae vitae* anno 1471 excuderat. Vnde ex eiusdem officina prodiiſſe videntur. Deſunt initiales litterae, ſignaturae, cuſtodes, & paginarum numeri. Hac de editione Bibliographi etiam Cl. ZAPFIVS altam tenent ſilentium, ex quo ſummae eiusdem raritas eluceſcit.

S. GREGORIVS praeſentes homilias ad SECVNDINVM Taurominitanum Epiſcopum, anno 592 abſoluit. Has, vt ipſe in prologo admonet, antequam euulgaret, iterum recenſuit, quas antea vel in Eccleſia legi iuſſerat, vel ipſemet e cathedra ad populum dixerat. Diuiſae ſunt in duos libros, quorum primus Homilias XX Amanuenſibus dictatas, ſecundus totidem ab illo pronuntiatas continet.

VII. S. Gregorii M. Dialogorum Libri IV. Accedit Tundali Viſio cum aliis tractatibus. Theodiſce. Sine loci, & typographi nota anno 1473. in fol.

Initio voluminis in ſeparata pagina exhibetur imago ligno inciſa, *S.* GREGORIVM, & PETRVM Diaconum repraeſentans. Folio ſecundo legitur: *Hie facht an das Buch das der heylig vatter vnd bapſt ſanctus Gregorius ſebs gemacht hat von den heyligen die bey ſeynen zeyten vnd dar vor gew eſen ſind in welſchen landen vnd von iren wunderzaichen vnd ſind gar vil ſchöner exempel vnd haiſſet das Buch ſo vil als das buch der zwayer red mit ain ander.* Tum incipiunt capitula libri primi, quae etiam ceteris libris ſunt praemiſſi. Auerſa folii tertii pagina inchoat primum capitulum. Liber primus prima folii 26 pagina, linea 21 terminatur; liber quartus auerſa folii 139 pagina ſequenti clauſula deſi it: *Hye hatt ain end das puch genant dyalogus. ſancti Gregory pape. Vnd das ward gedruckt du man zalt nach criſti gepurd. M. CCCC. LXXIII. iar.*

Folio ſequenti legitur: *Hie hebt ſich an das puch der pein der ſelen vnd von den freüden der welten, vnd iſt zu latein genant viſio Tundali zu teütſch die geſicht Tundali.* Viſio haec a TVNDALO Hiberno Caſtellenſi Carthuſiano, qui anno 1148 viuebat, deſcripta, 24 folia occupat. Folio 162 viſionem *S.* FVRSEI miraculum excipit, & quidem his verbis: *Von einem Biſchoff Forſee genant iſt ein groſs wunderzaichen zu merchen.*

Folio

Folio 164 legitur: *Da man zelen von cristi gepurt tausent zwayhundert vnd siben vnd viiezig iar. Da geschach in Sicilia das nach volgent wunderzaichen, vnd man vind es geschriben in dem buch das genant wirt Speculum mundi Ein spiegel der welt.* Auersa folii 167 pagina huius miraculi narratio finitur, ad cuius finem habetur: *Wer dise wunderzaichen mit fleyss läse vnd betrachtet, ane zweyfel er wurde sich von sünden fürbas hütten.*

Folio 168 sequens materia incipit: *Von der edelesten nuczberlichesten kunst die gesein mag, auch einem yeglichen cristen menschen wol nottürftig ze lernen. Sagt diss hernach geschriben buch oder tractat, vnd das würt zu latein genant ars moriendi Das ist von der kunste des sterbens.* Hac materia auersa folii 184 pagina absoluta, sequenti folio Tractatus de quatuor nouissimis his verbis incipit: *Hie hebt sich an ein aussżug genomen von dem Tractatt zu latein genant Tractatus quatuor nouissimorum Das sind die vier lesten ding, von dem tode, von dem iungsten gericht, von der hell, vnd von der ewigen freüd vnd glori.* Prima folii 193 pagina, linea vndecima *Expliciunt excepta de tractato quatuor. nouissimorum. Anno. M. CCCC. LXXIII. iar.*

Hos diuersos tractatus in nostri monasterii typographeo fuisse impressos, non est, qui negat, nisi qui omnem fidem historicam, & coaeuorum, & domesticorum scriptorum auctoritatem penitus subuertere audet. *Wilhelmus* WITTWER, vti iam in praefatione animaduertimus, in suo Catalogo dissertis verbis adfirmat: *B. Gregorii Papae dialogos in Moralibus in vulgari fuisse elucubratos, ac anno 1473 ad finem perductos.* In exemplari quoque mox descripto rubro atramento manus vetusta, & certe coaeua ad finem dialogorum sequentia subiecit: *Im closter zu sant Vlrich zu Augspurg.* His argumentis Cl. Viri ZAPFIVS in *Annal. typogr. August.* & VEITHIVS in *sua Diatriba* subscribere non dubitarunt.

Vix non omnibus Bibliographis versio haec, & editio incognita permansit: solus ENGEL in *Bibl. selectiss.* P. II p. 18 eius meminit, & *cimelium summae raritatis* vocat, quem BAVR in *Bibl. Vniuers.* T. II p. 53 secutus est. Sic & Cl. ZAPFIVS in *Memorab. Bibliothecae suae*, qui magnum historiae litterariae thesaurum possidet, nullum alium praeter BAVR, & ENGEL adduxit. Primam quoque omnium esse, saltem in lingua theodisca, haud ambigo.

Litterae, quibus haec excusa sunt, sunt prorsus eaedem, quibus *Ioannes* BAEMLER vsus fuit, & quae tabula II. N. II exhibentur. Signaturae, custodes, & paginarum numeri desiderantur. Charta est, alba admodum, & firma, margineque ampla instructa. Superbit praecipue hoc exemplar initialibus litteris multo auro fulgentibus, ac diuersis coloribus distinctis.

Cl. PANZER in *Annal. Litterat. teut.* p. 212. TVNDALVM Equitem ex Hibernia fuisse, adferit; ast POSSEVINVS *Adpar. S.* T. II cum EISENGREIN Monachum ordinis Carthusiensis fuisse, qui illas adparitiones scripserat, nos docet.

VIII. Roberti de Licio Ord. Min. Quadragesimale. Venetiis per Vindelinum de Spira anno 1473. in fol.

Primum folium tabula sermonum contentorum occupat. Folio secundo *Sacre theologie magistri necnon sacri eloquii preconis celeberrimi fratris Roberti de Litio ordinis minorum professoris opus quadragesimale perutilissimum quod de penitentia dictum est. Feliciter incipit.* Haec sequitur sermo primus *de sermone bonorum operum* in Dominica septuagesimae dictus, qui auersa folii septimi pagina, linea octaua terminatur. Quadragesimale hoc prima folii 266 pagina, linea 21 finitur, cui sequentes versus cum anni nota subnexi habentur:

Vindelinus ego gentis cognomine Spiere
Roberti hec caste purgata volumina pressi

Sedis apostolice Romano praeside Sixto
Magnanimo & venetum Nicolao principe Truno.
M. CCCC. LXXIII.

Prodierunt cum eodem simul tres sermones I. De *Annuntiatione Virginis* MARIAE, II. De praedestinato damnatorum numero. III. De Catenis. Initio primi sermonis legitur: *Sermo in festo annunciationis virginis marie & eiusdem Roberti cum duobus aliis sermonibus sequentibus. sc. de praestinato numero damnatorum & de Cathenis.* Primus auersa folii 274 pagina, linea nona: secundus prima folii 279 pagina, linea quarta: tertius prima pagina folii 287 linea 26 terminatur, cui subnexum legitur: *Finis trium sermonum fratris Roberti. sc. de annunciatione virginis Marie de pretestinato numero damnatorum. & de cathenis.*

Litteras initiales paruas adiecit typographus, nullas vero signaturas, aut custodes, nullosque paginarum numeros. Character est gothicus minusculus, ac nitidus. Charta est alba, ac firma admodum. Interpunctionis signum praeter punctum nullum aliud obseruatur. Hac de editione Bibliographi altum tenent silentium, ex quo insignis eiusdem raritas elucescit.

IX. Albertus Magnus de Missae Mysterio. Vlmae per Ioannem Zainer anno 1473. in fol.

Praemissa est operi huic materiarum tabula foliis quatuor contenta: folio quinto *Opus de misterio misse. Domini fratris Alberti magni: quondam Episcopi Ratisponensis Incipit feliciter.* Constat foliis 135, si nonagesimum secundum, quod mediam aliorum partem efficit, ac in qualibet pagina 17 tantummodo lineas exhibet, numerare libeat. Litteras initiales magnas ligno incisas in prima operis parte ipse typographus adposuit; in altera vero illas omisit. Desunt custodes, signaturae, & paginarum numeri. Typus, quo impressum, ostenditur tabula VII. N. IV. Papyrus nimis cruda est, sed tamen firma. Ad calcem operis sequentia habentur impressa: *Opus de misterio misse, Domini Alberti, magni auctoritate radians! In quo nihil traditur aut docetur, quod non scripturarum dignis testimonys comprobetur. In imperiali opido Vlm, per Ioannem Czeyner de Reütlingen summa cum diligentia impressum. Anno a natiuitate domini. M. CCCC. LXXIII. Die XXIX. mensis May feliciter finit.*

Editio haec omnium prima videtur, quam nec MAITTAIRE, nec BAVR, nec alii nouerunt; QVETIF quoque de ea nullam habuit notitiam, vnde rarissimis merito adnumeratur.

Albertus Magnus, sic vulgo ob virtutes, & insignem doctrinam dictus, natione Germanus, patria Sueuus, Laugingae, vrbis ad Danubium sitae, ex nobili, & antiqua comitum Bolostratensium, siue Bolstatensium stirpe natus, optimis scientiarum disciplinis excultus anno 1222, vel 23, aetatis anno 29 ordini Praedicatorum sese addixit, in quo ita se studiis adplicauit, vt summus sui seculi theologus, Philosophus, ac Mathematicus haberetur. Coloniae Agrippinae theologiam publice praelegit, magno auditorum, inter quos & S. *Thomas* AQVINAS erat, concursu simul, ac adplausu celebratus. Ab ALEXANDRO *IV* infulam Ratisbonensem anno 1260 obtinuit. Cum Ecclesiam sibi commissam duobus annis integerrime, sanctissimeque rexisset, tumultuum bellicorum pertaesus, pedum pastorale in manus VRBANI *IV* resignauit, inque suam Coloniensem cellam secessit, totus scholae regendae, scribendisque libris deditus. Obiit vir tam doctrina, quam vitae sanctitate praestans anno 1280 aetatis 87 die XV. Nouembris, innumera sui ingenii pia, ac erudita monumenta reliquens. QVETIF. T. I *script. Ord. Praedic.* p. 162.

X.

X. S. Auguſtini de Ciuitate Dei Libri XXII. Moguntiae per Petrum Schoiffer anno 1473. in fol. mag.

Haec editio cum commentariis TRIVETHI, & VALESII prodiit. Textus *S.* AVGVSTINI charaſtere maiuſculo, minuſculo vero commentarii expreſſi ſunt. Nobis commentarii deſunt. Hoc *S.* AVGVSTINI opus 284 folia complectitur, & in duabus columnis eſt impreſſum. Charta eſt firma admodum, & alba, ſed minus polita. Signaturae nullae conſpiciuntur, nulli cuſtodes, aut paginarum numeri, nullaeque initiales litterae, quas auro, & diuerſis coloribus diſtinctas adpinxit miniculator.

In fronte operis legitur rubro impreſſum: *Sententia beati auguſtini epiſcopi ex libro retractacionum ipſius de libris de ciuitate dei.* Columna ſecunda eiusdem pagina, linea 20 *Incipiunt capitula libri primi de ciuitate dei beati auguſtini epiſcopi*, quae verba iterum rubro impreſſa habentur. Reliquis quoque libris capitulorum argumenta ſunt praemiſſa. Folio ſecundo *Aurelii auguſtini ipponenſis epiſcopi doctoris eximii de ciuitate dei. contra paganos liber primus incipit*, qui folii 13 columna prima, linea quinta abſoluitur. Ad calcem operis, ſecunda folii 284 columna haec rubro colore impreſſa leguntur: *Textus ſancti Auguſtini de ciuitate dei maguntie impreſſus. explicit feliciter.* His ſubiecta ſunt typographi inſignia, a ſiniſtris eorum verbum *anno*, & a dextris nota anni *LXXIII* habentur. Opus ſequens verſus concludit:

Finito libro ſit laus & gloria criſto.

Quamuis nobis commentarii deſiderentur, litteratorum tamen gratia eorumdem initium, & finem hic adponere volumus. Initium ita ſonat: *Sacre pagine profeſſorum ordinis predicatorum Thome valois & nicolai triueth in libros beati auguſtini de ciuitate commentaria feliciter inchoant.* Ad finem eorum rubro colore, & typo maiuſculo haec ſubſcriptio expreſſa legitur: *Igitur Aurelii Auguſtini ciuitatis orthodoxe ſideris prefulgidi de ciuitate dei opus preclariſſimum. binis ſacre pagine profeſſoribus eximiis id commendantibus. rubricis tabulaque diſcretum precelſa in vrbe moguntina partium alemanie. non calami per fraſim. Characterum autem apicibus artificioſe elementatum. Ad laudem trinitatis indiuidue ciuitatis dei preſidis operoſe eſt conſummatum. per Petrum ſchoiffer de gernſsheim. Anno domini. M. CCCC. LXXIII. die V. menſis Septembris. Preſidibus eccleſie catholice. Sixto tercio pontifice ſummo ſedi autem moguntine Adolfo ſecundo preſule magnifico. Tenente autem ac gubernante chriſtianiſſimi monarchiam Imperatore ſereniſſimo fredérico tercio ceſare ſemper auguſto.*

Cl. de BVRE *Bibliograph. inſtructiu Theolog.* n. 326 editionem hanc adpellat rariſſimam, & a curioſis magnopere deſiderari teſtatur. Cl. MAITTAIRE illam penitus ignorabat. De aliis huius operis editionibus ſeculo XV in lucem emiſſis, iam ſuperius inter libros anni nota carentes numero V. vbi idem opus cum commentariis deſcripſimus, mentionem fecimus.

XI. Ioannis Gerſonis Collectorium ſuper Canticum B. V. Mariae Magnificat. Sine loci, & typographi indicio anno 1473. in fol.

Integrum hoc opus foliis 167 contentum incipit ſine titulo, aut inſcriptione his verbis: *Collectorium ſuper magnificat particulas habet expoſitas non ſemper eodem ordine quo ſunt in cantico.* Auctor in hoc prooemio opus ſuum in duodecim partitur tractatus. In altera parte prooemii nos docet, ſe modo dragmatico, ſeu dialogico procedere; interlocutoribus duobus fratribus, quorum iunior inſtar diſcipuli interrogat, & ſenior magiſtri inſtar quaeſtiones enucleat. Prooemium ſequitur breue colloquium inter duos fratres, verſibus elegiacis conceptum, cuius initium ſequentis eſt tenoris:

De lugdune tuo fratres ſolantur in vrbe.
Dum de quolibet eſt ſermo frequens in eis

Iunior

Iunior & ſenior hic, celeſtinus & iſte
Theologus plaudens Iunior hic loquitur.
Iunior. Ecce bonum fratres & iocundum ſimul eſſe
Id eſt quos vterus parque dies peperit.
Senior. Fraternalis amor cor noſtrum nectit in vnum
Firmet & hoc vnum gracia criſte tua.
Iunior. Carne quidem frater meritis pater atque magiſter
Sunt data que nobis ocia grata vides.
Senior. Ocia poſt diros conflictus atque procellas.
Dat deus atque locat littore nos placito. &c.

Colloquio hoc finito, ſine titulo primus incipit tractatus, in cuius ſecundo capite quinque cordis, & ſpiritus adſectiones, quae ſunt gaudium, ſpes, compaſſio, timor, & dolor, notulis muſicis exprimit, indicans, *cui voci littera ſit accommoda etiam per depreſſionem & eleuacionem ad inſtar game naturalis ſol, fa, mi, re, vt.* Figura in quarti folii medio ſequens eſt.



a	*e*	*i*	*o*	*v*
Gaudium	*Spes*	*Compaſſio*	*Timor*	*Dolor*
Dei magnificentia	*munificencia*	*miſericordia*	*iuſticia*	*noſtra miſeria.*

Alias duas harum adſectionum figuras in tractatu quinto nobis exhibet; primam per modum crucis, alteram per rotae formam, quae ſequenti modo formatae folio quadrageſimo conſpiciuntur.

Prima figura.
A.
E. I O.
V.

Secunda.
A
E *Gaudium.* . O.
I.
Spes. Pietas. *Simor.*
V.
Dolor.

Addit deinde, *Parum refert ordo talis a crucis vel rote figuracione Sufficit tamen nobis ad omne canticum ſpirituale talis ordinacio.* Prima folii 167 pagina, linea trigeſima opus terminatur, cui ſubiectum legitur: *Et ſic terminatur hec compilacio deuota egregii & famoſi magiſtri iohannis gerſon ſacre pagine doctor eximii cancellarii pariſienſis Anno domini. M. CCCC. LXX. III.*

Typus, quo impreſſum eſt hoc opus, plane idem eſt, quo Biblia germanica ſine anni, loci, & typographi indicio numero XXI ſuperius deſcripta excuſa ſunt, quem tabula I. N. VI repraeſentat; vnde nullus dubito, quin illud ex *Henrici* EGGENSTEINII officina Argentinae in lucem prodierit. Tituli nec tractatibus, nec tactatuum capitulis praefixi habentur; ſed tamen ad eos manu inferendos ſpatium vacuum reliquit typographus. Deſunt cuſtodes, ſignaturae, paginarum numeri, & initiales litterae. Diſtinctionis ſigna punctum, & coma occurrunt; ſed vtrumque raro admodum. Lineae in quauis pagina 38 numerantur. Charta eſt alba, & firma, ſed minus polita.

Haec editio bibliothecarum cimeliis adnumerari meretur, dum nullus, quod ſciam, Bibliographorum de ea notitiam habuit.

Anno

Anno MCCCCLXXIV.

I. *Liber biblie moralis expositionum, interpretacionumque, historiarum ac figurarum, veteris nouique testamenti peroptimus.* Vlmae per Ioannem Zainer anno 1474 in fol. mag.

Verba mox recitata operis titulum constituunt. Opus integrum foliis 266 constat, & in duabus columnis charactere, quo ALBERTI *M.* Tractatus de Mysterio Missae supra recensitus, excusus, chartae minus albae, ac politae, ac chartarii signo Rosa insignitae, impressum est. Custodes desiderantur, & signaturae, & paginarum numeri. Initiales litterae ligno incisae adspiciuntur. In superiori singularum paginarum margine libri titulus impressus habetur.

Praemittitur operi auctoris praefatio, quam secunda folii primi columna, linea quinta primum caput libri *Genesis* excipit; hic secunda columna folii 15 linea 22 terminatur. Folii 184 secunda columna, linea 21 *Explicit Danielis propheta.* Reliquum folii vacuum est. Folio 185 *Incipit Ionas propheta.* Ad calcem operis sequens habetur notitia: *Infinita dei clementia. Finitus est liber moralizationum biblie in eiusdem laudem & gloriam compilatus! ac per industrium Ioannem Zeiner de Reutlingen artis impressorie magistrum (non penna se flagneis caracteribus) in opido Vlmensi artificialiter effigiatus. Anno incarnationis domini quadringentesimo septuagesimo quarto! die vero aprilis nona.*

Quid auctor anonymus in hoc opere praestare voluerit, in praefatione sua ipse palam facit. *Cum iam per opacam nature siluam, flores proprietatum lecturus percurrerim rerum! & ipse nature maiestate scrutata (post laborum & sudorum molestias) iam appropinquaui ad littus! Restat post moralizatas proprietates creaturarum figuras, necnon superadditas expositiones morales enigmatum poetarum, moralizare & exponere figuras & parabolas scripturarum.* &c.

Hac de editione parum notitiae apud Bibliographos inuenitur. MAITTAIRE illius quidem meminit, quin typographum nominaret. MASCHIVS in *Edit. Bibl. S. de* LONG eam non habet insertam. Ex quo eiusdem summa raritas adparet.

II. Aluarus Pelagius Ord. Min. de Planctu Ecclesiae Libri II. Vlmae per Ioan. Zainer anno 1474. in fol max.

Integrum hoc ingentis molis opus 404 folia complectitur. Quaeuis pagina in duas est distincta columnas, quarum quaelibet 58 continet lineas. Impressum est eodem typo, quo immediate praecedens, papyro firmissimae ac pergameno simillimae, sed minus politae. Desunt custodes, signaturae, & paginarum numeri: initiales litterae occurrunt ligno incisae. In superiori margine cuiusuis paginae sunt libri & articuli librorum litteris capitalibus a typographo adnotati.

Priora septem folia materiarum indicem continent, ad cuius finem haec leguntur: *In nomine domini. Incipit compilatio solennis de planctu ecclesie religiosi fratris Aluari pelagii natione hyspani iurisconsonici doctoris eximii ordinis sancti Francisci professione. Etiam summi penitentiarii. tunc temporis sanctissimi in xpo patris & domini domini Ioh. vigesimi secundi in ciuitate sua auenionensi cum curia presidentis. deplangens ecclesie catholice morbosum & defectuosum vtrumque tam ecclesiasticorum quam secularium lugubrem statum. firmans nihilominus solide & fundans intentum suum rationibus theologicis & iuridicis. ad finem autem deo auctore perducta sanctitati prenominati summi pontificis vnacum predignissimo cardinalium suorum collegio remittitur. & omni humilitate examinanda. & stabilienda summittitur veluti principio & fine eiusdem dilucide declaratur & edocetur.*

Folio octauo incipit prefatio ad *Petrum* GOMESIVM Francifcanorum Generalem, quae auerfa eiusdem folii pagina, columna fecunda, & linea nona abfoluitur. Linea decima incipit primus articulus libri primi. Hoc in libro agit auctor de ecclefiae fundamento,& eius iurisdictione, ac de potentia, & fanctitate Papae, & aliorum praelatorum. Folii 125 columna prima, linea vndecima ifte his verbis definit: *Gloria fpiritus fancti Finitur prima pars huius operis feliciter.*

Liber fecundus folio 126 inchoat, in quo proprie triftiffimum ecclefiae ftatum, per *Petrum* CORVARIVM Antipapam turpiter defoedatum, deplangit auctor. In fronte eiusdem legitur: *Primus Articulus Secunde partis huius operis.* Pars fecunda finitur tertia folii 396 columna, vbi fequens notitia adiecta legitur: *Summa notabiliffima. valde omnibus fpiritualibus ac fecularibus proficua. de fancte ecclefie katholice planctu intitulata. Deplangenfque lamentas miferabilem vitam noftram in hac lacrimarum valle. Itaque lugubrem vtrumque tam ecclefiafticorum quam fecularium ftatum A venerabili & religiofo fratre. Aluaro pelagii (hifpani natione) iurifcanonici doctoris egregio. ordinis fancti Francifci profeffo. Necnon fummo pro tunc temporis fanctiffimi in xpo patris. ac domini domini iohis vicefimi fecundi fui papatus penitentiario. legaliter & multum ftudiofe compilata. & comportata. Stabilienfque non minus intentum fuum valide theologicis iuridicis. pro & contra probationibus & racionibus Prenuncupato fummo pontifice vnacum venerabili & facro collegio dominorum fuorum cardinalium. manibus cancellatis cum omni fubiectione exhibita & oftenfa. minime tamen a fua fanctitate in fui aliqua parte redarguta. ac reprobata. Quin ymo per temporis fuccefum a cardinalibus patribus reputatiffimis doctoribufque peritiffimis. ad quorum peruenerat afpectum. affectuofe fufcepta perlecta vifa. ac approbata ymo pre aliquibus aliis fummis recommendata & exaltata Per honorabilem virum iohannem Zeiner Rutlingen procreatum vrbe Vlm commorantem. cum fumma diligentia correcta atque arte impreffori a effigiata. Cum indiuidue trinitatis adiutorio finita. & feliciter confummata. Anno domini Millefimo quadringentefimo feptuagefimo quarto. die vero. XXVI. Octobris. Cui debetur laus. gloria. honor. virtus. & fortitudo. per infinita fecula feculorum Amen.*

Operi adiecta eft alphabetica materiarum tabula foliis octo contenta, a fratre *Petro* DOMINICI Ord. Eremit. *S.* AVGVSTINI Alumni compofita, & GREGORIO *IX* dedicata, ad cuius finem haec leguntur: *Tabula planctus ecclefie alphabetice compilata partibus articulifque diftincta. Annexis fibi quottacionibus e litteris finit feliciter.*

Aluarus PELAGIVS, natione Hifpanus, ordinis Minorum alumnus, *Ioannis* DVNS SCOTI difcipulus, iuris vtriufque doctor, anno circiter 1329 IOANNIS *XII* Pontificis partes aduerfus *Michaelen* CAESENATEM tutatus, poenitentiarius Apoftolicus renunciatur. Scripfit hoc opus anno 1330, vt ipfe in epilogo teftatur, in ciuitate Auenionenfi, anno autem 1332 compleuit: manu propria vna vice correxit, &, vt eius verbis vtar, apoftillauit anno domini M. CCC. XXXV. In Algarbia Portugallia in villa Ramra, vbi Epifcopus erat, fecunda vice correxit. & apoftillauit in fancto IACOBO de Compoftella Anno Domini. M. CCC. XL. Opus in duos diuifit libros: in primo tractatu agit de fummi Pontificis iurisdictione, potentia, & fanctitate. In fecundo plangit ecclefiae pacem, per dirum fchifma IOANNEM *XXII* inter, & *Petrum* CORVARIVM exortum, disruptam. Praecipue quoque *Guilelmi* OCHAMI LVDOVICO *Bauaro* contra IOANNEM *XXII* adhaerentis perfidiam acerrimis verbis perftringere conatus eft.

III. Alberti M. Summa de mirabili Euchariftiae Sacramento. Vlmae per Ioan. Zainer anno 1474. in fol.

Sequentia tituli loco in fronte operis leguntur: *Summa prelucidiffima de mirabili euchariftie facramento difputabilis & predicabilis deuotiffimi fratris alberti magni de ordinis fratrum predicatorum*

torum professione incipit. Sequuntur totius operis argumenta, quae septem priora folia occupant, quibus titulus his verbis adiectus est: *Summa (fratris alberti Magni! Ratisponen. quondam Episcopi. professione ordinis predicatorum) in sacramenti eucaristie tractatulum. ipsius in genere difficultates vtilitatesque disputabiliter pertractans! multiplicibus efficatissimisque donis operantibus. in donantis largitate contentiuis! ad laudem dei feliciter compilata incipit.* Haec prima folii septimi pagina terminantur; auersa vacua est. Folio sequenti incipit *Tractatus in prohemio de diuersis sacramenti nominibus in quibus sex genera difficultatum (propter innumerabiles gratias) ondit.* Ad calcem operis legitur: *Summa fratris Alberti magni in tractatulum eucaristie finit feliciter Ac per ioh'em Zeiner in opido vlm diligenter impressa. Anno domini M. CCCC. LXXIIII.*

Opus ipsum, quod excepto indice, folia 175 complectitur, impressum est typo, quo immediate praecedens. Foliorum numerum in opere, non item in indice, cifris romanis in superiori margine adnotauit ipse typographus: signaturas vero, & custodes praetermisit. Initiales litterae adparent ligno incisae. Charta est firma quidem, sed minus alba, & polita.

Non immerito praesens editio rarissimis adnumeratur, dum altum apud Bibliographos silentium de ea obseruatur.

IV. Sixti IV. P. M. Tractatus duo, vnus de Sanguine Christi, alter de potentia Dei. Norimbergae per Fridericum Creusner anno 1474. in fol.

SIXTVS IV. *Franciscus* a RVVERE antea vocatus, natione Italus patria Ligur, Ordinis Minorum Professus, Pontifex post PAVLI *II* obitum anno 1471 proclamatus est. Vir supra communem Pontificum sortem eruditus, de re litteraria optime meritus, qui bibliothecam Vaticanam aduectis ex Europa vndequaque libris instituit, custodibus, librariis Hebraicis, graecis & latinis addictis. Scripsit praesentes tractatus in cardinalatu suo, & PAVLO *II* praedecessori suo dedicauit.

Incipit primus tractatus sine titulo a *Ioannis Philippi* de LIGNAMI Messanensis Siculi typographi Romani epistola ad ipsum SIXTVM *IV*, quae auersa folii primi pagina — Prima vacua est — inchoat. In hac praecipue Pontificis doctrinam, sapientiam, moderationem, religionem, quae his in tractatibus elucescunt, maximis laudibus exornat. In fine rogat, vt se ipsum in omnibus vt egenum, vt fidelissimum, immortalitatisque, & laudum suarum studiosissimum, commendatum habeat. Istam auersa folii secundi pagina excipit *Cardinalis tit.* S. PETRI ad vincula — SIXTI *IV* — ad PAVLVM *II* praefatio. Folio tertio primus incipit tractatus de *Sanguine Christi*, qui folio 87 cum sequenti subscriptione terminatur: *Explicit tractatus de sanguine Christi. Impressus Nuremberge per Fridericum Creusner. Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto. Laus deo clementissimo.* Paulo inferius incipit *Registrum foliorum huius operis*, quod lineis septem absoluitur.

Folio sequenti *De dei potentia incipit tractatus ad Paulum Papam. II. compilatus per f. Cardinalem sancti Petri ad vincula.* Hunc tractatum scripsit contra quosdam, *qui infinitam dei potentiam contra ipsius dignitatem simul & immensitatem certis friuolis rationibus arctare contendunt, eamque sub certa, determinataque mensura concludere non formidant, asserentes, deum omnipotentem nec iudam, neque aliquem blasphemum posse saluare, similiter neque Petrum, aut saluatorum quempiam damnare.* Fini haec adiecta sunt: *Laus deo clementissimo. Fridericus Creusner.*

Litterae, quibus haec duo opuscula impressa, sunt eaedem, quas tabula VI. N. II exhibet. Desunt custodes, signaturae, paginarum numeri & initiales litterae. Constat foliis 16.

Editio haec rarissima, Bibliographis parum nota, secundum locum mereri mihi videtur. Primam enim *Iohannes Philippus* de LIGNAMI Romae anno 1471 in lucem emisit, de qua *Henricus*

ricus WARTHON in *Adpend.* CAVE *Hist. script. Eccles.* p. 188 mentionem fecit. Alterius iterum romanae, quae sine typographi nomine anno 1473 typis commissa est, MAITTAIRE T. IV p. 330 meminit. Annon eadem sit cum supra memorata, & in anni positione erratum, valde dubius haereo; praecipue cum bibliothecam Labbeianam erroribus infartam citet.

V. Tractatus de fide in Messiam contra Iudaeos. Theodisce. Norimbergae per Fridericum Creussner anno 1474. in fol.

In hoc tractatu auctor Iudaeos negantes, IESVM esse a Deo promissum MESSIAM, iisdem argumentis ex veteri testamento petitis, quae illi de MESSIA dicta fuisse admittunt, adgredi conatur. Demonstrat, omnia fuisse impleta in IESV *Nazareno*, quae de MESSIA libri MOYSIS, *Psalmi*, & *Prophetae* praedixerunt, eorumque obiectiones solidis argumentis refellere studet.

Incipit sine omni titulo aut inscriptione sequentibus verbis: *In einem waren cristlichen glauben verleyhe uns der allmechtig ewig gat Der da ist driu altig in den personen Als vater sun heligen geist. in den götlichen wesen ein einiger warer got seinen heiligen frid.* Loquitur deinde de angelorum creatione, ordine: de Luciferi, eiusque asseclarum lapsu: de hominis creatione, eiusque lapsu: de Patriarchis, quibus MESSIAS promissus, de Prophetis, & tandem de IESV *Nazareno.* Transit deinde ad diuersa infidelium genera, inter quae & Iudaei, quibus primo ex scriptoribus *Ethnicis*, & *Sibillarum* prophetiis, & tandem ex ipso veteri testamento, IESVM esse verum, & a Deo promissum MESSIAM, demonstrat. Auersa folii 35 pagina incipiunt Iudaeorum obiectiones, quibus auctor mox refutationem subiicit. Ad finem legitur: *Dyss buch hot gedruckt Fricz Creussner zu Nürnberg. Nach cristi gepurt M. CCCC. LXXIIII.*

Tractatus typo eodem, quo praecedens, impressum folia 46 complectitur, & nullas exhibet signaturas, nullos custodes, aut paginarum numeros, nullasque initiales litteras. Lineae in quauis pagina 32 numerantur.

Editionem hanc rarissimam esse, inde patet, eoquod Cl. PANZER in *suis Annal. Litterat. Teut.* de ea nullam habuit notitiam. Meminit alterius, quae anno 1473 ex eiusdem CREVSSNERI officina in lucem prodiit.

Auctor huius operis ignoratur. Id nobis scriptum reliquit, se argumenta sua maximam partem ex *Nicolai* de LYRA *tractatu contra Iudaeos* desumsisse. Illum circa annum 1452 claruisse inde colligere est, quia *Iacobi* de ERFORDIA, qui circa idem tempus florebat, tractatum *de moribus Christianorum* adduxerat.

VI. *Iohannis scoti subtilissimi doctoris theologi in quartum librum sentenciarum, opus anglicanum.* Sine loci, & typographi indicio anno 1474. in fol. mag.

Haec verba rubro colore expressa in fronte operis tituli loco leguntur. Constat istud 288 foliis, & in duabus columnis charactere gothico maiusculo impressum est. Quaeuis columna 51 complectitur lineas. Charta est alba, & firma, chartarii signis, sc. rosa, strigili, vua, & littera D, quam stilus ex vna parte in annulum, ex altera in crucem desinens secat, insignita. Tituli nec distinctionibus, nec quaestionibus sunt praefixi. Litterae initiales, custodes, signaturae, & paginarum numeri desiderantur. Prima columna folii 286 *Iohannis scoti subtilissimi doctoris theologi! in quartum librum sententiarum, opus anglicanum feliciter explicit.* His subiectum legitur: *Tabula de ordine questionum sequitur*, quae columna tertia primum inchoat. Ad finem tabulae sequentia habentur. *Explicit numerus & ordo questionum huius operis Anno &c. LXXIIII.*

Norim-

Norimbergae ab *Antonio* KOBVRGER fuiffe hoc opus typis euulgatum, charaĉteres nos docent, qui plane iidem funt, quibus Biblia anno 1475 excuderat. V. Tab. VI. N. I. Editionem hanc infignis raritatis notam mereri, altum Bibliographorum filentium nos admonet.

Ioannes DVNS, cognomento SCOTVS, *doĉtor fubtilis* dictus, natione Anglus, in parochia Emildonenfi in Northumbria natus, fecundum alios vero genere Scotus, EX WADDINGI, & aliorum fententia Hibernus, Ordinis Minorum Alumnus, *Gulielmi* VARRONIS Anglici, non *Alexandri* de ALES auditor fuit. In diuinis fcripturis, ac in Philofophia Ariftotelica adeo excelluit, vt in difputationibus palmam ceteris praeriperet, atque ob id *Doĉtor fubtilis* fuerit adpellatus. Innumera ingenii fui fubtilitatibus exquifitis aucta, ac declarationibus elucidata monumenta pofteris reliquit. Floruit circa annum 1301. *Henricus* WARTHON in *Adpend.* CAVEI *Hift. fcript. Eccleſ.* p. 3. POSSEVIN. *Adp. S.* T. I p. 868.

VII. S. Thomae Aquinatis Poftilla in Iob. Sine loci nota per Conradum Finer anno 1474. in fol.

Opus hoc, foliis 107 conftans, praecedit materiarum index, cuius in initio legitur: *In tabula ifta oftenduntur notabiliora feu principaliora puncta que a doctore fancto circa textum beati iob funt expofita in vno quoque capitulo.* Tabula auerfa folii quarti pagina terminata, folio quinto *Poftilla fratris thome de aquino In iob feliciter incipit.* Tum immediate incipit praefatio, quam auerfa eiusdem folii pagina linea 17 fequitur *Capitulum primum.* Opus in 42 capitula diuifum, charactere gothico minufculo, a tabula V. N. III exhibito, impreffum eft. Caret fignaturis, cuftodibus, paginarum numeris & litteris initialibus, quae vel rubro, vel caeruleo, adpictae funt colore. Charta eft quidem firma, fed minus alba, & polita. Lineae in quauis pagina 42 numerantur. Folii 107 prima pagina his verbis finitur: *Explicit poftilla in iob fratris thome de aquino Anno Millefimo quadringentefimo feptuagefimo quarto. per difcretum Conradum Fyner de gerhufsen artif impreſſorie magiftrum.*

Cum *Conradum* FINER folum Eslingae prelum habuiffe conftat; itaque & hoc ibidem impreffum fuiffe, haud dubitandum erit. Hac de editione nec MAITTAIRE, nec BAVR in *Bibl. vniuerf.* mentionem fecerunt.

VIII. Ioannis Nider Ord. Praedic. Tractatus de Mercatorum contradictibus. Sine anni, loci, & typographi indicio. in fol.

Cum praefens tractatus praecedentem fubfequitur, eodemque charactere excufus habetur; eodem quoque anno, & loco in lucem prodiiffe, nullus dubito. Foliis fexdecim abfoluitur, & nullas initiales litteras, aut cuftodes, nullas fignaturas, nullosque paginarum numeros exhibet. Quaeuis pagina 37 complectitur lineas. Diftinctionis fignum praeter punctum nullum aliud occurrit.

In fronte operis legitur: *Incipit tractatus de contractibus Mercatorum Reuerendi patris fratris Iohanis Nider facre theologie profefforis ordinis predicatorum.* Quid auctor in hoc opere praeftare velit, fequens praefatio nos docet. *Cum mercatorum officium tot fufpectis contractibus circumuolutus agnofcatur moderno tempore. vt experti animarum medici iuftum ab iniufto vix valeant difcernere. Idcirco famoforum doctorum innixus fentenciis principaliter nunc propono tractare materias quinque in totidem capitulis.* Prima pagina folii quinti, linea 5 primum definit capitulum. Auerfa folii 15 pagina, linea nona *Explicit tractatus. de contractibus mercatorum. Reuerendi patris fratris Iohanis nider facre theologie profefforis ordinis predicatorum.* Paruo fpatio interiecto, fequuntur *Ioannis* NIGRI Ord. Praed. fex articuli contra impugnatores priuilegiorum FF. Praed. qui folii fequentis auerfa pagina terminantur.

IX. Ioannis Calderini Repertorium Iuris. Tomi. II. Sine loci, & typographi nota anno 1474. in fol. mag.

Integrum hoc opus folia 388 complectitur. Character, quo impressum, idem est, quo *Michael* WENSLER Basileensis typographus GASPARINI Epistolas pag. 55. Num. LXVII descriptas excudit, & quem tabula IV. N. IV exhibet. Vnde ex eadem officina in lucem prodiisse, colligitur. Quaevis pagina in duas est distincta columnas, quarum quaevis 47 continet lineas. Charta est firmissima, sed minus polita. Desunt signaturae, custodes, paginarum numeri, & litterae initiales, quas miniator rubro, & caeruleo adscripsit colore.

Operi nullus est praefixus titulus nec praefatio aliqua praemissa; sed immediate incipit a littera A. his verbis: *Hec dictio A interdum includit vt. C de nup. l.* Secunda folii 51 pagina terminatur. Tomo primo folii 157 quarta columna, linea decima littera K. finem imponit. Tomus secundus inchoat a littera L. & foliis 231 constat. Ad eiusdem finem legitur: *Diuini ac humani iuris. res tam supernas quam subternas bene disponentis repertorium differtissimi doctoris Caldrini perimpressum primo ydus decembris. M. CCCC. LXXIIII. feliciter Explicit.*

Ioannes CALDERINVS Bononiae natus, Iurisconsultus celeberrimus a *Ioanne* ANDREA post BONICONTI obitum in filium adoptatus, claruit anno 1360. Scripsit praeter praesens & alia opera celeberrima, quae SIMLERVS in *Bibl. Vniuers.* recenset.

X, Bartholomaei de Chaimis Ord. Min. Interrogatorium, seu confessionale. Mediolani per Christophorum Valdarfer anno 1474. in 8.

In fronte operis rubro colore impressum legitur: *Incipit interrogatorium siue confessionale per venerabilem fratrem Bartholomeum de chaimis de mediolano ordinis minorum compositum in loco sancte marie de angelis apud mediolanum & distinguitur in quatuor partes principales.* Constat foliis 173, & charactere gothico minisculo, ac nitido impressum est. Caret signaturis, custodibus, paginarum numeris & initialibus litteris. Charta est firma admodum, & alba, sed minus polita. Ad finem leguntur versus illi, quos iam supra pag. 81. N. CLX recensuimus, quibus anni nota subiecta habetur 1474. 3. *Klas octobres.*

Editio haec singularis raritatis nota honorari meretur, dum nullus Bibliographorum de ea mentionem fecit. *Ioseph.* SAXIVS in *Catal. edit. Mediol.* editionem huius operis anno 1474 Mediolani in 8 quoque typis euulgatam recenset, quae nostram praecessisse videtur, quae illa iam 29 septembris lucem adspexit; praesentis vero nullam habuit notitiam.

XI, Raynerii de Pisis Ord. Praedic. Pantheologia, seu Summa vniuersae theologiae a Iacobo Florentino edita. T. II. Sine loci, & typographi indicio anno 1474. in fol. mag.

Tomus primus folia 510, secundus 482 complectitur. Singulae paginae duas continent columnas. Initiales litterae capituli primi cuiuscunque distinctionis sunt ligno incisae, reliquae vero a miniatore adpositae. Signaturae nullae occurrunt, nulli custodes, aut paginarum numeri. Opus chartae firmae admodum, ac mundae, typo rotundo, & nitido, quem tabula II. N. VI repraesentat, impressum est.

Tres tabulae, seu indices foliis 36 contenti opus praecedunt; primus S. Scripturae auctoritates, secundus, & tertius materiarum diuersitatem comprehendunt. Tabulas folio 37 excipit IACOBI *Florentini* praefatio ad Episcopum Cardinalem Sabinensem, Placentinum vulgariter nuncupatum, quae quarta columna eiusdem folii, linea 23 terminatur. Tum immediate

diate sequitur prologus, qui folii 38 columna prima definit. Columna secunda opus alphabetice dispositum a verbo *Absolutio* incipit. Littera A. secunda folii 113 columna terminatur; tertia vero *Incipit tabula pantheologie operis eximii per distinctiones sub ordine alphabeti prima sub A.* Eiusmodi tabulae singulis litteris subnexae reperiuntur. Ad finem primi tomi legitur: *Summe rayneriane prima pars. quam alio vocant nomine pantheologiam finit feliciter.*

Tomus secundus incipit a littera L. Ad calcem operis sequens prolixa nimis subscriptio legitur: *Ab anno dominice incarnationis. Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto. liber pantheologia nuncupatus. non vsum rerum homini speculum fabricans. in quo suum conspiciat conditorem. non creaturam cognoscere docens naturalis vt philosophia. non hominem concludere : rationalis quemadmodum philosophia. non virtutes acquirere consuetudinales. fines tamquam principales : moralis sicuti philosophia. Sed ipsa existens in omnium facultatum genere. reginaque cui artes cetereque pedisseque sicuti famulantur. omnia fabricans. concludens. & acquirens. Deum cuius incomprehensibilia sunt iudicia ; & inuestigabiles vie eius. cuius sensum non est hominis ; sed gratie diuine cognoscere. docens dyabolo resistere. mundum odire. carni familiari vt inimico diffidere. caritatis exerciciis insudare. Diuinorum pigmentorum appotheca : super mel & fauum delectabilis. que edentulam plebem verbum antiquum ac eternum principium : cibi quasi solidum ruminare non potens. suo predulcissimo liquamine eius paradisum : mentem videlicet irrigans. aperiens. fluereque faciens : ac sorbillare. Thesaurum desiderabilem super aurum & lapidem pretiosum multum. ac diuine voluntatis fontem concludens. feliciter finit. Pro cuius consumatione altissime trinitati simplicissimeque deitati : eleuatis manibus. flexisque poplitibus. corde profundissime humilitatis inclinato gratias refero. Amen.*

Editio praesens, quam multis additis, multisque distractis, & stilo vbique mutato curauit IACOBVS *Florentinus* Ordinis Minorum, eo maioris est raritatis, quo minus notionis de ea habuere Bibliographi. QVETIF laudat quamdam sine loci, anni, & typothetae indicio, & tres a Koburger anno 1474 & 1477, & 1485 adornatas; praesentem vero cum aliis penitus ignorauit.

Existentiam suam editio haec debet *Gunthero* ZAINER typographo Augustensi, qui eam iisdem litteris impressit, quibus *S.* GREGORII *epistolas* pag. 43. N. XLV & FLISCI *Synonima* elucubrauit. Extat quoque in Bibliotheca Buxheimensi, cui per Legatum ZAINERI aduenerat.

RAINERIVS, gente Italus, patria Pisanus, Ordinis *S.* DOMINICI Monachus, Theologus, ac Iurisconsultus consummatissimus, floruit seculo XIV medio circiter currente. Obiit non sine fama sanctitatis circa annum M. CCC. LI. Opus praesens scripsit, ex famosioribus, qui ante ipsum vixerant, theologis, sacrae scripturae interpretibus, & canonistis concinnatum, & in commodum lectorum ordine alphabetico digestum, cui posteri titulum indiderunt *Pantheologia.* QVETIF T. I *script. Praed.* p. 635.

Casimirus OVDINVS T. III. *Comment. script. Eccles.* col. 681. RAINERIO hoc opus abiudicare, & PETRO *Londinensi* vindicare conatus est, scribens: „ Videtur Pantheologiam suam — sc. RAINERIVS — verbotenus a PETRO Londinensi Archidiacono accepisse. Fauet „ huic sententiae nostrae titulus, qui huic operi inscribitur in editione Brixiensi anni 1581 „ in 4. nimirum, *Pantheologia Summam vniuersae Theologiae veritatis complectens, ordine alphabetico disposita, a Raynerio de Pisis ordinis Praedicatorum recognita. Brixiae anno* 1581 „ *in* 4. 2. *Vol.* Hoc enim titulo insinuatur, RAYNERIVM de *Pisis* non fuisse primum huius „ auctorem, sed illud antea ab alio scriptum, ordine alphabetico tantum disposuisse, atque ad „ priorem PETRI Londinensis Archidiaconi compositionem recognouisse. „ Mirum certe, OVDINVM maiorem fidem vnius editionis titulo adhibere voluisse, quam centenis aliis, quae

RAI-

RAINERIVM vt fuum auctorem agnofcunt, quam tot omnis aeui viris, qui idem opus eidem adfcribere haud dubitarunt.

XII. Plenari nach der Ordnung der heiligen chriftlichen Kirchen. Sine loci, & typographi indicio anno 1474. in fol.

Plenarium, verbum iam ab AMALARIO *Metenfi* vfitatum, iuxta fcriptores mediae, & infimae latinitatis, nihil aliud, quam officium ex omni parte abfolutum, qualecumque demum fit, continebat. Conf. *Gloffarium ad fcript. med. & infim. Latinit. Car.* Du FRESSNE *Dom. du Cange.* Sic auctor praefens opus ideo *Plenarium* adpellat, quod Epiftolas, & Euangelia in Miffa, & officio folenni legi aut cantari folita integra contineat.

Opus iftud, foliis 340 contentum, charactere gothico maiufculo, a tabula II. N. V exhibito, quo *Guntherus* ZAINER anno 1471. ZAMORENSIS *Speculum humanae vitae* euulgauerat, impreffum eft, & nullas exhibet fignaturas, nullos cuftodes. Paginarum numeros in fuperiori cuiuslibet paginae margine ipfe typographus adnotauit. Initiales quoque litteras in Epiftolarum dominicalium initio folummodo ligno incifas adiiciendas curauit; Dominicalium Euangeliorum initio exhibetur icon itidem ligno incifa, hiftoriam ibi contentam repraefentans.

Praecedit opus in feparata pagina imago Saluatoris noftri IESV CHRISTI ligno incifa, circa quam fequentia leguntur impreffa: *Dife bildung ift gemacht nach der menfcheit Ihefu crifti Als er auff ertreich gegangen ift Vnd alfo hat er ein har vnd ein bart vnd lieplich angeficht gehabt Auch ein folichen rock vnd mantel vnd barfüfs ift er gegangen Auch ift er des hauptes lenger gewefen dan all andere menfchen uff erden.* Folio primo operis prologus fic incipit. *In den namen des herren amen. Hie vahet an ain plenari nach ordnung der heiligen criftelichen Kirchen In dem man hat epiftel vnd ewangeli als die gefungen vnd gelefen werden in dem ampt der heiligen Mefs, in maffen hernach volget. Am erften von oder nach der Zeit, was epiftel vnd ewangeli gefungen vnd gelefen werden An den funnentag mitwoch vnd freytag durch das gancz iar In den tagen fich dann allein die epiftel vnd ewangeli von einander befundren nach der Zeit, an afftermontag aber dornftag vnd fampftag finget man, wan das ampt von der Zeit ift, vnd nit von den heiligen, die epiftel vnd das Ewangeli von den funtag neehft darvor, vnd habend nit befunder epiftel vnd ewangeli Darnach auch vindet man in difem buch: Auff ein yeglich ewangeli an dem funtag ein befunder predig, mit latinifcher Zeugknufs der heiligen gefchrifft, ftatt vnd capitel Auch welcher lerer das gefchreiben fey, alles gruntlich nemlich in der bibel erfuchet.* &c. Praefatio auerfa folii primi pagina, linea 18 definit, cui fubiectum habetur: *Hie volget nach der erft Suntag im aduent vnd ift die epiftel die fanctus Paulus fchreipt zu den römern An den dreytzehenden capitel zu latein anfahend. Fratres Scientes Quia hora eft.*

Opus hoc duabus conftat partibus; prima, quae a prima Aduentus dominica incipit, & vsque ad Sabbatum fanctum progreditur, folia LVI complectitur, & prima vltimi folii pagina finitur. Auerfa vacua eft. Secunda foliis 184 contenta, a Sancto Pafchatis die incipit, & ei epiftolae, & Euangelia pro defunctis finem imponunt. Ad calcem huius fequentia habentur: *Ewangelia cum epiftolis annexifque fuis gloffis. finiunt feliciter anno incarnationis dominice Millefimo. quadringentefimo feptuagefimo quarto die. ipfe die menfis. cui laus & gloria per infinita feculorum fecula.*

Editio haec rariffima, ac peruetufta, Auguftae Vindelicae non a *Ioanne* BAEMLER, vt Cl. ZAPFIVS in *Annal.* p. 30 & Cl. PANZER volunt, fed a *Gunthero* ZAINER, vt characteres nos docent, typis euulgata, fecundum locum obtinet; primum enim occupat illa, quae anno 1473 iisdem characteribus, ac figuris in lucem prodiit. Hac gaudet Bibliotheca Ingolftadienfis academica, Conf. Cl. SEEMILLER *fafc.* I p. 50. Pofterioribus annis faepius opus hoc recu-

recuſum fuit, vt videre eſt in PANZERI *Annalibus Litterat. teuton.* vbi quoque praeſentem editionem deſcriptam inuenies.

Quod ad translationem in linguam vulgarem attinet, eſt illa, vt Cl. PANZER in *Deſcript. Bibl. Auguſt.* & *in Annalibus* teſtatur, pro illis temporibus omnino optima, & adcuratior, quam illa, quae in Bibliis antiquis theodiſcis inuenitur. Gloſſa etiam, Euangeliis dominicalibus ſubnexa, aedificationi legentium pro illo tempore maxime inſeruiebat.

XIII. *Ein Regiment der iungen Kinder.* Auguſtae per Ioan. Baemler anno 1474. in fol.

Hunc tractatum in pagina ſeparata praecedit imago ligno inciſa, quae eadem eſt, quam anno 1472 N. IX in Summa IOANNIS deſcripſimus. Tunc ſequitur auctoris, qui *Bartholomaeus* METLINGER Medicinae Doctor in Vrbe Auguſta erat, praefatio, in qua hunc tractatum breue ſummarium vocat, *darauſs*, vt auctoris verbis vtar, *ein yeglich vatter vnd mutter abnemen vnd verſten mögend wie erſtgeborne Kind vncz zu den ſiben iaren in geſundheit auch in Krankheiten gehalten werden ſoll.* Auerſa folii primi pagina regiſtrum rubro colore impreſſum, & folio ſecundo primum operis capitulum incipit. Deſunt cuſtodes, ſignaturae, paginarum numeri, & initiales litterae. Litterae, quibus impreſſum, ſunt illae, quas tabula III. N. II exhibet. Ad calcem operis legitur: *Gedruckt vnd volendet von ioh. Bämler. zu Augſpurg. An ſant. Auguſteins tag als man zalt nach xpi geburt tauſent vierhundert vnd in dem LXXIIII. iar.*

Haec eſt ſecunda huius operis editio; prima enim anno 1473 ſine loci, & typographi indicio, & quidem, vt Cl. PANZER in *Annal. litterat. teut.* p. 73 teſtatur, ex *Guntheri* ZAINER officina in lucem prodiit.

XIV. Tractatus de ſeptem peccatis capitalibus, & virtutibus iſtis oppoſitis c. figg. Theodiſce. Auguſtae per Ioan. Baemler anno 1474. in fol.

In ſeparata pagina huius tractatus adſpicitur imago ligno inciſa, quae praeter B. V. MARIAM, & IOANNEM Euangeliſtam CHRISTVM a morte reſurgentem, & in ſepulchri lapide ſedentem repraeſentat. In fronte folii primi legitur impreſſum: *Hie nach volget ein ſchöne materi von den ſiben todſünden vnd von den Syben tugenden darwider, nach auſsweyſung der ſiguren hernach volgende Alſo iſt diſe materi durch einem hochgelerten man zuſamen geſeczet vnd gepredigt worden.* Quodlibet vitium, & quaelibet virtus exhibetur per iconem ligno inciſam. Sic ſuperbia auream cataphractam induta, pauonem in galea, in clypeo aquilam, leonem coronatum in vexillo, & in manu gladium habens, in dromedario equitat. Figuram ſequitur eiusdem quoad omnes proprietates explicatio. Tractatus iſte folia 28 complectens, typo a tabula III. N. I exhibito impreſſus eſt, & nullas ſignaturas, cuſtodes, aut paginarum numeros, nullasque initiales litteras oſtendit. Ad finem ſequens habetur notitia: *Gedruckt vnd volenndt zu Augſpurg von Iohanne Bämler an ſant Ottmars abent Anno &c. im LXXIIII. iar.*

XV. Quaeſtio, an vir vxorem ducat? ab Alberto de Eyb reſoluta. Theodiſce. Auguſtae per Ioannem Baemler anno 1474. in fol.

Albertus de EYB iuris vtrinsque doctor, Archidiaconus Eccleſiae Cathedralis Wirceburgenſis, Canonicus Bambergenſis, & Euſtettenſis, praecipua erga ſenatum, & ciues Norimbergenſes adfectione motus, praeſentem ſcripſit materiam, hiſtoriis lepidis ornatam, ad nouum fauſtumque annum iisdem anno 1472, vt in praefatione, quae primam paginam occupat, legitur, dedicauit. Auerſam folii primi paginam implet operis foliis 62 contenti index,

dex, quem folio secundo opus ipsum in tres partes diuisum excipit : eius initium sic sonat: *Ob einem mann sey zenemen ein eelich weib oder nit.* Character, quo impressum est, tabula III. N. II videndus est. Ad finem legitur: *Gedruckt zu Augspurg von iohanne Bümler in dem LXXIIII. iare.*

Praesentem editionem iam anno 1472 duplex alia praecessit, quarum Cl. PANZER in *Annal. teut.* p. 67 & 68 meminit, & vnam *Friderico* CREVSSNER, alteram *Gunthero* ZAINER attribuit.

XVI. Arbor Consanguinitatis, & Adfinitatis. Theodisce. Augustae Vindelicorum per Ioannem Baemler anno 1474. in fol.

Prima pagina folii primi vacua est; in auersa dein legitur: *Den vom der gesipten Früntschafft in teutsch kurcz zu beschreiben wie in der hochgelert doctor iohannes andree vormals in latein völliger beschriben hat.* Quinque foliis constat hic tractatus, & sextum figuram arboris exhibet. Impressus est typo, quem tabula III. N. II repraesentat. Littera initialis ligno est incisa. Ad finem legitur: *Also endt sich der bom der gesipschafft mit den regeln der vnuerschafften erbschafft. Gedruckt zu augspurg. von iohanne Baemler Anno in dem LXXIIII. iar.*

XVII. Vincentii Bellouacensis Ord. Praedic. Speculi Historialis Libri XXXI. Tomi III. Sine typographi nota Augustae anno 1474. in fol. mag.

Tomus primus, foliis 341 constans, decem priores libros, quibus praemissus est index, & prologus, complectitur. Index nouem folia occupat: folio decimo *Incipit Prologus Fratris Vincentii de Burgundia Ordinis predicatorum in librum qui dicitur Speculum Historiale,* quem auctoris epistola dedicatoria ad LVDOVICVM *IX* Galliae Regem antecedit. Prologus 20 capitibus constat, in quo de causa suscepti operis, eius materia, de modo agendi, de vtilitate operis &c. agit. Quarta folii 16 columna EXPLICIT PROLOGVS. Tum immediate *Incipit Liber Primus Speculi Historialis. Qui continet omnium temporum hystoriam,* qui tertia columna folii nonagesimi terminatur. Folio 213 ad finem columnae secundae legitur: *Explicit liber sextus Speculi hystorialis fratris vincentii. Sequitur liber septimus De promotione Claudii ad imperium.* Auersa eiusdem folii vacua est, & libri septimi caput primum folio sequenti incipit. Secunda folii 341 columna *Explicit prima pars speculi hystorialis vincentii continens libros decem.*

Tomus secundus foliis 330 contentus, vndecim sequentes libros comprehendit. Praemissus est index nouem folia complectens; folio decimo *Incipit speculi hystorialis Vincentii pars secunda. Liber vndecimus. De imperio Hadriani & Galieni & passione sancti dyonisii alexandrini. Eusebius in cronicis. Cap. pmum.* Liber vndecimus finitur prima columna folii 28. Secunda columna 330 folii. *Secunda pars speculi hystorialis fratris vincencii. Et vicesimus primus liber in ordine totius voluminis finit feliciter.*

Tomus tertius folia 373, & ceteros decem libros continet. Folia decem priora index occupat, folio vndecimo *Tercia pars speculi hystorialis fratris vincencii. Et vicesimus secundus liber in ordine totius voluminis Incipit feliciter. De Imperio mauricii & subuersione partis antiochie. Capitulum primum.* Liber 22 quarta folii 39 columna terminatur, & folio sequenti *Incipit liber vicesimus tercius speculi hystorialis fratris vincencii de burgundia.* Tertia folii vltimi columna, linea 13 liber 31 definit, cui sequens carmen legitur subiectum:

Codicis insignis quin periodus quoque finis
Fauste nunc annotatur agente deo.
In partes hunc secum tres augustaque lector
Impressa littera dedit ecce tibi.

Hysto-

Hystorie seriem cuiusuis complicat in se.
Hystoricum speculum cui bene nomen erit
Illustris sentencia tempore quelibet apto
Omnis & inseritur florida queque viri.
Auctoris nomen Vincentius. ordine fertur
Predique cator. burgundia sed patria.
M. CCCC. LXXIIII.

Litterae, quibus hoc magnae molis opus impressum est, sunt gothicae maiusculae, & florentes, a tabula III. N. III exhibitae, quibus etiam *Antonius* SORG typographus Augustensis anno 1475 ad *S.* AVGVSTINI librum, qui *quinquaginta* vocatur, excudendum vsus est. Quaeuis pagina in duas est distincta columnas, quarum quaelibet integra 52 complectitur lineas. Distinctionis signa obseruantur punctum, comma, & interrogationis signum; nulli vero custodes, aut signaturae, nullique paginarum numeri. Charta est alba admodum, & firma, sed minus polita. Initiales litteras paruas adiecit typographus, maiores autem auro, & diuersis coloribus insignes calligraphus adpinxit.

Augustae Vindelicae illud prodiisse in lucem, tam characteres, quam vox *Augusta* in carmine praefato posita, nos admonent. Vocem, *Augusta*, ciuitatem Augustensem denotare, cuilibet adcuratius consideranti patebit; dicitur enim ibi, *Augusta tibi Lector hunc* — Codicem — *in tres partes sectum impressa littera dedit.* Speculum istud in nostro asceterio fuisse typis excusum, duo testimonia coaeua, & domestica euincunt. Primum desumtum est ex *Wilhelmi* WITTWER, qui eodem tempore in nostro monasterio Monachus viuebat, *Catalogo Abbatum San-Vlricanorum MS.*, in quo legitur: *Iussit* — Scilicet *Melchior* STAMHAM — *etiam imprimi* VINCENTIVM *in naturali* — lege Historiali — *speculo in tres partes; sed antequam finiretur, obiit idem Pater & Abbas, vt infra dicetur, & per successorem suum completi sunt Sermones & Speculum.... Sequuntur metra, qui continentur in fine tertiae partis Speculi Historialis Vincentii:*

Codicis insignis quin periodus quoque finis &c.

Haec WITTWER. Secundum testimonium ex exemplari, IOANNI de WERDENBERG Episcopo Augustano a nostris oblato, quod in bibliotheca Pfaffenhusiana extat, ad cuius finem eiusdem Episcopi insignia adspiciuntur depicta, & sequentia manu coaeua adscripta: *Melchior de Stainhaim Abbas SS. Vdalrici & Auffrae ordinis S. Benedicti Nomina dictorum, & ciuitatis Augustensis incepit opus illud impressoriae artis perficere, & antequam finiit ipsum, huius aduenit - - - amara mors. Post eum successit Fr. Hainricus Fries, qui - - Iohanni Episcopo Augustensi Vincentium illum in historia dedit. dedicauit.* Satis itaque, VINCENTII *Speculum historiale* ex nostri monasterii officina in lucem prodiisse, me demonstrasse puto.

Hac de editione nullus Bibliographorum, praeter Cl. ZAPFIVM, & Cl. VEITHIVM mentionem fecit, ex quo summa eiusdem raritas elucescit. Prima huius operis editio, teste MEVSELIO in *Bibl. Hist. Struu.* Vol. I. P. I p. 82, sine loci, anni, & typographi indicio prodiit. Secunda Argentinae per MENTELIVM anno 1473 impressa est. Tertia, quam ille ignorauit, praesens merito numeratur, licet BEVGHEMIVS Norimbergensem anno 1473 impressam adserat; videtur enim in anni positione errasse, cum BAVR in *Bibl. Vniuers.* T. I. p. 62 nullius ante annum 1483 Norimbergae typis euulgatae meminerit.

Quid de hoc opere tenendum sit, MEVSELII iudicium audiamus. Scripsit hic vir eruditissimus l. cit. „*Speculum Historiale*, satis amplum & vastum est opus, complectens histori-„am vniuersam ad annum 1254, consarcinatam quidem ex quibuscunque scriptoribus, mul-„tisque fabulis impletam, ita vt caute fides sit adhibenda: attamen dignissimum, quod in

 „vsus

„ vſus criticos vertatur, quippe quod multa ex ſcriptoribus deperditis & ineditis fragmenta „ comprehendat. „

XVIII. Leonardi de Vtino Ord. Praedic. Sermones aurei de Sanctis. Sine loci, & typographi nota anno 1474. in fol.

Integrum hoc opus 430 foliis conſtat. Typus, quo impreſſum, eſt romanus, & perelegans, quem tabula III. N. VI exhibet. Charta eſt alba admodum, firma, & laeuigata, chartarii ſignis capite bouino, inter cuius cornua ſtilus iu crucem deſinens exſurgit, & clauibus decuſſatis inſtructa. Diſtinctionis ſigna occurrunt punctum, colon, & interrogationis ſignum. Signaturae nullae obſeruantur, nulli cuſtodes, aut paginarum numeri, nullaeque litterae initiales.

Primum folium occupat *tabula omnium ſermonum contentorum in hoc volumine.* In fronte folii ſecundi legitur: *Sermones aurei de Sanctis. Fratris Leonardi de Vtino: ſacre Theologie doctoris: ordinis predicatorum. Prologus*, qui auerſa folii tertii pagina, linea octaua terminatur. Tum incipit *In feſto glorioſiſſimi Confeſſoris ſancti Leonardi Sermo*, cuius finis prima folii vndecimi pagina linea quinta occurrit. Ad calcem operis legitur: *Expliciunt ſermones aurei de ſanctis per totum annum. quos compilauit magiſter Leonhardus de Vtino ſacre theologie doctor ordinis fratrum predicatorum. Ad inſtantiam & complacentiam magnifice communitatis Vtinenſis. ac nobilium virorum eiuſdem. M. CCCC. XLVI. in vigilia beatiſſimi patris noſtri Dominici confeſſoris. Ad laudem & gloriam dei omnipotentis: & tocius curie triumphantis.*

Laus Deo.

M. CCCC. LXXIIII.

Huius editionis iam ante me clariſſimi viri ZAPFIVS in *Annal. typogr. Auguſt.* p. 27. VEITHIVS in ſua *Diatriba*, & GEMEINER in *Notit. Libr. rar. Bibl. Ratisbon.* p. 18 mentionem fecerunt, & ex KHAMMII *Hierarchia Auguſtana* in noſtro monaſterio ſermones iſtos typis fuiſſe excuſos, certiores nos reddiderunt. Huic teſtimonio & aliud domeſticum, ac coaeuum ex WITTWERI *Catalogo Abbatum MS.* addam. In hoc legitur: *Dein Sermones aureos Leonardi de Vtino, de Sanctis, & finiti ſunt* 1474 *ſed compoſiti ſiue collecti per praedictum Magiſtrum Leonardum de Vtino anno Domini* 1446. Haec editio merito bibliothecarum cimeliis adcenſetur, dum non tam obuia in librorum ſcriniis reperitur, & Bibliographis etiam praeſtantioribus incognita permanſit. Praeſentem iam aliae praeceſſere. MARCHAND in *diction. hiſtorique* principem editionem ad annum 1446 refert; aſt mihi veriſimile videtur, virum hunc eruditum annum compoſitionis, pro anno impreſſionis adſumſiſſe. QVETIF alterius anno 1466 euulgatae meminit, quam tamen viri litterati in dubium vocant. Prima itaque laudatur illa, quae ſine loci, & typographi indicio in lucem prodiit, & quam ſecuta eſt alia Venetiis per *Franc.* de HAILBRVNN & *Nic.* de FRANCFORDIA impreſſa, quam MAITTAIRE T. IV. p. 330 recenſet. His proxime adcedit in praeſenti deſcripta, de qua nec QVETIF, nec MAITTAIRE notitiam habuerunt.

Anno MCCCCLXXV.

I. Biblia latina. Norimbergae per Antonium Koburger anno 1475. in fol. mag.

Haec Biblia 480 folia comprehendunt, non 482, vt Cl. MASCHIVS habet. Deſiderantur ſignaturae, cuſtodes, & paginarum numeri: Litterae initiales ſunt auro inſignes, & diuerſis coloribus adpictae. Charta eſt firmiſſima, & munda. Typus, quo excuſum, gothicus maiuſculus eſt, quem tabula VI. N. I oſtendit. Quaeuis pagina in duas eſt diſtincta columnas, quarum

quarum quaelibet 48 numerat lineas. Diſtinctionis ſigna obſeruantur praeter punctum, colon, & interrogationis ſignum.

In fronte primae columnae legitur impreſſum: *Incipit epiſtola ſancti hieronimi ad paulinum preſbiterum: de omnibus diuine hiſtorie libris.* Tertia columna folii tertii, linea 13 *Explicit epiſtola: & Incipit prologus in libros moyſi*, quem folio ſequenti excipit *liber bhreſit quem nos geneſim dicimus.* Folii 242 quarta columna *Explicit Pſalterium*, qui liber *ymnorum*, ſeu ſoliloquiorum adpellatur. Pſalmi nullo numero ſunt indicati. Folio 243 incipit *Epiſtola ſancti hieronimi preſbiteri ad chromacium & eliodorum epiſcopos de libris ſalomonis*, quae primam occupat columnam; ſecunda dein *Incipit liber prouerbiorum.* Vetus teſtamentum definit quarta columna folii 381, & nouum folii 480 ſecunda columna, linea 22, cui haec leguntur ſubiecta: *Opus veteris nouique teſtamenti. Impreſſum ad laudem & gloriam ſancte ac indiuidue trinitatis. Intemerateque virginis marie feliciter finit. Abſolutum conſummatumque eſt. In regia ciuitate Nurembergen. per Antonium Coberger incolam ciuitatis eiuſdem. Anno incarnationis dominice. M. CCCC. LXXV. Ipſo die Sancti Otmari confeſſoris. XVI. Nouembris.*

Lectiones ſingulares in hac editione adnotauit Cl. MASCHIVS in *Bibl. S.* Le LONG *Vol. III. P. II. C.* 2. *ſect.* 1 quas ante lectorum oculos ponam. SAM. XX. 6 deſunt verba: *& multis annis ſaluos faciens tuos, & omnia tua.* ESDR. IX. 8. *Pax illius. Eſa.* XXXVII. 29. *in auribus tuis.* C. XLII. 2 *rex eius.* IEREM. XVIII. 6. *Ecce ſicut lutum in manibus figuli, ſic & domus iſrael in manu mea.* EZECH. XXIX. *In anno decimo & duodecimo menſe vna die menſis. Phil.* I. 2. *Diaconibus.* IAC. V. 3 *& erugo eorum in teſtamentum. Apoc.* XIX. 1 *tubarum* pro *turbarum.*

Idem MASCHIVS l. cit. animaduertit, haec biblia tanquam bibliorum hebraicorum editionem primam laudari a *Mariano* VICTORINO in *indice operum S.* HIERONYMI. Primam quoque adpellabo, quae ex *Koburgeriana* officina in lucem prodiit. Eiusdem ſententiae eſt Cl. PANZER, qui, vt iam ſuperius adnotauimus, Bibliorum, quae ROEDER, & MAITTAIRE anno 1471, a KOBVRGER impreſſa fuiſſe ſcribunt, exiſtentiam omnino negat. Conſ. *Notit. Bibl. Germ. Seculi XV p.* 68.

II. Biblia latina. Sine loci, & typographi indicio anno 1475. T. II. in fol.

Integrum hoc opus foliis 460 conſtat: tomus primus 226; ſecundus vero 254 complectitur. Paginae ſingulae in duas columnas, quae lineas 48 continent, diuiſae ſunt. Excellit haec editio litteris initialibus, ſeu florentibus ligno inciſis, & quidem iisdem, quae in editione ſine anni, loci, & typographi nota, & iisdem characteribus impreſſa, quae praeſentem anteceſſerat, videndae ſunt. Deſunt ſignaturae, cuſtodes, & paginarum numeri, non item rubricae. Charta eſt denſa quidem, ſed non alba admodum, capite bouino & littera D linea perpendiculari diuiſa, ſignata. Littera Iod lineolam puncti loco ſibi habet impoſitam. Tituli librorum, & praefationum rubro, capitum vero nigro colore expreſſi habentur.
In ſuperiori primae columnae margine legitur rubro expreſſum: *Preuatio.* Dein iterum rubro impreſſum: *Incipit epiſtola Sancti iheronimi ad paulinum preſbiterum de omnibus diuine hiſtorie libris*, quam folii tertii columna tertia prologus in *Pentateuchum* excipit. Ad finem quartae columnae *Incipit liber breſith quem nos geneſim dicimus.* Folii 72 ſecunda columna, linea 12 *Explicit deutronomium.* Pſalmi, quibus vnicus *S.* HIERONYMI prologus praemiſſus, & ſingulis tituli ſunt praefixi, 171 numerantur, & folii 202 columna tertia initium ſumunt; terminantur vero quarta columna folii 226 his verbis: *Et ſic eſt finis.* Pſalmis ſequens notitia rubro atramento ſubſcripta habetur: *preſens liber emptus eſt per hainricum hofer plebanum In Aſchaw octaua die Menſis Octobris A.* 1475.

 Tomus

Tomus secundus incipit ab epistola *S.* HIERONYMI ad CHROMACIVM, & HELIODORVM de libris SALOMONIS, quae primam implet columnam. Nouum testamentum incipit folii 133 prima columna. In margine Euangeliorum canones EVSEBII charactere minusculo sunt adnotati. *Apocalypsis* tertia folii 228 columna terminatur, cui nota anni 1475 chifris arabicis tunc temporis vsitatis adiecta habetur. Sequitur folio 229 epistola MENARDI ad *Iacobum* de ISENACO, librorum sacrorum summam quamdam, & compendium continens, quae folii 232 columna quarta absoluitur. Huic sequens carmen subiectum est:

Qui memor esse cupit librorum bibliothece
Discat opus presens si retinere velit
Maxima de minimis ex partibus accipe totum
Inuenies quod amas si studiosus eris
Ecce ihesu criste claudo pietate libellum
Sit benedictus deus & homo de virgine natus
Credentes verbis sacris saluare paratus.

Duo postrema folia canones EVSEBII continent.

De typographo, & de impressionis loco, si ex charactere, ac initialibus litteris aliquid diuinare licet, impressionis locus nullus alius est, quam Basilea, & *Bernardus* RICHEL eadem prelo commisisse, dicendus erit. Character enim idem plane est, vt Cl. MASCHIVS l. cit. testatur, quo RICHEL anno 1477 Biblia adiecto suo nomine, & anni, & loci nota euulgauit; atque eaedem litterae initiales ligno incisae in illis conspiciuntur. Characterem illum tabula IV. N. II ostendit. Huic editioni rarissimae RICHEL duas alias praemisit. Prima, quam pag. 53. N. LXV adumbrauimus, solum *Libros* SALOMONIS, *Prophetas*, *Libros Machabeorum*, & *nouum testamentum* complectitur; reliquos enim libros *veteris testamenti* a BERCHTOLDO quodam impressos fuisse, monstrauimus. Secunda, quae quoad typum, litteras initiales, & cetera, quae ad formam externam spectant, vix non in omnibus cum praesenti perfectam obtinet similitudinem, nec locum, nec annum, nec typographum adsignatum habet.

III. S. Bernardi Abbat. Clareuallensis Sermones. Moguntiae per Petrum Schoiffer anno 1475.

Opus istud, foliis 232 contentum, eodem charactere gothico maiusculo, quo *S.* AVGVSTINI libri de *Ciuitate Dei* anno 1473 excusi sunt, in duabus columnis impressum est. Charta est munda, & firma, diuersis chartarii signis insignita. Signaturae nullae adparent, nulli custodes, aut paginarum numeri. Prima littera initialis deaurata, & diuersis coloribus distincta CHRISTVM a cruce descendentem, & *S.* BERNARDVM amplexantem exhibet; reliquae vero vel rubro, vel caeruleo colore a miniculatore adiectae sunt.

In fronte rubro legitur impressum colore: *Sermones beati bernardi abbatis clareuallis incipiunt feliciter.* Folio 166 *Incipiunt sermones eiusdem de diuersis De nimia quadam Fallacia presentis vite.* Folii 209 tertia columna *Incipit Ser. exhortatoriuſ. beati bernhardi abbatis clareuallensis. ad milites templi*, cui eiusdem epistola in istum sermonem, & capitulorum argumenta praemissa sunt. Folii 216 secunda columna *Incipiunt capitula sermonis ad clericos.* In fine sequens habetur notitia rubro colore expressa: *Anno natiuitatis xpi. M. CCCC. LXXV. decima quarta die mensis aprilis In nobili vrbe Maguncia, non atramenti calamo camaue! sed artificiosa quadam adinuentione imprimendi ac caracterizandi Sermones hos beati bernardi abbatis clareuallis cunctipotenti annuente deo Petrus schoyffer de gernssheym suis consignando scutis feliciter consummauit.* Subiectum est scutum rubro expressum. Sequuntur adhuc duo folia, quae sermonum argumenta complectuntur.

Huius

Huius editionis meminit Cl. FREYTAG in *Analect. Litter.* p. 87, de qua fcribit : „ Haec „ fermonum editio e rariffimis eft, & inter bibliothecarum, in quibus reperitur, cimelia re- „ ferri folet. „

De *S.* BERNARDI fermonibus OVDINVS T. II col. 1251 ex *actis Eruditorum Lipfienfium* inferuit : „ Sermones ifti verborum acumine, fententiarum varietate, rerum fublimitate, & „ affectuum pietate, caeteris eius fcriptis minime cedunt. Quam laudem BERNARDVM cum „ paucis habere communem doctiffimi editores *San - Mauriani* obferuant : cum in reliquorum „ Patrum fcriptis ea pars, quae homilias feu fermones habuerit, plerumque minus elabora- „ ta deprehendatur. „

IV. M. T. Ciceronis Epiftolarum Familiarium Libri XV. Sine loci, & typographi nota anno 1475. in fol.

Splendidiffima haec eft editio, fiue characteres, qui romani, & nitidi, fiue charta fpectetur, quae alba admodum, & firma, marginumque amplitudine fuperbit. Conftat foliis 177; nec fignaturas, nec cuftodes, nec paginarum numeros oftendit. Initiales litteras miniculator rubro adpofuit colore. Diftinctionis figna occurrunt punctum, colon, & interrogationis fignum. Diphtongi *ae*, & *oe* vbique adparent. Lineae in quauis pagina 34 numerantur.

In fronte legitur : *Marci Tullii Ciceronis Epiftolarum Familiarium Ad Lentulum Proconfulem Liber Primus Foeliciter Incipit.* Auerfa folii duodecimi pagina, linea vigefima *M. T. C. Epiftolarum familiarium liber fecundus incipit ad Curionem.* Folii 177 auerfa pagina, linea feptima vltima terminatur epiftola, cui fubiectum habetur :

M. CCCC. LXXV.

Opus Praeclariffimum. M. T. Ciceronis Epiftolarum Familiarium Impreffum Foeliciter Finit.

FINIS.

Paruo fpatio interiecto fequitur *Epiftola C. Fabricii & aemilii Confulum Romanorum fuper proditione fcripta ad Regem Pirrhum : in qua accufatur : fecundum quofdam Timochares : cuius filii in conuiuio Regi pocula miniftrabant ; fecundum alios Nitias : quod confulibus obtulerat Regem uenenis necare.* Epiftolae huic nouem lineis in eadem pagina abfolutae fequentia adiecta funt : *Pirrhus Rex confulibus : & Populo Romano laudes gratiafque fcripfit : Captiuofque omnes quos fecum habebat confulibus reftituit : redditque.*

Huius editionis mentionem facit de BVRE *Bibliogr. Inftructiu — Belles Lett.* n. 2414 eamque rariffimam, ac omnis aeftimationis dignam iudicat, atque ex *Nicolai* IENSON officina Venetiis in lucem prodiiffe fufpicatur. Aft ex a lcurata characterum comparatione, haud parum deceptum fuiffe DEBVRIVM, neque a IENSON, neque a *Vindelino de* SPIRA, neque ab ADAMO anno 1471 memorato euulgatam effe, didici.

V. S. Thomae Aquinatis Catena, feu gloffa continua in quatuor Euangelia. Norimbergae per Antonium Koburger anno 1475. in fol. max.

Iam pag. 71. N. XCIV de hoc opere, quod Eslingae per *Conradum* FINER typis fuiffe excufum, diximus, notitiam dedimus. Vbi etiam alias eiusdem editiones recenfuimus.

Opus iftud, foliis 431 contentum, in duabus columnis charactere, quo Biblia numero primo huius anni defcripta funt excufa, papyro, quae venuftate, albedine, longitudine, & latitudine priores editiones antecellit, impreffum eft. Columnae fingulae 57 continent lineas. Chartarii fignum triangulus cum ftilo prominente, & in crucem definente obferuatur. Litterae initiales librorum deauratae, capitum vero diuerfis coloribus depictae haud parum hanc extollunt editionem. Signaturae, cuftodes, & paginarum numeri defiderantur.

Initio

Initio operis legitur impressum: *Diui Thome aquinatis continuum in librum euangelii secundum Matheum.* Haec verba sequitur praefatio ad VRBANVM *IV.* P. M. cui primum dedicauit librum, directa. Columna tertia folii secundi, linea octaua primum glossae in MATTHAEVM capitulum inchoat, folii 153 vero tertia columna terminatur; mox deinde *Incipiunt Capitula euangelii mathei per ordinem*, quae sequentis folii columna secunda finiuntur. Auersa eiusdem vacua. Folii 155 fine titulo incipit glossa in *S.* MARCVM ab epistola dedicatoria ad AMBALDVM Cardinalem Presbiterum tit. Basilicae XII Apostolorum, in qua S. Doctor suos aduersarios, praecipue *Petrum* de ALVA, vt iam p. 72. N. XCIV animaduertimus, qui hoc opus illi abiudicare non dubitant, refutauit. Cum vero l. cit. verba eiusdem referre omisimus, hic adscribere volumus. *Verum*, ait, *quia eo summo pontifice* — VRBANO *IV* — *ex hac vita, subtracto, tria euangelia Marci, Lucae & Ioannis exponenda restabant, ne opus, quod obedientia inceperat, negligentia imperfectum relinqueret, cum multo labore diligens adhibui studium, vt quatuor euangeliorum expositionem complerem, eadem in omnibus forma seruata in ponendis sanctorum auctoritatibus, & eorum nominibus prescribendis. Et vt magis integra & continua predicta sanctorum expositio redderetur, quasdam expositiones doctorum grecorum in latinum feci transferri, ex quibus plura expositionibus latinorum doctorum interserui, auctorum nominibus prenotatis.* Terminatur quarta folii 204 columna.

Folio 205 incipit *Super euangelio sancte luce. Continuum sancti thome!* quod folio 377 *Beati thome aquinatis. Continuum in euangelium sancti iohannis* excipit. Ad calcem operis legitur:

> *Beati thome de Aquino*
> *Glosa continua super quatuor*
> *Euangelistis feliciter finit*
> *Impressa Nurmberge per prouidum virum Anthonium*
> *Coberger. Anno dominice Incarnationis. MILLE. CCCC.*
> *LXXV. DIE. VIII. AVGV.*

VI. S. Thomae Aquinatis Quaestiones de quodlibet XII. Vlmae per Ioannem Zainer anno 1475. in fol.

Quaestiones istae, foliis 224 comprehensae, papyro firmae quidem, sed non albae admodum, typo, a tabula VII. N. IV exhibito impressae sunt, & signaturis, custodibus, paginarumque numeris carent. Initiales litterae sunt ligno incisae.

Initio operis legitur: *Primum Questiones de quodlibet Sancti Thome de aquino ordinis fratrum predicatorum incipiunt feliciter.* Primum Quodlibet auersa folii 17 pagina, linea tertia definit. Ad calcem operis sequens habetur notitia: *Immensa dei clementia finitur Quodlibet liber sancti Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum in eiusdemque gloriam compositus. Impressus Vlm per Iohannem ezainer de R'utlingen. Anno dni. Millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. Pro cuius consummatione Rex. regum laudetur in secula benedictus Amen.* Meminerunt huius editionis QVETIF T. I. *script. Ord. Praed.* p. 290, & MAITTAIRE T. IV p. 356. BAVR T. II *suppl. Bibl. Vniuers.*, qui eam rarissimam adpellat. Duae aliae hanc, teste QVETIF, praecessere, prima anno 1471 Coloniae ex ARNOLDI *ther* HOERNEN, secunda ex *Andreae* FRISNER & *Ioan.* SENSENSCHMID officina Norimbergae anno 1474 in lucem prodierunt.

VII. Leonardi de Vtino Ord. Praedic. Sermones aurei de fanctis. Vlmae per Ioan. Zainer anno 1475. in fol. mag.

Index ordine alphabetico difpofitus, & tabula omnium fermonum in hoc volumine contentorum antecedit opus, foliis 18 conftans. Opus autem ipfum folia 225 complectitur, & charactere, quo praecedens, papyro longitudine, latitudine, firmitate, & albedine praeftanti in duabus columnis impreffum eft. Litterae initiales ligno incifae, a typographo adiectae confpiciuntur; nullae vero fignaturae, cuftodes, aut paginarum numeri. Singuli fermones in fuperiori margine litteris & cifris romanis funt adfignati.

Indice abfoluto, legitur in prima columna folii primi: *Sermones aurei de fanctis. Fratris Leonardi de Vtino. facre theologie doctoris. ordinis predicatorum prologus*, qui quarta eiusdem folii columna, linea trigefima terminatur, & immediate fequitur: *In fefto gloriofiffimi confefforis fancti Leonardi Sermo.* Folii 225 fecunda columna *Expliciunt Sermones aurei de fanctis per totum annum, quos compilauit magifter Leonardus de Vtino facre theologie doctor ordinis fratrum predicatorum Ad inftantiam & complacentiam magnifice communitatis Vtinenfis ac nobilium virorum eiufdem. M. CCCC. XLVI. in vigilia beatiffimi patris noftri Dominici confefforis ad laudem & gloriam dei omnipotentis & totius curie triumphantis.*

Impreffique funt hi fermones in opido Vlm per difcretum Iohannem Zeiner de Rutlingen. anno domini. M. CCCC LXXV.

Iam fuperiori anno de aliis huius operis editionibus mentionem feci, ita, vt plura de iisdem dicere, neceffum haud fit.

VIII. Roberti Carazoli de Licio Ord. Min. Quadragefimale. Bafileae per *Bernardum* RICHEL, & *Michaelem* WENSLER anno 1475. in fol.

Auerfa folii primi pagina — Prima vacua eft — fiftitur tabula fermonum omnium in hoc volumine contentorum, quae prima fequentis folii pagina finitur; auerfa vero *Sacre theologie magiftri necnon facri eloquii preconis celeberrimi fratris Roberti de Licio ordinis Minorum profefforis opus quadragefimale perutiliffimum quod de penitencia dictum eft feliciter incipit.* Sermo primus prima folii vndecimi pagina terminatur. Ad calcem operis fequentes verfus habentur:

Robertus diui Francifci ex ordine fcripfit.
Hec tibi! qum paulus papa fecundus erat.
Aft preffit manibus hec terfis in bafilea.
Bernardus richel. Cum michaele wenfel
M. CCCC. LXXV°. fluente.

Sermones excipit index alphabeticus, & tituli fermonum in hoc opere contentorum.

Opus conftat foliis 300, nullasque fignaturas, aut cuftodes, nullosque paginarum numeros oftendit. Litteras initiales paruas adiecit typographus, & primi fermonis littera initialis eft ligno incifa. Typus, quo impreffum, eft gothicus minufculus a tabula IV. N. III exhibitus.

IX. S. Thomae Aquinatis Quaeftiones XXIX. de veritate difputatae. Coloniae per Ioan. Koelhoff anno 1475. in fol.

S. THOMAS, vt *Guilelmi* de THOCO diuo contemporanei verbis vtar, diuerfis dominis, & Religiofis perfonis, quibus, ficut ei mittebant dubia, dabat illuminatus diuinitus de veritate refponfa, vt nullum in humanis intellectus eius lateret dubium, ad cuius non pertingeret diuina luce fecretum.

Quatuor priora folia tituli quaestionum occupant; folio dein quinto ipsum opus, foliis 480 contentum, sine omni titulo, aut inscriptione his verbis incipit: *Quid est veritas & vtrum veritas principalius inueniatur in intellectu quam in rebus.* Opus secunda folii 480 columna, linea 31 terminatur, cui sequentia subiecta habentur: *Questiones disputate. luculenter quam disserte Beati Thome aquinatis. per me Iohannem Koelhoff de Lubeck Colonie incolam diligenter impresse Anno domini* 1475 *finiunt.*

Haec editio rarissima, mihi omnium prima videtur. QVETIF, MAITTAIRE, BAVR, & alii Bibliographi nullam de ea habuerunt notitiam.

X. Catonis Ethica amplissimis Commentariis illustrata. Augustae sine typographi nomine anno 1475. in fol.

Auctor huius Ethices, seu dystichorum de moribus ad filium est *Dionysius* CATO. Quisnam autem fuerit, & quo tempore floruerit, viri litterati, vt IOECHER in *suo lexico* monet, inter se haud conueniunt. Cl. SEEMILLER fasc. I p. 72 cum HAMBERGER suspicatur, ante CONSTANTINVM Magnum, immo iam sub ANTONINIS claruisse. Addit insuper, disticha haec iam inde a temporibus CAROLI *M* puerorum in manibus versata, & idonea scholasticae institutioni fuisse habita, quamuis nonnulla illorum aegre admodum cum christiana doctrina conciliari posse, visa sint.

PHILIPPVS, seu PHILIPPINVS, Bergomensis, Monachus Cluniacensis, Prior monasterii *S.* MARIAE de Tressonibus de Padua, qui anno 1340 florebat, opus commentariis amplissimis illustrauit, multa, praeter pauca ad sensum distichorum euoluendum idonea, inseruit aliena, & ad praedictum scopum nihil, aut parum certe conducentia.

PHILIPPVS operi praemisit praefationem, qua, illud duabus constare partibus, prooemiali scilicet, & tractatu, noscimus. Prooemium in quatuor diuiditur partes, in prooemialem primam, secundam, tertiam, & quartam: tractatus vero in duas, nimirum in prosaicam, & metricam. Prosaica iterum diuiditur in praecepta numero LVI: metrica in quatuor partes. Praefationem excipit index alphabetico ordine dispositus, qui folio 56 terminatur. Folio 57 incipit huius operis dedicatoria epistola ad *Ioannem* GALEAZIVM Comitem Mediolanensem, directa, in cuius contextu auctor suum nomen manifestat. Istam folio 59 absolutam, linea 33 sequitur CATONIS Prooemium ad filium: *Nunc te fili carissime docebo quo pacto mores tui animi componas.* Progreditur hoc prooemium vsque ad folium 122, vbi auersa pagina tandem *Primum preceptum prosaycum Itaque deo supplica*, incipit, cui auctoris commentarii immediate sunt adiecti. Folio 239 *Incipit pars prima metricalis: Si deus est animus vt nobis carmina dicunt. Hic tibi precipue sit pura mente colendus.* In fine operis sequentia leguntur: *Ob prime omnium rerum cause preconia. militantisque ecclesie eruditionem Cathonis magni auctoris moralissimi ethica pregnantissima torquendo Auguste imposita. In qua facultatum plurium gaza recondita est vberrima. Ex qua si quidem quisquis opusculi presentis lector attentius, excerpere amplissime fructificationis pa'mites poterit! summi ac immortalis opificis presidio finit felicius Incarnationis saluberrime anno M. CCCC. LXXV! die crastina festi omnium sanctorum.* His subiunctum: *Laus supremo artifici mundum pugillo continenti eiusque gloriose, ac intemerate genitrici.*

Typus est plane idem, quo VINCENTII Bellouacensis Speculum historiale in nostro monasterio anno 1474 impressum est, & quo *Antonius* SORG opus immediate sequens excuderat. Magis tamen ex eo in nostra typographia prelo commissum fuisse hoc opus, ad credendum trahor, eoquod SORG omnibus operibus a se hoc anno excusis, scilicet *S.* AVGVSTINI *Quinquaginta*, *Summae Gallensis*, & *Ioannis* NIDER *Praeceptorio* nomen suum adpresserit.

Folia

Folia opus istud voluminosum 484 complectitur, nullas signaturas, nullos custodes, aut paginarum numeros exhibens. Litteras initiales paruas quandoque adiecit, quaudoque omisit Typographus. Charta est firmissima, sed minus polita. Porro haec editio primum omnium obtinet locum, & bibliothecarum cimeliis adcenseri omnino meretur.

XI. S. Augustini Liber Quinquaginta adpellatus. Augustae per Antonium Sorg anno 1475. in fol.

Opus hoc ideo *Quinquaginta* nuncupatur, quia quinquaginta homilias, quibus varia scripturae loca explicantur, locique communes tractantur, continet. Constat 92 foliis, & eodem charactere, quo immediate praecedens, impressum est. Desunt signaturae, custodes, & paginarum numeri. Initiales litterae paruae adparent.

Folium primum occupat index homiliarum in hoc opere contentarum. Folio secundo *Incipit liber beati Augustini episcopi, qui vocatur quinquaginta. De eo quod scriptum est. Quis est homo qui vult vitam & cupit videre dies bonos. Omelia prima.* Ad calcem operis haec habentur: *Anno domini. M. CCCC. LXXV. circiter Kal. Februarii Impressus est liber iste ad honorem dei. Per Anthonium Sorg In Augusta.* Meminerunt huius editionis rarissimae OVDINVS T. I. *Comment. script. Eccles*, col. 934. MAITTAIRE T. IV p. 355 & alii, quos Cl. ZAPFIVS in *Annal. typogr. August.* p. 32 citat.

XII. Galensis Summa. Siue communiloquium septem partibus constans. Augustae per Antonium Sorg anno 1475. in fol.

Praemittitur operi tabula quatuor foliis contenta; tabulam sequitur prologus, qui auersa folii septimi pagina finitur. Folio octauo *Incipit distinctio prima Prime partis. De republica & informatione personarum ex quibus constituitur.* Opus integrum folia 204 complectens, eodem typo, quo praecedens, impressum est, & nullas signaturas, aut custodes, nullosque paginarum numeros ostendit. Litterae initiales ligno incisae conspiciuntur. Charta est firma, & alba admodum. In margine superiori quaelibet operis pars, partisque distinctio indicata legigitur. Vltimam distinctionem sequens excipit subscriptio: *Vigore motoris primi immobilis! nullam magnitudinem habentis explicit Galensis summa venustissima atque lepidissima! summa collectionum alio nomine siue communiloquium vocitata. dogmatum varios microcosmi gradus ac status respicientium complexiua. Ab Anthonio Sorg opidanum augustensem! ob dei gloriam! ampliorem que ecclesie fructificationem artificialiter effigiata. Legis gratie anno M. CCCCLXXV. Laus summo principi! eiusque gloriose genitrici.* Addita est tabula secunda ordine alphabetico disposita, & foliis 17 contenta.

Auctor huius operis quisnam sit, viri eruditi non conueniunt. Putant quidam, eum esse THOMAM *Anglicum*, patria *Galensem*, verius *Gualensem*, quem alii de *Walleis*, seu *Vallensem* nuncupant, ordinis Praedicatorum Alumnum. Claruit circa annum 1322, multa scripta, doctrina, & pietate referta posteritati relinquens. QVETIF T. I *script. Ord. Praedic.* p. 597 & seqq. POSSEVIN. *Adpar. S. T.* II. p. 476.

Anno M. CCCC. LXXVI.

I. Henrici Ierung Elucidarius scripturarum. Norimbergae per Fridericum Creussner anno 1476 in fol. mag.

Auctor, qui, vt ex praefatione, quae auersam folii primi paginam occupat, discimus, Norimbergae Sindici officio fungebatur, opus suum ex pluribus, quos citat, auctoribus con-

gessit pro *familiari* — vt ipse loquitur — *recursu sacrarum scripturarum, praecipue intelligentia, que ex biblia trahunt fundamentum, presens etiam traxit opus morem gerere volens studiosis, vt ordine alphabeti faciliuſ vocabulum ignotum querere possent procedendo circa quodlibet significatum vocabuli, sepe numero capitulum biblie vbi habetur annectendo iuxta quatuor litterarum A. B. C. D. capitulum quodlibet distinguens. Vt si vocabulum aliquod circa principium capituli A. ponitur: si post principium B. ponitur: si circa medium capituli tunc C. ponitur: si autem circa finem seu terminum capituli D. vt cuilibet querenti lucide apparere potest. - - - - Merito igitur hic liber Elucidarius scripturarum intitulatur. Arte quam deus in fine mundi nouam iustitui voluit, vt sine calamo impressorie libri figerentur Nuremberge per Fridericum Creussner ciuem ibidem summa data opera nec segni diligentia optima littera accurate correctus comparatus est.* Folio secundo *Incipit elucidarius scripturarum feliciter*, a Littera A, quam littera B secunda folii 17 columna, linea 26 excipit. Quarta columna folii 203, linea 21 *Explicit Elucidarius scripturarum feliciter.* His subiectum legitur: *Opus (elucidarius scripturarum). Impressum ad laudem & gloriam sancte ac indiuidue trinitatis. Intemerateque virginis marie feliciter finit. Terminatum consummatumque est. In regia ciuitate Nurmbergen. per fridericum Creussner incolam ciuitatis eiusdem Anno incarnationis dominice. M. CCCC, LXXVI. Tercia feria ante festum penthecostes Die sexta Iuny. Laus Deo Clementissimo.*

Opus istud, foliis 203 constans, in duabus columnis, papyro albae admodum ac firmae, charactere a tabula VI. N. II exhibito impressum est, ac nullas ostendit litteras initiales, nullas signaturas, aut custodes, nullosque paginarum numeros.

Huius editionis mentio inuenitur in MAITTAIRE *Annal. typogr.* T. IV. p. 343. BAVR *Bibl. Vniuers.* T. II. p. 169, vbi *liber rarissimus* vocitarur.

II. Iacobi de Voragine, siue Viragine Legenda Sanctorum, alias Historia Lombardica dicta. Norimbergae per Ioan. Sensenschmid & Andream Frisner anno 1476. in fol. mag.

Priora duo folia index sanctorum, quorum vitae in hoc opere descriptae habentur, occupat, cui sequens admonitio ad lectorem rubro colore expressa praemissa est: *Scias velim humanissime lector, historiam lombardicam que hoc volumine continetur, Andream Frisner Bunsidelensem, magno labore (erat enim haud mediocriter corrupta) & quam accuratissima diligentia potuit, castigasse. Cui non improbando sane labori, si quid ex ingenio tuo, vel melius vel aptius addendum putabis, id honore eius integro facias obsecro! quod est non ingrati animi officium. Sequitur legendarum tabula.* In fronte folii tertii rubro colore impressum habetur: *Incipit prologus super legenda sanctorum quam compilauit frater Iacobus natione Ianuensis ordinis fratrum predicatorum.* Ad finem columnae secundae eiusdem folii *Explicit prologus. Incipit legenda sanctorum vel lambartica historia Et primo de aduentu domini.* Columna tertia folii 250. *Historia lambardica explicit feliciter. Ipsa tamen quia multorum sanctorum legendas quos hoc nostro tempore varie dioceses venerantur non habet, dignum duximus etiam eas hic annectere! ne quos dominus Iesus Christus ob eorum maxima merita miraculis clarere & toti orbi innotescere voluit, a nobis silentio pertranseantur.* Columna quarta dein incipit historia S. CATHARINAE Virginis & Martyris. Auersa folii 278 pagina opus terminatur cum sequenti notitia rubro colore expressa: *Anno domini. M. CCCC. LXXVI, VII. Calendas aprilis, in Nurnberga oppido germanie celebratissimo, deo opitulante explicitum est hoc opus historie lombardice cum legendis quibusdam in fine compressis! ductu industriosi impressorie artis magistri Ioannis Sensenschmid! ciuis Nurembergensis. & Andree frisner de Bundsidel artium magistri. In quo si alium forte scribendi modum quam plurimorum abusus habet inueneris, non iccirco ipsum vicio dare contendas obsecro! quem doctissimo-*

rum

rum grammaticorum auctoritas fulcit defensatque. Huic notitiae subiecta habentur typographorum insignia.

Litterae, quibus hoc opus impressum, sunt gothicae maiusculae, ac pingues, quae tabula VI. N. III videndae. Prima cuiuslibet historiae linea litteris, quas *Missales* dicunt, est expressa. Quaeuis pagina duas complectitur columnas. Desunt initiales litterae, signaturae, custodes, & paginarum numeri. Charta est firma, & alba, sed minus polita.

Admirandum, qua auiditate hoc opus primis typographiae annis ab omnibus quaesitum fuerit, adeo, vt infinitae fere prodierint in lucem editiones. QVETIF T. I. *Script. Praedic.* p. 455 iam 22 earum diuersas numerat seculo XV typis euulgatas, quin omnium notitiam habere potuerit. De praesenti vero nec verbulum profert; ita certe & multae aliae lucem adspexerunt, de quibus nulla notio ad illum peruenit.

Varia de hoc opere fuerunt hominum iudicia. *Ludouicus* VIVES *de caus. corrupt.* L. 2 scribit: „ Legenda quidem aurea, ab homine oris ferrei cordis plumbei scripta. Quid foedius dici potest illo libro? quam pudendum est nobis christianis, non esse praestantissimos nostrorum diuorum actus verius & adcuratius memoriae mandatos, siue ad cognitionem &c. Hunc secutus est *Melchior* CANVS, qui *Lib.* 11. *c. l. Loc. commun.* ait: „ in illo miraculorum monstra saepius quam vera miracula legas. Hanc Legendam auream — „ homo scripsit ferrei oris, plumbei cordis, animi certe parum seueri ac prudentis. „ Ipse quoque QVETIF id haud diffitetur; has tamen acerrimas ac aculeatas IACOBVM non mereri censuras, arbitratur, quia ipse innuit, vitas has SS. non a se compositas, sed compilatas tantum, id est, apud varios dispersas a se collectas, & in ordinem digestas fuisse, additis passim suis annotationibus. Sic in vita *S.* HILARII monet, totum fabulosum esse, quod ibi de concilio fictitio Romano agitur.

IACOBVS iste Ligur a loco natiuitatis Virgio, aut Voragio, de *Voragine*, seu *Viragine* dictus, circa annum 1230 natus, Genuae anno 1244 *S.* DOMINICI familiae nomen dedit, in eadem vir euasit pietate, disciplina regulari, doctrina, salutis animarum studio, prudentia, rerumque agendarum peritia clarissimus, vt in Lombardia Prouinciae, & totius ordinis minister, denique Archiepiscopus Genuensis creari meritus fit. Obiit anno 1298. QVEVIF l. c. p. 454.

III. S. Thomae Aquinatis tertium Scriptum, Coloniae per Ioannem Koelhoff anno 1476. in fol.

In fronte operis, foliis 404 contenti, maioribus litteris expressum legitur: *Tertium scriptum sancti Thome de Aquino doctoris eximii.* Quodlibet folium quatuor complectitur columnas. Charta est firma admodum, & impolita. Initiales litterae, & paginarum numeri desiderantur. Plagularum fasciculi priores septemdecim, qui omnes quaterni, litteris a — r signati sunt; reliqui vero a distinctione decima quinta vsque ad finem, signaturis carent. Custodes ab operis principio vsque ad distinctionem XV nulli conspiciuntur, ab hac vero vsque ad finem quarta folii columna potissimum obseruantur. Characteres, quibus impressum, sunt gothici minusculi, qui in eiusdem S. Doctoris veritatibus disputatis anno 1475 excusis, habentur. Ad calcem operis legitur: *Explicit tertius Sancti Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum per me Iohem Koelhoff de Lubeck Colonie ciuem Anno domini.* 1476. Deinde in auersa eiusdem folii pagina incipiunt *Tituli super tertium librum sententiarum*, qui quarta vltimi folii columna his verbis desinunt: *Expliciunt tituli tertii sententiarum sancti Thome aquinatis Ordinis predicatorum.*

MAITTAIRE, & BAVR cum aliis hanc editionem ignorauerunt; QVETIF vero eiusdem T. I. p. 288 meminit.

IV. Alberti de Padua Ord. Frat. Eremit. S. Auguſtini Expoſitio Euangeliorum dominicalium, & feſtiuorum. Venetiis per Adamum de Rotwil, & Andream de Corona anno 1476. in fol.

Integrum hoc opus foliis 249 conſtat, impreſſum eſt charactere gothico minuſculo, & nullas exhibet ſignaturas, aut cuſtodes, aut paginarum numeros, nullasque initiales litteras.

Initium operis ſequentis eſt tenoris: *Incipit ſolenne opus expoſitionis Euangeliorum dominicalium tocius anni reuerendi magiſtri Alberti de Padua ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini.* Sequitur deinde prologus, qui eiusdem pagina ſecunda columna — In duas enim quaeuis pagina diuiſa eſt — linea 17 finitur, & immediate *Incipit expoſitio prenarrata. Dominica prima de aduentu.* Vltimi folii columna ſecunda *Liber predicationum ſuper euangeliis dominicalibus & in precipuis feſtiuitatibus ſanctorum. Stephani. Iohannis. Innocentum Epiie. Purificatois. Annuntiatiois. Auguſtini & ceterorum. Venetiis impreſſus per magiſtros: Adam de Rotuuil & Andream de Corona finit. anno.* 1476. 8. *Kl. Ianu.*

ALBERTVS Patauinus, natione Italus, Eremita Auguſtinianus, AEGIDII Romani diſcipulus, in academia Pariſienſi doctoratus gradum adſecutus, SS. Scripturas publice, ac magna diſcipulorum vtilitate interpretatus eſt, & quidem tanto omnium adplauſu, vt ei poſt mortem, quae illum anno 1328 inuaſerat, in praetorio Patauino ſupra fores ſeptentrionales marmorea ſtatua elogiis maximis ornata erigeretur. OSSINGER in *Bibl. Auguſt.* p. 668.

V. P. Valerii Maximi factorum, ac Dictorum memorabilium Libri IX. Bononiae anno 1476. in fol.

Typus huius operis eſt romanus minuſculus, & nitidus: Charta alba admodum, & firma, in qua amplas margines reliquit typographus. Deſunt litterae initiales, ſignaturae, cuſtodes, & paginarum numeri. Diſtinctionis ſigna occurrunt punctum & colon. Conſtat foliis 129.

Praemiſſa ſunt eidem argumenta capitulorum, quae prima folii ſecundi pagina, linea 25 terminantur. Auerſa eiusdem ſequentia litteris capitalibus leguntur expreſſa: P. VALERII MAXIMI FACTORVM AC DICTORVM ROMANORVM ET EXSTERORVM AD TIBERIVM CAESAREM PROLOGVS, qui lineas 23 continet. Hunc immediate ſequitur libri primi *De Religione Cap.* 1. Liber primus auerſa folii 15 pagina, linea quarta definit. Auerſa folii 128 pagina EXPLICIT LIBER VALERII MAXIMI. IMPRESSVM BONONIAE AD PETITIONEM SIGISMVNDI DE LIBRIS ANNO DOMINI. M CCCC. LXXVI. DIE XX. IIII. MENSIS DECEMBRIS. LAVS DEO AMEN. Primam paginam folii 129 occupat REGISTRVM.

Quis typographorum hoc opus prelo commiſerit, exploratum non habeo. Licet enim MAITTAIRE T. IV. *Annal. Sigismundum* de LIBRIS tam in locorum, quam in nominum, ac cognominum indicibus typographis adcenſuerit; illi tamen conſentire nequeo. Vnicum, quod ad ſuam ſtabiliendam ſententiam in medium profert fundamentum, eſt ſola ſubſcriptio ſuperius adlata; aſt haec nihil nobis aliud innuit, quam praeſens opus *ad petitionem Sigismundi de* LIBRIS *fuiſſe Bononiae impreſſum*, non autem ab ipſo illud fuiſſe typis excuſum; nam ad cuius petitionem aliquod opus imprimitur, non ipſemet imprimere videtur. Iam pag. 12. N. VIII huius operis editionem peruetuſtam recenſuimus, quae praeſentem aetate longe antecellit; haec tamen haud minorem meretur aeſtimationem, ſiue typorum nitorem, ſiue eiusdem inſignem raritatem ſpectemus.

Valerius MAXIMVS, qui tempore TIBERII Caeſaris florebat, optimum ſcriptorum ſuorum argumentum elegit, felixque diuerſarum materiarum coniunctio non poteſt lectori non ſatis-

fatisfacere ; fed ftilus eiusdem ita infulfus, ac obfcurus eft, vt merito dixerit VOSSIVS de *Hift. Lat.* „ vix eum fapere tam bonum aeuum, fententias quoque nimium adfectare. „ Tam fimi- „ lis eft CICERONI, inquit ERASMVS *Roterodamus* in *Cicer.* p. 144 quam mulus homini, adeo „ vt vix credas vel Italum fuiffe, qui fcripfit, vel hoc aetatis, quod prae fe fert, vixiffe: tam „ diuerfum eft totum dictionis genus: Afrum quempiam effe dicas, nec vllum carmen elabo- „ ratius. „ Alii quoque viri litterati eum adulationis vitii adcufant. Conf. *Thomae Popae* BLOVNT *Cenfuram celebr. auctorum.* p. 70.

VI. S. Ambrofii Epifc. Mediol. Libri X. Explanationum Euangelii S. Lucae. Auguftae per Antonium Sorg anno 1476. in fol..

S. AMBROSIVS Vir fumma pietate, omniquc virtutis genere venerabilis, inuicti animi Praeful, qui Iudaeis, Gentilibus, & cuiuscunque generis Haeriticis animofe reftitit, litterarum Graecarum, aeque ac latinarum peritiffimus claruit anno 374. Multa pietate, eruditione, diuinaque fcientia repleta, ftilo concifo, arguto, & teffelato opera fcripfit, inter quae praefentes explanationes veniunt numerandae.

Prima folii primi pagina vacua eft; in auerfa fequentia tantum leguntur: *Incipit Expofitio feu explanatio fancti Ambrofii epifcopi in corpus euangelii fancti luce euangelifte. Et diuiditur in decem capitales libros. fed nulli eorum fingularis prefatio aut prologus premittitur. Quod autem intitulatur de generatione fancti Iohannis baptifte hoc eft fecundum morem antiquorum ! qui voluminibus ex eorum principiis nomina imponebant. ficut & hic primus liber tantum agit de generatione Iohannis. reliqua vero non. & fic patet ratio tituli.* Folio fecundo *Incipit liber primus fancti Ambrofii. De Iohannis baptifte generatione*, qui folii vndecimi pagina prima finitur; auerfa eiusdem vacua eft. Ad calcem operis fequentia habentur: *Magni ecclefie militantis luminaris. Ambrofii ! fuper luce euangelifte euangeliis ! fcripta ! per Anthonium Sorg incolam opidi Auguftenfis. ob naturae naturantis gloriam huiufque exilii ampliorem eruditionem ! ftanneis karacteribus artificialiter effigiata. Actus puriffimi prefidio finiunt feliciffime, dominice incarnationis. Anno millefimo quadringentefimo feptuagefimo fexto. Laus entium enti eiufque dulciffime matri.*

Hoc opus, foliis 159 contentum, litteris a tabula III. N. III exhibitis, papyro mundae & firmae impreffum eft. Litterae initiales adparent ligno incifae, nullae vero cuftodes, aut fignaturae, aut paginarum numeri. In fuperiori margine cuiuslibet paginae liber indicatus habetur.

Editionis huius mentio inuenitur in *Catalogo Bibl. Harleianae* T. III. p. 105 in quo rariffimis adcenfetur. Plures Bibliographi eam memorant, fed fequenti cum titulo: *Ambrofius de Ioannis generatione.* Quod inde veniffe videtur, quia forte in exemplaribus, quae illi ante oculos habuerunt, primum folium exfciffum fuerit.

VII. S. Bonauenturae Card. Ord. Min. Speculum B. V. Mariae. Auguftae per Antonium Sorg anno 1476. in fol.

Integrum hoc opufculum, foliis 48 conftans, eodem typo, quo praecedens, impreffum eft, ac nullas fignaturas, nullos cuftodes, aut paginarum numeros oftendit. Litterae initiales ligno incifae funt.

In fronte operis haec leguntur impreffa: *Incipit Speculum beate Marie virginis ! compilatum ab humili fratre Bonauentura*; ad calcem vero: *Deuotiffimi ac preftantiffimi doctoris Bonauenture, tractatus fuper gaudiofa ambafiata ! per archangelum Gabrielem, ad excellentiffimam atque gloriofiffimam virginem Mariam annunciata fpeculum marie vocitatus ! explicit feliciter. Non equidem cyrographatus, fed per fide dignum virum Anthonium Sorg conciuem Auguftenfem*

quam

quam diligenter impressus. Anno salutifere incarnationis xpi. M, CCCCLXXVI. pridie Kalendis marcii.

Quamquam hoc opusculum *S.* BONAVENTVRAE operibus insertum sit, illius tamen genuinum esse partum, *Casimirus* OVDINVS T. III. *Comment. script. Eccles.* col. 409 sequentibus rationibus innisus omnino negat. I. Multae expressiones illatinae in hoc opusculo reperiuntur, quae S. Doctori conuenire nequeunt. II. Magna vocum superlatiuarum copia a capite ad calcem vsque adparet, quae tamen in aliis eiusdem operibus non animaduertuntur. III. Stilus a seculo XIII abhorret, & seculo XV magis consentaneus est. IV. Scriptor huius opusculi idem argumentum eodem modo tractat, atque repetit lectione IV & XV integra, quod absque dubio S. Bonauentura haud fecisset. V. Lectio XV barbaras habet voces certe a S. Doctore nunquam vsitatas, vel adsumtas. VI. Expressiones inueniuntur magis Theutoni quam Italo conuenientes. VII. Denique proueniunt voces, quae nullo modo latinae, multo minus viro graui & Doctori Seraphico dignae videntur. Consonat OVDINO Cl. OSSINGER in *Bibl. August.* p. 96 qui hoc opusculum *Bonauenturae* BADVARIO Patauino, ex Comitibus de PERAGA oriundo, Ordinis Eremitarum *S.* AVGVSTINI Alumno, qui ad seculi XIV finem florebat, adscribit. Accedit, quod idem saepius sub nomine *Bonauenturae* BADVARII de *Peraga* in lucem prodierit.

VII. Sermones Succi de tempore per annum. Sine loci, anni, & typographi indicio anno 1476, in fol. mag.

Typus, quo impressi sunt hi sermones, prorsus idem est, cum opere praecedente; ex quo patet, Augustae Vindelicae primam eos adspexisse lucem: Ast in quanam officina, an in Sorgiana, an in nostri asceterii, perspectum non est. Suspicor tamen, ex nostra typographia illos in lucem prodiisse, eoquod SORG prioribus editionibus tam locum, quam suum adiecerit nomen; in operibus vero in nostro monasterio impressis nil nisi annus adpressus habeatur.

Integrum hoc magnae molis opus folia 304 complectitur. Quaeuis pagina in duas est distincta columnas. Litteras initiales exhibet ligno incisas. Desunt signaturae, custodes & paginarum numeri. In margine cuiuslibet columnae superiori sermo quiuis est indicatus. Opus ex duabus constat partibus; ex hiemali scilicet, & aestiuali.

Primae parti praemissus est index alphabeticus decem foliis contentus, qui auersa folii primi pagina his verbis inchoat: *Incipit tabula prime partis, hyemalis videlicet! in qua primo ponitur materia. secundo numerus sermonum, tertio littera alphabeti pro repperienda materia.* Folio vndecimo *Incipit prologus in partem hyemalem*, quem auersae paginae columna prima primus excipit sermo. Quarta columna folii 198 *Pars videlicet hyemalis sermonum Succi de tempore intitulatorum. quia de succo & de medulla sacre pagine stilo subobscuro sunt extracti finit feliciter.* Folio 199 incipit pars aestiualis, quae 125 sermones complectitur, quorum primus est *de resurrectione domini.* Folii 387 quarta columna *Explicit secunda pars Estiualis videlicet.* Huic adiectus index alphabeticus, quem *Tituli & materia sermonum praescriptorum* excipiunt. Ad calcem operis denique sequentia leguntur: *Sermones elegantissimi Succi de tempore per circulum anni, vna cum registris finiunt feliciter! Anno domini. MCCCCLXXVI. nono Kalendas Iulii.*

Hanc editionem esse rarissimam, ex alto Bibliographorum de ea silentio colligi datur. De auctore huius operis iam pag. 78. N. CVII fusius egimus.

IX

IX. Regulae, Ordinationes, & conſtitutiones Cancellariae SS. Pontificum, Pauli II. & Sixti IV. ſcriptae & correctae in cancellaria apoſtolica. II. Carolina ſuper libertate ſpiritualium perſonarum, ac eccleſiarum praecipue Auguſtanae, immunitate. III. Conſtitutiones in Carolina contentae in lingua vulgari. IV. Conſtitutiones Principum tam Eccleſiaſticorum, quam Secularium ſuper electione praelaturarum & collatione beneficiorum. V. Inhibitiones iuxta Theologos & canones Patrum a S. Communione. VI. Differentia inter Quadragenam, Septenam & Carenam. VII. De inſtitutione feſti SS. Corporis Chriſti. Sine loci & typographi indicio anno 1476. in 4.

Haec omnia foliis 159. contenta, eodem typo, & quidem illi a *Gunthero* ZAINER vſitato, a tabula II. N. IV. exhibito, valde ſimili impreſſa ſunt. Deſunt Cuſtodes & paginarum numeri, non autem ſignaturae, quae in ſuperiori margine non litteris, ſed numeris vsque ad *Carolinam* ſunt indicatae. E. g. I. II. III. IIII. V. Secundus faſciculus numeris VI. VII. VIII. VIIII. X. eſt inſignitus &c.

In fronte primae paginae legitur: REGVLE ORDINATIONES — Haec verba litteris capitalibus, quae vero ſequuntur, litteris, quibus textus operis eſt expreſſus, ſunt impreſſa — *& conſtitutiones Cancellarie Sanctiſſimi domini noſtri domini Pauli diuina prouidentia pape Secundi ſcripte & correcte in Cancellaria Apoſtolica.* Prima folii 45. pagina; linea 17. terminatur PAVLI II. Bulla de *prorogatione quinquennii* anno 1474. promulgata. Auerſa eiusdem vacua eſt. Sequenti folio incipit *Bulla de Beneficiis affectis.* PAVLI II. regulae & ordinationes Cancellariae auerſa folii 93. pagina finiuntur, quas folio ſequenti excipiunt *Regule Ordinationes, & conſtitutiones Cancellarie Sanctiſſimi domini Noſtri domini Sixti diuina prouidentia Pape Quarti. ſcripte & correcte in Cancellaria apoſtolica.* Terminantur iſtae auerſa pagina folii 113. his verbis: *Explicit. M. CCCC. LXXVI.*

Folio 114 *Incipit Karolina. Super libertate Spiritualium perſonarum ac Eccleſiarum Emunitate.* Hoc decretum CAROLI IV. Imperatoris NICOLAVS V. ad inſtantiam PETRI Epiſcopi Auguſtani & Cardinalis in gratiam Eccleſiae Auguſtanae de regiſtro MARTINI V. transſcribi iuſſit, & ad Epiſcopos Conſtantienſem, & Spoletanum, ac Praepoſitum Friſingenſem, vt illud exequantur, transmiſit. Ad finem tempus publicationis eiusdem decreti ſtatuitur. Illud ſequuntur ipſius CAROLI IV. *conſtitutiones in lingua vulgari.*

Folio 128. incipiunt *Compactata Principum tam ſpiritualium quam ſecularium ſuper Electione prelaturarum Ac collatione Beneficiorum.* Iſta folio 138. *Secuntur Inhibitiones ſecundum Theologos & Canones ſanctorum patrum quicunque cuiuscunque conditionis Sexus Etatis vel dignitatis actu ſeu habitu in ſequentibus fuerit notatus & in conſcientia ſua deprehenſus Is ad communionem ſalutifere eukariſtie nullo modo accedere debeat &c.* In fronte folii 148. legitur: *Pronuntiantibus In cancellis litteras apoſtolicas Indulgentiarum neceſſe eſt ſcire Diſtinguere ac populo declarare Quid ſit Quadragena Septena Sive carena Et in quibus differant quod decretum eſt in concilio Baſilienſi.* Auerſa folii 151 pagina incipit hiſtoria de inſtitutione feſti corporis Chriſti, hanc excipiunt Bulla VRBANI IV. Indulgentiae ab eodem MARTINO V. & EVGENIO IV. conceſſae, ac tandem decretum concilii Baſileenſis, cui inſerta eſt Bulla EVGENII IV. ad cuius finem legitur: *Datum Baſilee Quinto nonas Julii Anno a natiuitate domini Milleſimo quadringenteſimo triceſimo quarto In Xpi iheſu domino noſtro Amen.*

X. Speculum morale. Theodiſce. Auguſtae per Ioannem Baemler Anno 1476. in 4.

Titulus huius operis ita ſonat : *In diſem buch werden beſchriben gar nüczliche lere vnd vnderweyſung in teütſch beſchriben auſs den parabolen vnd beyſpüllen Salomonis Auch auſs Kathone tulio vnd auſs anderen lereren vnd poeten gezogen Darinnen ain iunger menſch vnderricht wirt wie er ſich in erberkeydt vnd guten ſyten gegen got vnd den menſchen halten ſoll. zu dem erſten Quid optimum & peſſimum ſit in homine &c.* Numerum foliorum, quibus conſtat hoc opus, eoquod mancum eſt, determinare nequeo. Characteres, quibus impreſſum eſt, ſunt a tabula II. N. I. repraeſentati. Ad finem operis legitur : *Gedruckt zu Augſpurg. nach letare. Anno &c im LXXVI.*

XI. Sermo, quomodo in Matrimonio viuendum ſit, cum aliis diuerſis. Auguſtae per Ioannem Baemler anno 1476. in 4.

Initio primi tractatus legitur : *Hie nach volget ein nüczliche ler vnd predig wie ſich zwey menſchen in den ſacrament der heyligen ee halten ſüllen.* Haec foliis 13. abſoluuntur. Folio 14. ſequitur : *Hie nach volgen nein ſtück damit man got ein beſunder wolgefallen tut. Wer die mit andacht volbringt hie in diſer zeit.* Iſta folio 16 excipit *Speculum humanum*, cuius initium ita ſonat : *Hienach volget ein heilſame nüczliche ler durch einem hochgelerten geiſtlichen vater alſo beſchriben, vnd iſt genant der menſchen ſpiegel darinn man lernt ſein ſelb erkantnuſs vnd den weg der ewigen ſelikeit.* Hic tractatus folii 31. pagina prima terminatur, auerſa dein ſequitur : *Hie nach volgen die fünf anfechtungen die ein yegklicher menſche beſteen muſs in ſeinen leczten zeyten. mit ſampt fünff heilſamen geveten die offt vnd nüczlich zuſprechen ſind mit andacht.* Haec folio 34 his verbis deſinunt : *Gedruckt zu Augſpurg anno &c. LXXVI.*

XII. Apollonii Regis Tyriae & Sidoniae hiſtoria. Theodiſce. Auguſtae per Ioannem Baemler anno 1476. in 4.

In fronte haec tituli loco rubro colore impreſſa leguntur : *Das iſt ein vorred in die hyſtori des Küniges Appoloni, das man wiſſe wenn er geregnieret hab, in welcher vorrede das leben des groſſen Alexanders gar ſchier mit wenig worten begriffen iſt* Praefationem folio 8, linea ſeptima terminatam ſequitur Apollonii hiſtoria, rudi, & ſimplici ſtilo deſcripta, fabuloſiſque narrationibus referta. Pars eiusdem de Antiocho Iuniore Seleuco Antiochiae Rege agit, qui filiam ſuam tam inordinato amore deperibat, vt, quicumque eam in vxorem petebat, niſi prius eiusdem aenigmaticam quaeſtionem ſolueret, eum neci traderet. Apolonius de plurium fatis triſtiſſimis inſtructus, regis filiam ſibi in matrimonium poſtulauit. Rex iuueni quaeſtionem ſoluendam propoſuit, quae huius erat tenoris:

Der ſünden wagen meuen ich
Müterlich fleiſch das ſpeiſet mich
wie vaſt mich mant meiner muter man
So wilſich doch nicht vinden kan
Der prüder des ich begeret han.

Apollonivs primus erat, qui regi myſterium ſoluebat. Ad primum reſpondit : *Ich dich ſelber an vnd deine werck.* Ad cetera autem : *wan du zeſamen ſeczeſt dich ſelbs. vnd dye werck deiner tochter, ſo vindeſt du das diſe leczte wort dein tochter berüren.* Rex hisce contentus, eum vlterius loqui prohibuit, & a ſe dimiſſum iuſſit ſeruis ſuis, vt fugientem in ſequerentur,

rentur, ac occiderent. APOLLONIVS, regis furore elufo, exantlatisque crudelibus fatis, Pentapolim peruenit, a cuius rege filiam obtinuit vxorem; mortuo Antiocho Seleuco, regnum Antiochiae adfecutus, feptuaginta, & quatuor annos omni felicitate ditatos cum vxore fua vixit. In fine fequens habetur carmen, ex quo nobis huius hiftoriae auctor innotefcit.

Damit fag ich lob danck vnd er
Alpha vnd O on wider ker
Billich, wann er hat gegeben
Appoloni ftrenges leben
Klar zu teutfchen aufs latin
Ettlicher alten hyftorin
Mit namen liefs ich nit verderben
Doctor Gotfrides von viterben
Oberftes cronick fchreiben
Mit dem die Kirch auch wil beleiben
Iunckfrau hilff vns genad erwerben
Nit lafs vns in den fünden fterben
Ewig das wir find behalten
Mit allen reinen iungen alten.

His dein fubiectum legitur: *Die hyftori de Küniges Appoloni hat gedruckt Iohannes Bemler zu Augfpurg anno &c. im LXXVI. iar.*

Hiftoria haec foliis 79 contenta, charactere, quo *fpeculum morale* N. X. recenfitum, impreffa eft, nullas exhibens fingnaturas, aut cuftodes, aut paginarum numeros. Initiales litterae, & figurae vitae APOLLONII adcomodatae ligno funt incifae. Editio haec eft fecunda; prima enim anno 1471. ex officina *Guntheri* ZAINER in lucem prodiit. Nos & aliam, quam anno 1479. *Antonius* SORG typis euulgauit, poffidemus.

Ex verfibus fupra memoratis elucet, hiftoriam hanc ex GODEFRIDO *Viterbienfi* defumtam effe. Inuenitur illa in eiusdem chronici parte fexta pedeftri fermone defcripta. Extat hoc chronicon in PISTORII *Script. rer. Germ. Edit. Struu.* T. II. p. 1. Hiftoria vero APOLLONII p. 173. & feqq.

XII. Preffus iuris. Theodifce. Auguftae per Ioannem Baemler anno 1476. in 4.

Antiquiffima haec eft iudicis, aduocati &c. inftructio, cuius initium ita fonat: *Hie nach volget ein gar nüczlich buch genant preffus iuris.* In praefatione, quae immediate fequitur, monet, vt omnes, non quis dicat, fed quid dicatur, adtendant. Folio fecundo de oratoris proprietatibus, de titulis vnicuique iuxta ftatum, officium, vel natiuitatem debitis, loquitur. Folii quarti auerfa pagina legitur: *Hie nach volget was ein gericht fey, vnd wer zu dem gericht gehöre.* Denique folii fexti auerfa incipit *Kurcze ordnung des gerichtes.* Terminatur opufculum, quod ad externam formam cum praecedentibus conuenit, folio 24, ad cuius calcem haec habentur: *zu Augfpurg im LXXVI. iare.*

Anno M. CCCC. LXXVII.

I. Appiani Sophistae Alexandrini Historiae Romanae libri IV. a Petro Candido latine redditi. Venetiis per Bernardum Pictorem, Erhardum Ratdolt, & Petrum Loslein Anno 1477. in fol.

Praemissa est operi Praefatio P. CANDIDI ad NICOLAVM V. P. M. & vix non integrum occupat folium. Initio eiusdem sequentia tituli loco leguntur : *P. Candidi in libros Appiani sophiste Alexandrini ad Nicolaum quintum summum pontificem Praefatio incipit felicissime.* In hac magnis laudum encomiis Pontificem cum ob aedificia magno pretio restituta, tum ob illustres libros, e graeco in latinum iussu eius traductos, exornat. Ad finem libros APPIANI, LIVII, CVRTII, TROGI, TACITI, & CRISPI deperditos deplorat. Folio secundo *Appiani sophiste Alexandrini Romane historie prooemium feliciter incipit*, quod folii quinti auersa terminatur. Folio sexto *Appiani Alexandrini sophiste Romanorum liber incipit, qui Libycus inscribitur.* Folii vigesimi auersa vacuum nouem linearum spatium occurrit, sequens quoque pagina integra vacua est, ratio huius vero in margine laterali ab ipsis typographis adposita est : *Defectus unius folii : in quo tumultus populi contineri videbatur. Deinde romanorum consultatio de rebus Carthaginensium vt patet ex fragmento orationis insequentis.* Prima folii 48. pagina *Appiani Alexandrini sophiste Romanorum liber finit qui Libycus inscribitur. Traductio. P. Candidi.* Eiusdem vero auersa incipit *Liber Syrius dictus*, cuius finis, & simul initium *Parthici* adpellati auersa pagina folii 72 occurrit. Liber vltimus, qui *Mithridaticus* incribitur, folio 90 inchoat, & folio 131 his verbis terminatur : *Appiani Alexandrini sophiste Romanorum liber finit qui Mithridaticus inscribitur. Traductio. P. Candidi.* His dein subiectum legitur : *Impressum est hoc opus Venetiis per Bernardum pictorem & Erhardum ratdolt de Augusta vnacum Petro loslein de Langencen correctore ac socio. Laus Deo.*

M. CCCC. LXXVII.

Externa huius editionis facies de prima gloriatur venustate. Characteres sunt romani, ac &c. elegantissimi, vt ex argento fusi videantur. Charta est mundissima, laeuigata, ac firma, marginumque amplitudine superbit. Notae marginales vbique occurrunt. Desiderantur custodes, & paginarum numeri. Litterae initiales florentes librorum aeri incisae videntur. Non parum ornamenta primae paginae marginalia florulenta, nitide excisa, ac rubro colore expressa adspicientium oculos delectant. Opus quatuordecim constat plagularum fasciculis litteris a - o signatis, ex quibus decem quinterni, quatuor vero quaterni sunt. Distinctionis signa obseruantur praeter punctum, colon, coma, & interrogationis signum.

Editio haec minus quidem rara est editione Veneta anno 1472 a *Vindelino* SPIRA in lucem emissa, quam superius recensuimus ; attamen, vt in CRÆVENNAE *Catalogue raisonné t. v.* p. 120 legimus, illi praesens ob suum typographicum splendorem praeponenda est. Ita & in catalogis maxime laudatur ; sic in *Bibliotheca Vilenbroukiana*, in cuius auctione, teste CLEMENT, pro 29 florenis vendita est, adpellatur *Editio summae elegantiae & nitoris* : in *Anonyma Hag. Comit.* T. I. p. 240. *Editio nitidissima* : in *Pinelliana* T. II. p. 30. *Exemplar maximae venustatis.*

II. Appiani Sophistae Alexandrini de Bellis Ciuilibus Romanorum Libri V. a Petro Candido in latinum traducti. Venetiis ab iisdem anno 1477. in fol.

Primum folium occupat Praefatio *Petri* CANDIDI ad ALFONSVM Regem Aragoniae, &

& Siciliae, cui hos libros infcripfit, directa, in cuius fronte legitur: *Ad diuum Alfonſum Arogonum & vtriusque Sicilie regem in libros ciuilium bellorum ex Appiano Alexandrino in latinum traductos Prefatio incipit feliciſſime.* Folio fecundo incipiunt Capitula, quae *in fequentes libros ex ordine fcribuntur.* Folio 3. *P. Candidi de ciuilibus Romanorum bellis ex Appiano Alexandrino in latinum traductis liber primus incipit. Lege feliciter.* Folio 42 in fronte legitur: *P. Candidi de ciuilibus romanorum bellis ex Appiano Alexandrino in latinum traductis liber primus feliciter explicit. Incipit eiusdem fecundus. Lege feliciſſime.* Auerfa pagina folii 201. liber quintus de Romanorum bellis ciuilibus terminatur, quem alii duo fequuntur; primus, qui *Illyricus* dicitur, inchoat folio 202. fecundus, qui *Celticus* adpellatur, folio 210, linea nona, qui fequentis folii prima pagina finitur. Huic dein fubiectum habetur: *Impreſſum eſt hoc opus Venetiis per Bernardum pictorem & Erhardum ratdolt de Augufta vnacum Petro loflein de Langencen correctore ac focio. Laus Deo.*

M. CCCC. LXXVII.

Conftat hoc opus 21 plagularum fafciculis litteris a - x fignatis; omnes eorum funt quinterni, praeter d, qui fexternus eft. Reliqua, quae ad formam externam fpectant, plane cum praecedenti conueniunt.

III. S. Bonauenturae Epifc. & Card. fuper fecundo fententiarum opus. Venetiis per Theodoricum de Reinsburch, & Reynaldum de Nouiomagio anno 1477. in fol.

Hoc opus, in duabus columnis charactere gothico minufculo, ac pereleganti impreffum eft. Litteras initiales paruas adiecit typographus; cuftodes vero, & paginarum numeros omifit. Conftat plagularum fafciculis 21. litteris *a - z. aa - mm.* fignatis; omnes funt quinterni praeter *m. M. u. y. z.* qui quaterni, & *aa*, qui fexternus: *bb - ll.*, qui quaterni, *ll. & mm*, qui terni funt.

Operis initio haec tituli loco leguntur: *Viri excellentiſſimi artium & facre theologie diui monarce fummique profeſſoris: fuper 2do fententiarum domini Bonauenture minorum ex ordine opus preclariſſimum feliciter incipit.* Haec verba excipit prologus, qui fecunda columna folii fecundi, linea duodecima terminatur: prologum fequuntur diftinctiones numero quadraginta. Ad calcem operis fequentia leguntur: *Religioſi patris Bonauenture ordinis Minorum veritatis theologie profeſſoris eximii: facreque apoftolice fedis Cardinalis fuper fecundum fententiarum fcriptum finit. Per excellentiſſimum facre theologie doctorem magiftrum penketh anglicum ordinis fratrum heremitarum fancti auguftini in famoſiſſimo ftudio patauino ordinarie legentem maxima cum diligentia emendatum. Anno falutis noftre: M. CCCC. LXXVII. per Theodoricum de Reynfburch & Raynaldum de Nouimagio focios Venetiis feliciter impreſſum.*

Maittaire hanc editionem penitus ignorauit. Bavr in *fupplem. Bibl. vniuerf.* T. I. p. 234 meminit commentarii S. Bonaventvrae in omnes quatuor fententiarum libros, Venetiis anno 1477 impreffi, ex quo elucefcit, nos tantum huius operis partem poffidere.

IV. S. Antonini Archiep. Florent. Secunda Pars Summae Theologicae. Spirae per Petrum Drach anno 1477.

Duodecim articulis conftat praefens opus, quod folia 342 complectitur, & charactere gothico minufculo, & nitido excufum eft. Quaeuis pagina in duas diftincta eft columnas,

Charta est firma admodum, sed minus alba, & polita, chartarii signis littera D, & capite bouino iam saepius descriptis instructa.

In fronte litteris maiusculis legitur impressum : *Clarissimi ac doctissimi viri fratris Anthonini de ordine Predicatorum Archiepiscopi florentini Secunda pars summe feliciter incipit.* Sequitur mox prologus, quem columna quarta folii secundi, linea 24 *Titulus primus de Auaritia diuisus per plura capitula* excipit. Ad calcem operis haec litteris maiusculis impressa habentur : *Finit feliciter opus celeberrimum secunde partis Summe doctissimi viri fratris Anthonini de ordine Predicatorum Archiepi Florentini moraliter tractans de singulis viciis in particulari per modum predicationis. & etiam per modum doctrine Impressum per Petrum Drach insigni in ciuitate Spirensi Sub Anno dominice incarnationis M. CCCC. LXXVII. die vicesima mensis Augusti.* His subiecta videntur typgraphi insignia. Adiecta est tabula duobus foliis contenta.

Operis huius partes quatuor, quibus constat, vt cl. DENIS in *Memorab. Bibl. Garell.* p. 128. animaduertit, seorsim seculo XV. & diuersis annis in lucem prodieerunt. Partes II. III. anno 1477. Pars I. anno 1479. Pars IV. anno 1480 Venetiis per *Nic.* IENSON typis euulgatae sunt. Norimbergae ex officina *Antonii* KOBVRGER pars II. anno 1477. Pars I, & III. 1478. IV. 1479. prodiere. Sic & *Petrus* DRACH partem II. cuius DENIS nullam habuit notitiam, anno 1477. P. I, & II. 1487. III, & IV. 1488. edidit.

V. Iuniani Maii Parthenopei de priscorum verborum Proprietate liber. Taruisiae per Bernardum de Colonia anno 1477. in fol.

Haec est secunda huius operis editio; prima enim & princeps Neapoli ex *Matthaei* MORAVI officina, ipso auctore procurante, 1475 exiit. Praesentem & aliae duae secutae sunt, vt cl. GEMEINER *in Notitia Bibl. Ratisbon.* adnotauit, vna anno 1480, altera 1490.

Opus istud folia 329. complectitur, estque in duabus columnis, papyro mundae admodum, & firmae, amplis instructae marginibus typo gothico minusculo impressum. Initiales litterae in lexico desiderantur; custodes, & paginarum numeri non obseruantur. Fasciculi plagularum, quorum 33 numerantur, litteris *a* - *y*. aa - *ll*. signati; omnes eorum sunt vel quaterni, vel quinterni, praeter *aa*, qui sexternus est.

Prima pagina folii primi vacua est; auersa dein *Iuniani Maii parthenopei ad inuictissimum Ferdinandum regem in librum de priscorum proprietate verborum prologus foeliciter incipit.* In prima prologi parte ait auctor, studia latina, quae olim velut muta, longaque intermissione extincta, a viris singulari ingenio praeditis, omnique doctrina ornatis in pristinum pubertatis florem restitui. Deinde laudat germanos ob inuentam ab iis typographicam artem. Ostendit fontes, e quibus suum lexicon maxima ex parte hauserat. Ad hoc autem conficiendum se *Antonelli* PETRVCII, qui Regi a secretis erat, & *Francisci* SCALAE Regis Consiliarii adhortatu manus adiecisse, dicit. Praefationem denique cum adlocutione ad Regem concludit. Folio secundo incipit littera A. quae tertia folii 43 columna, linea 42 terminatur. In vltimi folii prima pagina legitur auctoris epistola ad HENRICUM Archiepiscopum Acherontinum, qui Regi a confessionibus erat, in qua illum magnis honorat laudibus, & *alterum Patriae lumen, ac Philosophiae patronum adpellat.* De labore suo reddit rationem, pluraque ad promouenda studia in lucem se editurum promittit. Denique epistolam his verbis concludit : *Vale : Et regem sapientissimum vt soles ad incoepta studia confirmabis : meque tua animi humanitate plurimum diliges.* Epistolae sequentia adiecta leguntur : *Egregium opus Iuniani Maii Parthenopei impressum Taruisiae per Bernardum de Colonia foeliciter explicit. Anno M. CCCC. LXXVII.*

Iunia-

Iunianus MAIVS nobili genere, & vt DENIS autumat, ex familia Itala *Maia* Neapoli natus, erat in sua patria ciuitate, vt in fine epistolarum PLINII ab ipso recognitarum, ac Neapoli anno 1476. impressarum legitur, Rhetor publicus. Omnem virorum doctissimorum laudem praesenti opere tum ob suam vtilitatem, tum ob criticam elaborationem praestantissimo promeruit. Conf. DENIS *Memorab. Bibl. Garell.* p. 67, & 68.

VI. Nicolai de Tudeschis Archiep. Panormit. vulgo Abbatis Siculi Consilia CLV. Coloniae per Ioan. Koelhoff anno 1477. in fol. mag.

NICOLAVS gente Siculus, patria Catanensis, communi adpellatione dictus *Abbas Panormitanus*, Ord. S. BENEDICTI Alumnus, quem TRITHEMIVS Abbatem Monacensem fuisse scribit, Iurisconsultus sui seculi longe celeberrimus fuit, adeo, vt ob eximiam iuris vtriusque scientiam *Lucerna iuris* communi voce nuncuparetur. Claruit anno 1428. Praeter alia scripta ab eruditis laudata, & haec consilia posteritati reliquit, quae *Ludouicus* BOLOGNINVS I. V. D. & professor Ferrariensis correxit, & ad plurium vtilitatem *lineis aeneis*, vt ipse ait in praefatione operi praemissa, *imprimenda tradidit, ut ea, quae longo tempore latitarunt nunc omnibus nota reddantur.* Addidit etiam idem tabulam alphabeticam ad materias, & casus ibi contentos inueniendos. Edidit *anno Domini. M. CCCC. LXXIIII. die X. Octobris in inclita Ferrariensi ciuitate, Diuo Hercule Estensi regnante.*

Opus istud foliis 170 contentum, typo gothico minusculo, chartae firmae, & albae impressum est. Quaeuis pagina duas complectitur columnas. Litterae initiales paruae occurrunt, nulli vero custodes, & paginarum numeri. Plagularum fasciculi sunt octodecim, Litteris A — S. signati, quorum omnes quinterni, & quaterni, praeter R & S. qui terni sunt.

Praemissa est operi tabula praefata, foliis 13 comprehensa. Incipit deinde ipsum opus in media folii primi pagina — Altera media pars vacua est — sequentibus verbis. *In dei omnipotentis nomine amen. Infra scripta sunt consilia seu allegationes facte seu composite per reuerendum patrem & dominum dominum Nicolaum de sicilia abbatem Momacen. decretorum doctorem subtilissimum. Anno domini. M. CCCC. XXV.* Folii 152. columna secunda NICOLAI consiliis absolutis, addidit *Ludouicus* BOLOGNINVS & alia, quae non Abbatis Panormitani sunt, sed in scriptis illius inserta inuenerat. Ad calcem operis sequens legitur notitia: *Expliciunt quotidiana & vtilia consilia reuerendi D. Abbatis momacensis domini Nicolai de tudeschis de sicilia excellentissimi decretorum doctoris ac domini nostri pape auditoris camere & rote dignissimi nec non tria vel quatuor alia aliorum eximiorum doctorum predictis adiuncta que iam diu apud paucos reperiebantur & valde corrupta & longa emendatione egentia nouiter autem ad lucem producta & edita cum noue tabule impositione pro ibi contientis — contentis — facile reperiendis ac fideliter emendata. per me Iohannem Koelhoff de Lubeck Colonie ciuem litteris eneis impicta traditaque die prima octobris Anno domini M. CCCC. LXXVII. in predicta ciuitate &c. Laus omnipotenti deo qui & regnat in secula seculorum. Amen.*

Deo Gratias.

VII. Nicolai de Tudeschis Disputationes, & allegationes. Coloniae per Ioan. Koelhoff anno 1477. in fol. mag.

Plagularum huius operis fasciculi sunt vniuersim quatuordecim litteris *a* — *o* signati, qui omnes quaterni, praeter *c. f. h.* & *n.*; hi terni sunt. Desunt Custodes, & paginarum numeri. Litteras initiales paruas adiecit typographus. Typus, quo impressum, est idem, quo praecedens excusum habetur. Singulae paginae in duas sunt distinctae columnas.

In

In fronte operis sequentia leguntur : *Disputationes & allegationes subtilissime ac vtilissime Reuerendi domini Nycola Abbatis Siculi utriusque iuris doctoris interpretis nostro seculo iuris monarche. Senis & alibi per eum subtilissime disputate. Feliciter incipiunt.* Folii 64. columna prima disputationes istae desinunt, quibus haec leguntur subiecta : *Ad honorem gloriosissimi domini nostri iesu Xpi eiusque piissime genitricis Marie & felicitatem ecclesie ac reipublice omniumque studio iuris. operam dantium. has disputationes subtilissimas domini Nicolai Abbatis Siculi. flores ac dicta singularia legum ac canonum in se complectentes ego Io. Coelhoff ciuis inclite ciuitatis Colonie ex Italico exemplari Neapoli antea sat corrupte iucuria equidem correctoris impresso emendatas imprimere propriis curaui sumptibus. sub anno domini M. CCCC. LXXVII. de quo sit laus Deo. Amen.*

Columna secunda eiusdem folii sequuntur sine omni titulo quaestiones disputatae, quae folio 76 finiuntur. Auersa pagina *sequitur solemnis repetitio eiusdem domini Abbatis siculi alias panormitani circa C. ecclesia sancte Marie de consti.* & super Cap. *si quis contra clericum de foro compedente.* In fine haec solummodo habentur : *Repetitum fuit per me Nicolaum de Sicilia decretorum doctorem in almo studio Senensi tunc ibi actualiter legentem anno domini M. quadringentesimo decimo nono &c.*

VIII. Ioannis Andreae Tractatus de arboribus consanguinitatis, adfinitatis, necnon spiritualis cognationis. Norimbergae per Fridericum Creussner anno 1477. in fol.

Incipit hic tractatus, foliis decem comprehensus, & charactere a tabula VI. N. II. exhibito, impressus ab auctoris praefatione, quae primam paginam occupat. Auersa dein ipse tractatus his verbis inchoat : *Deinde ad arborem consanguinitatis specialiter descendamus.* Huius arboris figura auersam folii quarti paginam implet. Folia tria sequentia tractatum de adfinitatis arbore continent, cuius figura prima folii octaui pagina exhibetur. Auersa eiusdem agitur de *spirituale cognatione.* Folii decimi prima pagina. *Finit tractatus magistri Iohannis Andree super arboribus consanguinitatis affinitatis necnon spiritualis cognationis. Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo. Impressus per Fridericum Creusmer de Nurmberga.* Auersa decimi folii pagina arboris cognationis spiritualis figuram repraesentat. Desunt litterae initiales, signaturae, custodes, & paginarum numeri.

Primam hanc esse editionem, Cl. GEMEINER in *Notit. Bibl. Ratisbon.* p. 178 arbitratur. Ast valde dubito, annon illa, quae sine loci, anni, & typographi indicio ex Creussneri officina in lucem prodiit, & solum priores duos tractatus, qui tantummodo sunt genuinus *Ioan.* ANDREAE partus, continet, praecesserit. Hanc supra N. CXIX. cum altera N. CXX. recensuimus.

IX. Summae Hostiensis in libros decretalium, Partes II. III. IV. V. Sine loci nota per Ludouicum Hohenwang de Elchingia anno 1477. in fol.

Prima huius operis pars in nostra bibliotheca non extat; illa tamen mihi occurrit in PP. Dominicanorum Augustanorum bibliotheca, quae de magna incunabulorum typographicorum copia gloriatur. Itaque vt lectores mei perfectam huius operis cognitionem adquirant, illud paucis describam. In fronte eiusdem legitur *Incipit summa super titulis decretalium a domino archiepiscopo ebredinen. compilata qui & vulgatiori vocabulo hostiensis dicitur. additis quoque in quibusdam locis & rubricellis.* Ad calcem sequentia habentur : *Ex officina & ductu lodouici hohewang hec summa hostiensis super primo decretalium finita est anno a partu virginis salutifero millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo.*

Secun-

Secundae parti, vt & reliquis, praemissae sunt rubricae, seu titulorum index, qui primum folium occupat. Folio secundo *Incipit secunda pars summe hostien. in librum decretalium secundum, qui est de iudiciis.* Constat haec pars foliis 311. ad cuius finem leguntur *Versus quibus ad nomen autoris pulcre alluditur & littera eius diues commendatur.*

Cedite summarum scriptores cedite longe
Hostium qui pandit sacrati dogmate iuris
Hostiensis adest. en clarus & littera diues
Ergo lege foelix & aere solare labores.

Versibus sequens subnexa est notitia : *Ex officina & ductu Ludouici hohenwang de elchingen hec summa hostiensis que & copiosa a iurium copiositate finita est vtilitate quidem sua non omnibus a domino archiepo ebredinen. compilata.* Huic, & reliquis duabus partibus nota anni non habetur adiecta, cum tamen ex eadem, ex qua prima, officina prodierint; eodem quoque tempore lucem adspexisse, nullus dubito.

Partis tertiae sequens est in fronte folii secundi inscriptio : *Incipit Liber tercius de vita & honestate clericorum.* Folia 286 complectitur. Ad finem versibus supra memoratis sequens adiecta est subscriptio : *Ex officina & ductu Ludouici hohenwang de elchingia hec summa hostien. super tercio decretalium que & copiosa a iurium copiositate finita est. Consultu vero & auxiliatione clarissimi viri magistri Iohannis pistoris domini mei obseruantissimi litteris ahenis impressa.*

In quartae partis folio secundo *Incipit quartus liber de Sponsalibus & matrimoniis*, qui 169 folia comprehendit. Ad calcem huius praefati versus, & prioris libri subscriptio reperiuntur.

Partis quintae, quae foliis 405 constat, folio secundo *Incipit liber quintus de accusationibus & denuntiationibus & inquisitionibus.* Prima vltimi folii pagina, linea 13 incipit absque titulo operis epilogus, in quo auctor, vel editor pro beneficiis, ac donis a deo acceptis debitas eidem gratias refert, rogatque lectorem, vt *fraterna charitate non inuidiosa mordacitate corrigat, ac emendet, quidqud illi videatur corrigendum, vel etiam emendandum.* Sequuntur deinde versus, & subscriptio, vt in secunda parte, quibus alii duo versus additi sunt, qui sic sonant :

Sed nos immensum spaciis confecimus equor
Et iam tempus equum fumantia soluere colla

Typus, quo hoc opus impressum, est romano-gothicus maiusculus, ac satis pinguis, quem tabula III. N. VIII. exhibet. Charta est firma admodum, sed minus alba, & polita. Singulae paginae integrae 33 complectuntur lineas. In cuiuslibet libri initio littera initialis est ligno incisa; reliquae vero rubro colore a miniculatore depictae. Distinctionis signa praeter punctum occurrit quoque interrogationis signum. Signaturae nullae obseruantur, nulli custodes, aut paginarum numeri.

Hac de editione Bibliographi etiam praestantiores altum tenent silentium; neque de typographo vllam habuere notitiam. Quod autem *Ludouicus* HOHENWANG Augustae Vindelicae prelum habuisse mihi videatur, iam satis in animaduersione praeuia ad libros Augustae impressos pag. 36 me monstrasse, arbitror.

Auctor huius operis est *Henricus* de SEGVSIO, natione Gallus, patria Segusinus, in subalpinis natus, ante annum 1258 Ebrodunensis in Gallia Narbonensi Episcopus renuntiatus, anno vero 1262 Ecclesiae Romanae Cardinalis, Episcopus Hostiensis creatus est. Tantam in vtroque iure scientiam adeptus, vt *fons & splendor iuris* nuncuparetur. Obiit anno 1271. quem tamen alii ad annum vsque 1281 vixisse volunt. Scripsit summam vtriusque

riusque iuris, quae vulgo *Aurea summa Hostiensis* dicitur. CAVE T. II. *Histor. Litter. Script. Eccles.* pag. 313.

Anno M.CCCC.LXXVIII.

I. Biblia latina. Norimbergae per Antonium Koburger anno 1478. in fol.

Integrum Bibliorum opus 468 folia adimplet. Litterae, quibus impressum est, sunt gothicae maiusculae, ac pingues. Quaevis pagina duas exhibet columnas. Litteras initiales tam librorum, quam capitum calligraphus diversis coloribus adpinxit. Signaturae, & custodes desiderantur, paginarum vero numeros ipse typographus indicavit, librosque in superiori margine adnotavit. Linea quaevis prima alicuius capitis, aut paragraphi litteris maiusculis, expressa est.

In aversa folii primi pagina invenitur librorum omnium index; in secundo vero, seu iuxta typographi adnotationem, folio primo *Incipit epistola sancti Hieronimi ad Paulinum presbiterum de omnibus divine historie libris.* Tertia columna folii tertii *Incipit prologus in Pentateuchum moysi*, quem prima folii quarti columna liber *Genesis* excipit. Liber Psalmorum, *liber hymnorum vel Soliloquiorum* adpellatus folio 210 incipit. Psalmis tituli, & numeri praefixi sunt. Vetus testamentum folii 365 quarta columna terminatur. Folii 366 quarta columna, praemissa S. HIERONYMI ad DAMASVM Papam epistola, *Incipit euangelium secundum Matheum.* In margine Euangelistarum Canones, *in quibus Euangelistae concordant, alphabeti ordine, quo convenientiori potuit ordinari modo, sequuntur.* In fine *Apocalypsis* sequens adiecta est notitia: *Anno incarnationis dominice. Millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo. Mai vero Kl. octavo decimo. Quod insigne veteris novique testamenti opus. cum canonibus euangelistarumque concordantiis. In laudem & gloriam Sancte ac individue trinitatis. Intemerate virginisque marie impressum. In oppido Nurnbergn. per Antonium Coburger prefati oppidi incolam industria cuius quam diligentissime fabrefactum. finit feliciter.* Addita est MENANDRI epistola ad *Iacobum* de ISENACO, & EVSEBII Canones, quae omnia sex foliis continentur.

Duo hoc anno Biblia *Antonius* KOBVRGER impressit, vt Cl. MASCHIVS in *Edit. Bibl. S. le* LONG *Part. II. Vol. III. c. 3. sect. 1.* ostendit, & quidem eadem forma externa, cum iisdem foliorum numeris, quae tamen inter se invicem diversa sunt. Praesentia finita sunt decimo octavo Kalendas Maii; altera vero, quorum etiam MAITTAIRE meminit, quarto idus Novembris. Diversitas quoque ex foliorum, linearum, & typorum comparatione adparet.

II. Vitae Patrum. Norimbergae per Antonium Koburger anno 1478. in fol. mag.

Pluribus seculis S. HIERONYMVS auctor huius operis celebratus fuit; sed nunc eruditi omnes S. Doctori abiudicant. Ita CLAVDIVS ESPENCAEVS in *Comment. 2. ad Timoth. C. 4. Melchior* CANVS *loc. Theolog lib. 11. c. 6.* BELLARMINVS *de Script. Eccles.* CAVE: FABRICIVS: OVDINVS. POSSEVINVS in *Adpar. S. T.* I. & II. verbo *Vitas Patrum* inquit: „Ceterum sciant lectores vitas Patrum, quae falso erant adscriptae S. HIERONYMO, fuisse olim a *Celso* „HVGONE Iurisconsulto cum M. SS. Codicibus collatas, atque Lugduni anno 1515. editas. „EVAGRII autem, & diversorum eas esse foetus, plerique iudicant.

Praemissa est operi brevis praefatio, & index alphabeticus, quinque foliis constans. Folio operis primo *Incipit prologus sancti Hieronimi Cardinalis presbiteri in libros Vitaspatrum sanctorum Egiptiorum etiam eorum qui in Scithia Thebaida. atque Mesopotamia morati sunt:*

non

non solum quos oculis vidit. maximoque labore conspexit : verum & quam plura a fide dignis relata conscripsit notabili diligentia. Denique aliorum etiam autenticorum libellos. fideliter e greco in latinum transtulit : ab aliis translata pro sui perfectione huic operi inseruit. Praefatio tres implet columnas ; quarta incipit ipsum opus in quatuor partes distributum. Prima pars continet sanctorum historias : secunda adhortationes sanctorum Patrum : tertia, & quarta agunt de regula, vel conuersatione Egyptiorum Monachorum, & eorum, qui degunt apud Palestinam, vel Mesopotamiam. Folii 230.auersa pagina *Sequitur opusculum pro conclusione annexum de virtutum laude & effectu intitulatum.* Ad calcem operis,foliis 338 contenti, legitur : *Anno Xpi natiuitatis. Millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo. Nonas vero Mai. ob beatorum patrum profectum vitam heremeticam degentium. gesta quorum (haud immerito) memoriter sunt commendanda. Opus (Vitas patrum appellatum) insigne, a quam plurimis excerptum codicibus. per sacrorum scripturarum viros admodum peritissimos: ornatum In oppido Nurnbergn. per Antonium Coburger oppidi prefati incolam quam compte impressum. Finit feliciter.*

Litterae initiales custodes, & signaturae desiderantur, non autem foliorum numeri, quos typographus adpressit. Typus est idem, quo Biblia praecedentia impressa sunt. Primae cuiuslibet Capitis, vel paragraphi lineae, & rubricae in superiori margine sunt litteris maioribus expressae. Charta est firma, sed minus polita.

Inter editiones huius operis, quarum *Heribertus* ROSWEYDVS in *prolegom. in Vitas patrum prolegom.* XVII. p. 30. & seqq. viginti memorat, ordine haec quarta, sed omnium prima est, quae addito anni, loci & typographi indicio, quo priores tres a ROSWEYDO adductae destituuntur, in lucem exiit. Conf. FREYTAG *Adpar.* T. II. p. 1140 & seqq. BAVR *Bibl. uniuers.* T. III. p. 110. qui editionem hanc cum FREYTAG rarissimam adpellat.

III. *Decisio consiliaris supra dubio producto de indulgenciis. edita per reuerendum in Xpo patrem & dominum. Fratrem Anthonium de predicatorum Archiepiscopum florentinum doctorem clarissimum.* Norimbergae per Fridericum Creussner anno 1478. in fol.

Verba praefata sunt tituli loco, operis initio posita. Tractatus iste in tres diuisus est partes : In prima S. Doctor tractat de indulgentia in genere : in secunda de indulgentia plenaria, quae solum a summis Pontificibus conceditur : in tertia de indulgentia Iubilaei, quae plenaria ; & *videtur* : pergit sanctus Doctor, *valde rationabiliter instituta seu concessa, tum quia homines sunt valde tepidi ad satisfaciendum maximis debitis paenarum, quibus tenentur obnoxii propter innumerabilia & grauia peccata comissa - - - - tum ad confirmandam fidem catholicam & excitandum feruorem eius in mentibus fidelium, quam verbis & factis innumerabilium passionum & miraculorum sancti Martyres defensarunt.* Prima folii decimi pagina hic tractatus finitur. Auersa vero

Incipit Magister Alanus — Est ALANVS Insulensis, qui doctor vniuersalis nuncupabatur — *de sex alis Cherubim.* Prima ala est *confessio* : secunda *satisfactio* : tertia *carnis munditia* : quarta *puritas mentis* : quinta *dilectio proximi* : sexta denique *dilectio Dei.*

His expletis sequitur in folii 14 auersa pagina *Ioannis* GERSON tractatus *De septem miseriis hominum in hac vita*, cui subiectum legitur : *Tractatus magistri Iohannis Gerson sacre pagine doctoris necnon cancellarii parisiensis de septem miseriis hominum in hac vita. per Fridericum Creussner incolam Nurmbergensem impressus finit feliciter Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo. Laus. Deo. Clementissimo.*

Litterae, quibus hi tractatus impressi, sunt a tabula VI. N. II. exhibitae. Desunt initiales litterae, custodes, signaturae, & paginarum numeri. Editionem hanc nec MAITTAIRE, nec BAVR, nec alius quidam Bibliographorum cognitam habuerunt.

IV. Ioannis de Turre-cremata Episc. Sabin. & S. R. E. Cardinalis Quaestiones Euangeliorum de sanctis collectae. Norimbergae per Fridericum Creussner anno 1478. in fol.

In fronte operis tituli loco legitur: *Quaestiones euangeliorum de sanctis. collecte per R. D. Iohannem de turrecremata Episcopum Sabinnen. sancte romane ecclesie cardinalem sancti Sixti. Incipiunt feliciter.* Dein sequitur: *In festo beati Andree est euangelium. Ambulans ihesus* &c. *Math.* 4. *Circa quod possunt disputari sequentes quaestiones.* Folia numerantur nonaginta nouem impressa. Sgnaturae nullae occurrunt, nulli custodes, aut paginarum numeri, nullaeque litterae initiales. In fine sequens habetur notitia: *Questiones euangeliorum de sanctis. collecte per Reuerendum dominum Iohannem de turrecremata Episcopum sabinen. Sancte romane ecclesie Cardinalem sancti Sixti expliciunt feliciter. Impresseque Nurmberge per Fridericum Creussner eiusdem ciuitatis incolam. Sub anno domini. M. CCCC LXXVIII. Laus. Deo. Clementissimo.*

Huius editionis Cl. MAITTAIRE, & BAVR nullam habuere notitiam; ROEDERVS vero eiusdem in *Catalogo Libb. sec. XV. impressorum* meminit. Prima huius operis editio, teste FREYTAGIO, Romae per *Ioannem* SCHEVRER anno 1477 vnacum editione Quæstionum super Euangelia de tempore typis euulgata est. Conf. *Adpar.* T. II. p. 1117.

V. Petri Lombardi Glossa in Psalterium Dauidis, quae vulgo *Magistralis* vocatur. Norimbergae per Andream Frisner, & Ioannem Sensenschmid anno 1478. in fol. mag.

Prima folii primi pagina vacua est; in auersa legitur *Andree Frysner de Wunsidel in glossam magistralem psalterii praefatiuncula*, in qua praecipue editionis praesentis causam adfert. *Psalterium autem Dauid prophetarum eximii. quum propter excellentiam suam plus ceteris in diuinis frequentetur officiis: ne decetero psalmorum decantatores sint ut tympanum insensatum: nescientes quid personent: inprimis expositionem eius offerimus.* &c. Folio sequenti *Glossa psalterii Dauid Magistri Petri Lombardi que uulgo magistralis vocitatur Incipit foeliciter.* Haec verba rubro colore, & litteris gothicis maioribus, vti & omnes Psalmorum versus, sed colore nigro, sunt impressa. Tum immediate sequitur auctoris prologus, qui tertia columna folii tertii terminatur. Columna quarta incipit primi Psalmi expositio, ante quam typographus vacuum quindecim linearum spatium miniculatori ad initialem litteram B adpingendam reliquit. Prima folii 338. pagina sequens notita rubro colore impressa habetur: *Glossa magistralis: in librum hymnorum dauid. Petri lombardi: Magistri sententiarum: explicit foeliciter. Insculpta Nuremberge oppido Germanie celebratissimo. ductu Andree Frisner de Wundsidel. artium liberalium magistri. & Ioannis Sensenschmid. Ciuis nurembergensis. Anno domini. Millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo: die vero februarii duodecimo.*

Laus deo gloriosissimo

His subiecta sunt typographorum insignia. Auersa folii eiusdem pagina exhibet *Registrum foliorum.*

Integrum hoc opus foliis 338 constat, typo gothico maiusculo, ac satis pingui impressum. Signaturae, custodes, paginarum numeri, & initiales litterae desiderantur. Psalmorum numerum, & Patres, ex quibus LOMBARDVS suam desumsit glossam, in superiori margine adnotauit typographus.

Meminit huius editionis Cl. FREYTAG in *Analect. Litter.* p. 719 eamque omnium primam adpellat, quae inter libros ratiores, & bibliothecarum ornamenta, iure merito referri solet.

VI.

VI. Innocentii IV. P. M. in quinque libros Decretalium Commentarius. Argentinae sine typographi nomine anno 1478. in fol. mag.

INNOCENTIVS IV. SINNIBALDVS ante Pontificatum vocatus, patria Genuensis, e familia Flisca natus, ob summam iuris peritiam *Pater iuris* nuncupari meruit. Quam plurimis, & praeclaris scriptis suum nomen ad posteros transmisit, inter quae opus praesens primum meretur locum.

Hoc vastissimae molis opus, litteris gothicis minusculis, quae tabula I. N. VI. videndae, in duabus columnis impressum foliis 406. constat. Charta est firmissima, & minus polita. Signaturae nullae occurrunt, nulli custodes, aut paginarum numeri. Litterae initiales a miniatore sunt adiectae.

In fronte operis haec tituli loco litteris maioribus, a tabula I. N. IV. exhibitis, impressa leguntur: *Incipit Apparatus quinque librorum decretalium domini innocencii pape quarti compositus & publicatus in ciuitate ludunen.* Liber primus columna quarta folii 131 terminatur. Sequenti folio incipit liber secundus: tertius folio 244. quartus 326. quintus denique folii 341 columna quarta initium sumit. Ad calcem operis legitur: *Explicit solemnis Apparatus Innocencii pape quarti super quinque libris decretalium elegantissime compositus. multiuarios casus articulosque perutiles & necessarios tam in consilio animarum & penitenciali foro quam in regendis ecclesiis & ecclesiasticis personis continens. magna cum diligencia in originali emendatus per venerabilem virum Andream hartmanni de eppingen arcium liberalium magistrum iuris & canonici & ciuilis licentiatum dominorum illustrium & generosorum archidyaconorum ecclesie argentin. officialem in inclita argentin. Ciuitate impressus. Sub anno domini. M. CCCC. LXXVIII.*

Additum est BALDI ICti *repertorium alphabeticum*, seu BALDI *Margarita*, foliis 57 contentum, cuius initium ita sonat: *Incipit repertorium super Innocencio Editum ab Egregio ac excellentissimo iuris vtriusque doctore domino Baldo de perusio in vrbe famosissimo Quod quidem repertorium Baldi Margarita proprie nuncupatur vel Innocencianus.* Ad calcem eiusdem sequentia leguntur: *Explicit repertorium super innocencio editum ab egregio ac excellentissimo iuris vtriusque doctore domino baldo de perusio in vrbe famosissimo quod quidem repertorium baldi margarita proprie nuncupatur vel innocencianus.* Folium vltimum tabulam alphabeticam exhibet.

Editionem hanc rarissimam ex officina *Henrici* EGGENSTEIN in lucem prodiisse, iam ante me Cl. STEIGENBERGER in *dissert. Historico - critica de Antiqq. Bibl. teuton. Edit.* p. 36. demonstrare conatus est; & ego ipse pag. 24., vbi Biblia germanica Moguntina dicta recensebam, multis ostendere studui. Bibliographi de illa altum tenent silentium.

VII. Authenticae, seu Nouellae constitutiones, ac tres libri codicis Iustiniani Imperatoris cum Commentariis, Basileae per Michaelem Wensler anno 1478. in fol. mag.

Duplicis generis charactere hoc opus impressum est, gothico maiusculo scilicet, & minusculo; vtrumque tabula III. N. III. & IV. exhibet. Maiusculo expressus est textus, minusculo commentarii. Initiales litterae quandoque desiderantur, quandoque paruas adiecit typographus. Desunt custodes, signaturae, & paginarum numeri. Tituli potissimum rubro expressi sunt colore. Folia 301 complectitur.

Initio

Initio operis fequentia rubro colore impreffa leguntur : *In nomine domini noftri ihefu xpi de heredibus & falcidia conftitutio prima fi heres legata foluere noluerit. Incipit Co. Inftitutio imperatoris Iuftiniani. a Iohanni pape.* II. Folio 169 *Incipiunt confuetudines feudorum. Et primo de hiis qui feudum dare poffunt Et qualiter acquiratur & retineatur.* Folio 205 confuetudinibus feudorum abfolutis, fequuntur adhuc tres vltimi libri codicis. Columna quarta folii trecentefimi ad finem legitur rubro colore impreffum : *Anno incarnationis dominice. M. CCCC. LXXVIII.* III. *Kalendis decembris Sanctiffimo in xpo patre ac domino, domino Sixto* papa IIII. *pontifice maximo. Illuftriffimo, nobiliffime domus auftrie Friderico Romanorum imperatore inuictiffimo. monarchie Xpiane dominis Reuerendiffimo dominoque amabili in xpo patre ac domino, domino Iohanne prefule Bafilien. .in nobili vrbe Bafilea. fuffragante diuina clementia, fine cuius ope nihil rite finitur. X. collationum triumque librorum Codicum opus excellentiffimum. non atramentali penna cannaue. Sed arte quadam ingeniofa imprimendi. cunctipotenti afpirante deo Michael Wenffler, fuis confignando fcutis, feliciter confummauit.* His fubiecta adfpiciuntur typographi infignia. Folio fequenti *Incipit regiftrum foliorum prefentis operis*, iisdem typis, quibus commentarii, impreffum.

VIII. S. Thomae Aquinatis prima pars Secundae. Venetiis per Francifcum Renner de Hailbrunn, & Petrum de Bartua anno 1478. in fol.

In fronte haec leguntur impreffa : *Prima pars fecunde partis fumme theologie eximii doctoris fancti Thome de Aquino ordinis predicatorum. Queftio prima.* Prima cuiuslibet quaeftionis, vel paragraphi linea charactere gothico maiufculo, reliqua minori excufa funt. Quaeftiones in fuperiori margine funt adnotatae. Litterae initiales, cuftodes, & paginarum numeri defiderantur. Opus conftat 24 plagularum fafciculis litteris a — y. & numeris 1 — 6. fignatis : Omnes eorum funt quinterni, excepta littera S. qui fexternus, & numero 6, qui quaternus eft. Quaeuis pagina in duas eft diftincta columnas. Charta eft alba admodum, & firma. Folii 272 columna quarta *Explicit prima pars fecunde partis facre theologie doctoris eximii & luminis ecclefie preclariffimi fancti Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum : Impreffa Venetiis per francifcum de Hailbrunn & Petrum de Bartua. Anno domini. M. CCCC LXXVIII.* Adcedit regiftrum quaeftionum, & capitulorum, ad cuius finem haec habentur : *Tituli queftionum & capitulorum prime partis fecunde partis fumme theologie fancti Thome de aquino ordinis fratrum predicatorum finiunt feliciter. Deo gratias.* Opus concludit quinternionum regiftrum.

IX. *Francifci Mataratii Perufini viri vtraque lingua Eruditiffimi ad Petrum Paulum Cornelium Eruditum & ingenuum adolefcentem de componendis verfibus hexametro & Pentametro opufculum.* Venetiis per Erhardum Ratdolt anno 1478. in 4.

Verba fupra memorata rubro colore impreffa titulum huius operis conftituunt, quae auctoris praefatio ad PETRVM PAVLVM Perufinum ex Corneliorum illuftri familia natum fequitur, in qua artem poeticam praecipue laudat, & nobilem adolefcentem ad eiusdem ftudium amplectendum animare adlaborat. Praefatio auerfa folii 1 pagina, linea vigefima definit; linea 21. incipit opufculum de *Pedibus verfus hexametri & pentametri.* Auerfa folii 25 pagina *Finis opufculi de compofitione verfus hexametri & pentametri editi a Francifco Mataratio Perufino viro clariffimo.*

Folio

Folio 26 incipit *Iacobi Sentini Ricinensis de quibusdam lyricis carminibus tractatulus* : & *primo Prefacio* ad *Iacobum* GASPARIS. Haec duo tantum folia occupant. In fine leguntur quaedam SENTINI carmina in laudem *Francisci* MATARATII scripta, de quibus breuiora hic adscribere volo.

Quisquis amas vatum cantus : vel quisquis anhelas
Tendere pyeria letus in astra via.
Hac sit iter : scripta hec francisci perlege docti
Compos tu voti si cupis esse tui.
Eiusdem Iacobi Sentini
Carmina quisquis amat sacro pertincta liquore
Scribere. grandiloquum perlegat istud opus.

His deinde subnexum habetur : *Erhardus ratdolt Augustensis probatissimus librarie artis exactor summa confecit diligentia. Anno Christi. M. CCCC. LXVIII. VII. Calen. Decembris. Venetiis.* Hic errorem typographi irrepsisse, ex pluribus clare patet. Imprimis ars typographica primum anno 1469 Venetias delata est. Secundo teste cl. ZAPFIO, *Erhardus* RATDOLT ante annum 1475 Venetiis prelum non habuit. Tertio denique hoc opusculum est characteribus gothicis impressum, in quo plagularum fasciculi litteris signati sunt, & litterae initiales aeri incisae reperiuntur, quod tamen iam anno 1468 in vsu fuisse, nemo litteratorum demonstrare poterit. Videtur itaque, illud anno 1478 fuisse typis excusum, cum nec ad annum 1488, neque 98 referri poterit, quia Ratdolt iam anno 1486. Venetiis Augustam rediit.

X. Iacobi Soldi Florentini Ord. Seruorum B. V. Mariae opus insigne de Peste. Bononiae per Iohannem Schriber anno 1478. in fol.

Praemissa est operi epistola IACOBI *Burgensis*, quae auersam folii primi paginam, & secundi folii columnam primam occupat, ad *Iacobum* SOLDVM directa, in qua illum admonet, ne a maleuolorum linguis religiosos homines de arte medica scribentes iniuste vituperantibus a maturanda praesentis opusculi generi humano maxime proficui editione se detineri permittat. Folio tertio *Iacobi Soldi florentini : viri religiosi ordinis diue Marie seruorum. sacre theologie bachalarii eruditi opus insigne de peste feliciter incipit. cohortante magnifico ciue & strenuo rei militaris viro Iohanne Bartholomeo Ghezo placentino amico optimo & bene merito.* Haec excipit praefatio ad eumdem *Bartholomaeum* GHEZVM, quae columna secunda folii quarti linea vndecima terminatur. Tum immediate sequitur *capitulum primum de causa supernaturali.* Opus hoc 36 constat foliis, estque in duabus columnis papyro firmae, & minus politae charactere gothico minusculo impressum. Desunt custodes, & paginarum numeri. Litteras initiales miniculator rubro adscripsit colore. Plagularum fasciculi sunt quinque, litteris *a* — *e* signati. Ad calcem operis legitur : *Impressum Bononie per magistrum Iohannem scriber de Annuntiata. Ad instantiam reuerendi magistri Thome de Bononia ordinis seruorum beate Marie virginis : in sacra theologia professoris excellentissimi tunc temporis collegii theologorum Bononiensium prioris Decani bene meriti. Anno salutis M. CCCC. LXXVIII.*

XI. Ioannis Duns Scoti ord. Min. Super primo sententiarum quaestiones reportationum. Sine loci nota per Ioannem de Annuntiata anno 1478. in fol.

Incipit hoc opus absque titulo, aut inscriptione his verbis : *Circa. Primum. Sententiarum. queritur primo utrum deus sub ratione propria diuinitatis possit per se esse subiectum*

alicuius

alicuius scientie. Constat plagularum fasciculis nouemdecim, qui vel quaterni, vel terni; vel bini sunt. Desunt custodes, & paginarum numeri, non autem signaturae. Litteras initiales paruas adiecit typographus. Folii 123 columna quarta, linea quarta vltima finitur distinctio, quam distinctionum tabula excipit, ad cuius finem haec leguntur: *Iohannis scoti ordinis minorum sacre theologie professoris precellentissimi. primo super sententiarum questiones reportationum parisiensium a Bartholomeo bellatum feltensem sacre pagine doctore clarissimo. necnon regente crudito tunc temporis conuentus bononie. Emendante cum diligentia finiunt feliciter. Nec non operate caracterizateque sublimi litterarum effigie ductu & impensis viri circumspecti domini Iohannis de Annunciata de Augusta. Laus deo pararoseque uirgini Marie. necnon toti curie celesti triumphanti. Anno salutis dominice. M. CCCC. LXXVIII. Mensis aprilis sexta feria.*

Ioannes hic de *Annuntiata* nullus alius est, quam *Ioannes* SCRIBER, cuius praecedenti opere mentionem fecimus, & quem cl. MAITTAIRE Augustae natum, Bononiae vero artem typographicam exercuisse, arbitratur.

XII. L. Annaei Senecae Cordubensis Opera moralia, & Epistolae. Adcedunt Marci Senecae Declamationes. Taruisii per Bernardum de Colonia anno 1478. in fol.

Duo viri, omni aeuo clarissimi, distinguendi sunt, pater, & filius, quorum primus *Marcus* SENECA, secundus *Lucius* SENECA nuncupatur; vterque in Hispania natus, vterque litterarum scientiis maxime deditus. Patri decem *declamationum* libros debemus, in quibus optimos tam graecorum, quam latinorum Oratorum locos collegit. De his vix quinque libros integros possidemus; primum enim, secundum, septimum, nonum, & decimum mutilatos, ac nimis corruptos dolemus. *Lucius* SENECA operibus morabilibus, & epistolis nomen suum aeternitati transscripsit.

Integrum opus plagularum fasciculos litteris signatos sex & viginti complectitur, qui omnes, quaterni sunt, praeter *a. i. & m.* qui sunt quinterni. Typo impressum est gothico minusculo, quo praecedenti anno *Iuniani* MAII *de priscorum verborum proprietate liber* fuit excusus.

Primum locum obtinet *L. Annaei* SENECAE liber de moribus, cuius initium ita sonat: *Incipit Lucii Annei Senecæ Cordubensis liber de moribus in quo notabiliter & eleganter vitæ mores enarrat.* Istum folio secundo excipit eiusdem liber de *formula honestæ vitæ vel de quatuor virtutibus cardinalibus.* Auersa folii tertii pagina *Incipit Seneca ad Galionem de remediis fortuitorum.* Folii quarti auersa *Incipit liber declamationum Senecæ:* videlicet *Marci Annaei* patris *Lucii.* Declamationes sequuntur folio 26 *Lucii* libri morales; hisque folii 122 auersa finitis, *Incipit prologus beati Hieronymi; super epistolis Pauli ad Senecam: & Senecæ ad Paulum*, quem hic adponere, non ingratum fore lectoribus arbitror.

Lucius Anneus Seneca Cordubensis: Fotini stoici discipulus: patruus Lucani poetæ: continentissimæ vitæ fuit. Quem non ponerem in catalogo sanctorum: nisi me illæ epistolæ prouocarent: quæ leguntur a plurimis: Pauli ad Senecam: & Senecae ad Paulum. In quibus: cum esset Neronis magister & illius temporis potentissimus: optare se dicit eius esse loci apud suos: cuius sit Paulus apud Christianos. Hic autem ante biennium, quam Petrus & Paulus martyrio coronarentur: a Nerone interfectus est. PAVLI ad SENECAM epistolae folio 124 finitae subnexum est *Epitaphium Senecæ in morte*, quod iam supra N. CLIV. integrum impressum habetur. Deinde immeditate sequuuntur rubricae epistolarum *L.* SENECAE, in quarum fronte legitur: *In isto sequenti codice continentur Epistolae moralium rerum, quas composuit vir eloquentissimus Lucius Anneus Seneca ad Lucillum discipulum suum peramantissimum transmissae.*

fae. Auerſa folii 126 pagina incipit primus Epiſtolarum liber; ſunt autem vniuerſim libri viginti quinque, & epiſtolae centum viginti quinque. In fine adiectus eſt index omnium, quae in hoc volumine continentur, cui haec ſubnexa habentur, *Impreſſum Taruiſii per Bernardum de Colonia anno domini. M. CCCC. LXXVIII.*

Hanc editionem, quam BAVR *ſummae raritatis*, *& ſplendidiſſimam* vocat, illa praeceſſit, quam *Matthaeus* MORAVVS anno 1475 Neapoli in lucem emiſit. De epiſtolis aliam editionem ſine loci, anni, & typographi indicio poſſidemus, cuius ſupra N. CLIV. meminimus, quae praeſentem aetate ſuperare videtur. Plura de praeſenti editione inueniuntur apud DENIS *Memorab. Bibl. Garell.* p. 69 & 70.

XIII. Alberti M. de Secretis mulierum liber. Sine loci, & typographi indicio anno 1478. in 4.

Haec editio Bibliographis ignota, & omni titulo deſtituta his verbis incipit: *Ad lucidiorem notitam ſequentium habendam videlicet de ſecretis mulierum aliqua preambula ſunt prenotanda.* Conſtat hoc opus foliis 56, & impreſſum eſt charactere gothico maiuſculo, & minuſculo, primo textus, ſecundo explicatio. Deſunt cuſtodes, ſignaturae, paginarum numeri, & initiales litterae. Auerſa pagina folii 56 *Explicit liber Alberti magni de ſecretis mulierum.* 1478. *viceſima quarta die menſis Iunii.*

XIV. Thomae de Haſelbach pars prima Sermonum dominicalium ſuper epiſtolas Pauli. Sine loci, & typographi nota anno 1478. in fol.

Thomas HASELBACHIVS, natione germanus, S. Theologiae in academia Viennenſi profeſſor, claruit anno 1420. TRITHEMIVS, AENEAS *Syluius*, aliique eruditi in hoc praecipue illum reprehendunt, quod vno, & viginti annis ne primum quidem ISAIAE caput in praelectionibus ſuis profligauerit.

Praecedit ſermones index alphabeticus, foliis duodecim contentus, Opus 339 folia complectens, charactere gothico minuſculo, mihi, & aliis meis amicis adhuc ignoto, quo ſuperius *N. CXLVII. ſermones de ſanctis* excuſi ſunt, & quem *Tabula VIII. N. III.* exhibet, impreſſum eſt. Initiales litterae nullae occurrunt, nulli cuſtodes, aut ſignaturae, nullique paginarum numeri. Diſtinctionis ſignum praeter punctum nullum aliud obſeruatur, niſi in partiumenumeratione, vbi linea oblongior adſpicitur.

Initio ſermonum ſequentia leguntur: *Incipit prima pars ſermonum dominicalium ſuper epiſtolas Pauli & conſequenter per circulum anni egregii doctoris magiſtri Thome de haſelbach in auſtria. Et primo premittitur prolgus in hunc modum.* Ad calcem operis legitur: *Explicit prima pars ſermonum ſuper epiſtolas Pauli. Anno domini M. CCCC LXXVIII. die XIII. decembris &c.* De hoc opere duae partes extant in Bibliotheca Academica Ingolſtadienſi, quas Cl. SEEMILLER Faſc. II. p. 21 & 22 recenſet.

XV. Calendarium vnacum coniunctionibus, & oppoſitionibus luminarium. Vlmae per Ioannem Zainer anno 1478. in fol.

Opuſculum iſtud octodecim complectitur folia, & charactere gothico minuſculo, a tabula VII. N. VI. exhibito, impreſſum eſt. Deſiderantur litterae initiales, ſignaturae, cuſtodes & paginarum numeri.

Incipit fine titulo, aut inscriptione ab eiusdem vsus declaratione sequentibus verbis: *Vsum huius opusculi breuiter exponemus. In principio offert se Kalendarium in 12 menses partitum.* Auersa pagina folii tertii ad finem sequens habetur notitia: *Impressum Vlme per Iohannem Zainer anno dominice incarnationis* 1478. Folio quarto incipit Calendarium, quod folio decimo coniunctiones, & oppositiones luminarium excipiunt. Folio 14 *Radices capitis draconis* explicantur, auersa eiusdem tabula lunae motum indicans: auersa folii 15 tabula solis motum exhibens, & tandem duobus foliis postremis lunae, & solis eclipses ostenduntur. Hac de editione Bibliographi etiam praestantiores nullam habuerunt notitiam.

XVI. Vocabularius rerum. Augustae per Ioannem Keller anno 1478. in fol.

Duo priora folia *Registrum vocabularii sequentis* occupat. Dein folio sequenti inchoat vocabularius sine titulo, & quidem primo de homine, & diuersis membris in eo existentibus. Typo expressus est gothico minusculo, quem tabula III. N. V. ostendit. Initiales litteras nullas exhibet, nullos custodes, aut signaturas. Folia typographus in vtraque pagina cifris romanis adnotauit. Auersa folii 124 pagina *Finit vocabularius rerum Ex officina Iohis Keller in Augusta. Anno domini M. CCCC. LXXVIII.*

Vnicum hoc opus innotescit, quod existentiam suam *Ioanni* KELLER debet. Nemo litteratorum, vt Cl. ZAPFIVS in *Annal. typogr. August.* p. XXVIII. N. VIII. animaduertit, aliud ab illo impressum hucusque monstrare potuit.

XVII. Alexandri Magni Historia ab Eusebio descripta. Theodisce. c. figg. Augustae per Antonium Sorg anno 1478. in fol.

Initio voluminis in separata pagina exhibetur imago ligno incisa, principem quemdam, forsan ALEXANDRVM M. vel ALBERTVM Bauariae Ducem, cui translator hanc historiam inscripsit, repraesentans. In fronte folii primi legitur: *Hie nach volget die histori von den grossen Alexander wie die Eusebius beschriben hat zu dem ersten doctor hartliebs von münchen vorred.* In hac praefatione *Ioannes* HARTLIEB Medicinae doctor, qui historiam ALEXANDRI in linguam theodiscam translatam, & Duci, eiusque Coniugi dedicauerat, ex SENECA monstrare conatur, quam vtilis, immo quam necessaria principibus sit frequens historiae lectio. Auersa folii secundi pagina, linea quarta EVSEBII In historiam ALEXANDRI M. prologus incipit, qui folii tertii auersa terminatur, & tum immediate historia sine titulo initium sumit.

Litterae, quibus hoc opus foliis 154 constans impressum est, sunt gothicae maiusculae, quas tabula III. N. IV. exhibet. Initiales litterae, vti & figurae operi insertae, & historiam explicantes, sunt ligno incisae. Desunt custodes, paginarum numeri, & signaturae. Ad calcem operis sequentia habentur: *Hie enndet sich die Hystori Eusebii von den grossen Künig Allexander. Als die der hochgelert doctor Iohann Hartlieb zu münchen durch lieb des durchleüchtigen Fürsten &c. Hertzog Albrechts säliger gedachtnuss in teütsch transferiert vnd beschriben hat Gedruckt vnd volenndet durch Anthoni Sorgen in der Keyserlichen stat Augspurg AmMontag vor Viti Anno &c. Im LXXVIII.*

Haec est secunda huius operis editio, eaque rarissima, de qua Bibliographi parum notionis habuere. Prima ex *Ioannis* BAEMLER officina anno 1472 in lucem prodiit. Cl. PANZER de praesenti historia hanc sententiam in *Annal. Litterat teut.* p. 106. tulit: Auctor eiusdem est plane ignotus, & EVSEBIO falso penitus illa adscribitur; ob insipidas, plebeiasque fabulas, quibus aspersa tumet, historiae nominis omnino indigna iudicanda est.

XVIII.

XVIII. Chronicon ex Romanorum gestis desumtum. Theodisce. Augustae per Antonium Sorg anno 1478. c. figg. in fol.

Praecedit hanc historiam in pagina separata figura ligno incisa. In fronte folii primi legitur : *Hie nach volget ein gar schöne Cronick vnnd hystori Auss den geschichten der Römern In wellicher hystori vnnd Cronick man findet garuil schöner vnnd nüczlicher exempel die gar lustlich vnnd kurczweilig zehören seind.* Typus, quo impressum hoc opus, est idem, quo praecedens habetur excusum. Initiales litterae ligno incisae occurrunt, nulli vero custodes, aut signaturae, aut paginarum numeri. Ad calcem eiusdem legitur : *Also hat die Histori von den syben weysen meistern ein end Vnd dit hat gedruckt Anthonius Sorg in der Keyserlichen stat Augspurg. an donrstag nach Iohannis des tauffers tag. Anno &c. LXXVIII. iar.*

Alteram huius operis editionem iam anno 1473 *Ioannes* BAEMLER adornauit. Cl. PANZER in *Annal. Litterat. Teut.* alterius sine anni nota meminit, quam praesente antiquiorem indicat.

Anno M. CCCC. LXXIX.

I. Biblia latina. Sine loci, & typographi indicio anno 1479. in fol.

Integrum hoc opus 54 plagularum fasciculis, litteris tam minoribus, quam maioribus totius alphabeti, & numeris 1 — 10. signatis constat. Omnes eorum sunt quinterni, praeter V. qui sexternus, & numerum 10, qui quaternus est. Folia vniuersim numerantur 538 impressa. Litteras initiales paruas adiecit typographus; custodes vero & paginarum numeros omisit. Rubricae librorum in superiori margine litteris maioribus impressae habentur. Typus, quo excusa sunt haec Biblia, gothicus minusculus est. Quaeuis pagina in duas est distincta columnas,

In fronte primae columnae legitur : *Incipit epistola sancti Hieronymi ad Paulinum presbyterum de omnibus diuine historie libris.* Folii quarti secunda columna inchoat liber *Genesis*, cui folii 23 columna secunda finis imponitur. Liber *Psalmorum*, liber *Hymnorum*, seu *soliloquiorum* est adpellatus. Psalmi CLXXI. numerantur. In nouo testamento, quod folio 423 initium sumit, margines occupant concordantiae, seu loca parallela. Euangeliis praemissus est index; ceteris vero noui testamenti libris argumenta. Auersa folii 530 pagina *Apocalypsis* terminatur, quam versus quidam, qui ordinem sacrorum librorum continent, sequuntur, iisque absolutis, paruo interiecto spatio, alii versus habentur, qui fontes, vnde deriuata fuere haec Biblia, eorumque conditionem indicant.

Fontibus ex grecis hebreorum quoque libris
Emendata satis & decorata simul.
Biblia sum presens superos ego testor & astra.
Est impressa nec in orbe mihi similis.
Singula queque loca cum concordantiis extant
Orthographia simulque bene pressa manet.
M. CCCC LXXIX.

Additus est index Euangeliorum, & lectionum, quae in Dominicis, Festis, & feriis per annum in Missa legi solent, ad cuius finem sequentia leguntur ;

Marcus romanis sed iohannes asianis.
Lucas achaiis mattheus scripsit hebreis.
Matheus scripsit euangelium anno domini. 39.
Marcus. 43. *Lucas* 53. *Iohannes* 83.
Finis. *Deo gratias.*

Quid

Quid de editionibus, quae versus supra exscriptos habent, sentiendum sit, Cl. MASCHIVS in *Edit. Bibl. S. le Long P. II. Vol. III.* c. 2. breuiter nos edocet. „Editiones istae, „inquit, aliis sunt longe praeferendae. I. Quia errores sunt emendati. II. Quia hic vulga-„tam ad MS. codicem reuocatam, & emendatam esse constat, cum priores praecipue Norimbergenses KOBVRGERI ad archetypum Moguntinum exemplar formatae sunt. Editiones „horum Bibliorum sunt triplicis generis, scilicet genuinae, deriuatae, & spuriae. Quae „nec locum, nec typographum habent, genuinae; quae vtrumque adpositum exhibent, „deriuatae; spuriae denique dicuntur, vbi typographo placuit, editionibus, qualesue illae sint, versus istos memoriales adponere, quibus editio ista commendatur.

II. S. Antonini Archiep. Florentini, pars prima Summae, Venetiis per Nic. Ienson anno 1479. in fol.

Si cl. DENIS fides est adhibenda, haec secunda partis primae S. ANTONINI Summae editio est; primam enim Norimbergae anno 1478 ex KOBVRGERI officina in lucem prodiisse, in *Memorab. Bibl. Garell.* p. 128. testatur.

In folii primi auersa pagina *Francisci Moneliensis*, qui in *Nic.* IENSON officina recognitoris munere fungebatur, in praefens opus epistola legitur; in hac operis huius vtilitatem celebrat, laudumque encomiis ipsum typographum extollit. *Preterea habes*, inquit, *hec ex inclyto litterarum caractere Nicolai Ienson Gallici: qui merito inter omnes obtinet principatum. Qui quantum ceteris prestet: non facile est dictu. Hic enim merito venerari dignus est: qui talem hac tempestate nobis fructum tradidit. Nec tantum iucundissimas litteras imo & emendatissimos libros attulit: ita ut nihil est: quod addas: vel minuas.* In folii secundi fronte haec habentur impressa: *Prima pars Summe fratris Anthonini de florentia: ordinis predicatorum & Archiepi florentini. In qua agitur de anima & de pertinentibus ad ipsam. Incipit proemium totius operis.* Prooemium sequitur tabula titulorum; tabulam folio quarto ipsius operis initium. Ad calcem sequens habetur notitia: *Hic finis prime partis summe Anthonini; ordinis predicatorum: Archipresulis florentini Summa cura: & opera castigate atque emendate. ex inclyta officina Nicolai Ienson gallici Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. decias octauas Calen. Ianuarias. Obiit idem sacre scripture interpres Anno leg. gre: quinquogesimo nono. VI. nonas mai; cuius epithaphium sepulture hoc est affixum:*

Hic est ille tuus pastor florentia: pro quo
Non cessas mesto spargere rore genas.
Patribus haud priscis pietate Anthonius impar
Qui scripsit quicquid littera sacra docet.

Vltimi folii prima pagina indicem in tribus columnis comprehendit.

Integrum hoc opus 32. plagularum fasciculis, litteris signatis constat: praeter *a* & *x*; *p*, *u* & *G.* omnes sunt quaterni; illi autem sunt quinterni: isti terni. Superbit haec editio, rubricis typo expressis, litteris initialibus deauratis, & variis coloribus depictis, charactere gothico minusculo, ac nitido, chartaeque firmitate, & munditia: ast nullos ostendit custodes, neque paginarum numeros. Rubricae, & singulae lineae capitulorum primae litteris maiusculis sunt impressae.

III. *Collecta magistralia per aduentum domini de formatione hominis moralis*, Norimbergae per Fridericum Creussner anno 1479. in fol.

Verba mox relata tituli loco in hoc opere, foliis 61 contento, habentur. Sermones sunt sexdecim, quorum cuilibet thema praemissum est. Typus est plane idem, quem tabula

la VI. N. II. exhibet. Initiales litterae nullae conſpiciuntur, nulli cuſtodes, aut ſignaturae, nullique paginarum numeri. Ad calcem huius operis ſequentia leguntur : *Finiti ſunt ſermones per aduentum de formatione moralis hominis. ſingula hominis corporalis in eiſdem deſcripta membra. e quibus ſpiritualis ſiue moralis merito conſici poſſit ipſe homo. Et ſicut in carne Chriſtus. ita & homo in ſpiritu efficit incarnari. Quare iuſte hic appellatur tractatus incarnationis maralis ad dei ymaginem. Qui quidem per Fridericum Creuſner Nurmberge eſt ſtilo diligenti impreſſus. Anno domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono. Laus Deo clementiſſimo.*

IV. *Soliloquium conuerſi & compuncti peccatoris ad deum, in ſeptem pſalmos ab eccleſia Romana dictos penitentiales humiliter & deuote contemplantis.* Norimbergae per Fridericum Creuſner anno 1479. in 4.

Verba iſta in fronte operis leguntur. Deuote iſtae, ſpiritus vnctione repletae contemplationes, ab auctore anonymo compoſitae, ſeptemdecim foliis continentur. Deſunt litterae initiales, ſignaturae, cuſtodes, & paginarum numeri. Typus eſt idem, quo praecedens impreſſum eſt. In fine ſequentia leguntur : *Proſpiciens per cancellos : viridarium ortulanorum ſancte matris eccleſie lippientibus oculis excerpſi nonnullos flores, & admixtis herbis virtute prophetica plantatis ad laudem dei hanc inſalatam confeci. Impreſſumque per Fridericum Creuſner. Anno domini. Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono. in Imperiali ciuitate Nurmbergenſium. Laus Deo.*

V. Liber moralitatum, lumen animae dictus. Sine loci, & typographi indicio anno 1479. in fol.

Integrum hoc opus folia 268 complectitur. Typus, quo excuſum, in ipſo opere plane idem inuenitur, quem tabula V. N. V. exhibet; vnde ex eadem quoque officina in lucem prodiiſſe, ſuſpicor. Initiales litterae, cuſtodes, ſignaturae, & paginarum numeri deſiderantur. Rubricae in ſuperiori margine capitalibus litteris ſunt expreſſae. Charta eſt firma quidem, ſed cruda admodum.

In fronte operis ſequentia tituli loco leguntur : *Liber moralitatum elegantiſſimus magnarum rerum naturalium Lumen anime dictus. cum ſeptem apparitoribus. necnon ſanctorum doctorum orthodoxe fidei profeſſorum. Poetarum etiam ac oratorum auctoritatibus. per modum pharetre ſecundum ordinem alphabeti collectis. feliciter incipit.* Tum immediate incipit auctoris praefatio, in qua ſemetipſum manifeſtat. Erat is *Mathias* FARINATOR, Viennenſis Auſtriacus, ordinis Carmelitarum Alumnus, & ſacrae theologiae lector. Scripſit per Alphabeti ſeriem iuſſu IOANNIS XXII. P. M. vt in prologo legimus, librum *Moralitatum* in ſeptuaginta quinque diſtinctum Titulos, e Patribus, Doctoribus, Philoſophis, Poetis, ac oratoribus multo, & diuturniore labore congeſſit, quem eiusdem Pontificis iuſſu *Lumen animae* intitulauit. *Triginta annis minus uno* : inquit in prologo, *ſine intermiſſione die & nocte huic complendo inſiſtens operi ſtudio ineſtimabili variisque laboribus inſudando multa legens multa audiens per ſemetipſum diuerſa auditu quoque digna experiens & diſcernens & ſi quid fide dignum inſerui quod autem falſitatem habuit annexam aliquam repuli et omiſi.* Praefationem ſequuntur tituli, titulos tabula prima rerum naturalium, iſtam tabula ſecunda moralitatum, ordine alphabetico diſpoſita. Haec auerſa folii 31 pagina deſinunt, & folio 32 praſatio ſecunda in ipſum opus incipit, quam auerſa pagina folii 43 titulus primus de *Natiuitate Chriſti* excipit. Prima pagina folii 191 titulus LXXV. & vltimus terminatur. Auerſa eiusdem pagina ſequitur ſecundae partis, in 267 capitula diuiſae, & ordine alphabetico diſpoſitae, index, quem folio.

193

193 primum capitulum de *Abiectione* excipit. Ad calcem operis sequentia habentur : *Liber lumen anime dictus feliciter explicit. Qui post diutinam occultationem diuina cooperante gracia. non sine magnis laboribus ad laudem dei. tociusque triumphantis ecclesie honorem & decorem. atque in maiorem fructum ipsius militantis ecclesie piorum filiorum. simulque vtilitatem. flagneis characteribus. primum in lucem est productus. Annoque a natiuitate domini. Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono quarta feria post vdalrici. summa cum diligentia completus.* Editio haec ob Bibliographorum silentium rarissimis adcenseri meretur.

VI. Fasciculus temporum, omnes antiquorum Chronicas complectens. Coloniae per Henr. Quentel anno 1479. in fol. mag.

Praecedit opus istud auctoris praefatio, quae auersa folii primi pagina linea 30 terminatur. Linea 31. *Fasciculus temporum omnes antiquorum cronicas complectens : admissus ab alma vniuersitate Colon. incipit feliter.* Folii 63 auersa pagina opus sequenti subscriptione terminatur : *Opusculum vtique omni statui. atque hominum gradui ad vitam exemplandam perutile. continens succincte progressum patrum ab initio mundi vsque ad hoc nostrum tempus. cum actis notabilioribus eorundem Quod deuotus quidam Carthusien. eius auctor primus : fasciculum temporum nuncupauit impressum per me Henricum quentel Et admissum ab alma vniuersitate Colonien. Explicit feliciter Sub anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. LAVS. DEO.* Sequitur dein adhuc tabula breuis, & vtilis ordine alphabetico disposita, foliis octo contenta.

Typus huius operis est gothicus, & satis perspicuus. Initiales litterae nullae adparent, nulli quoque custodes, aut paginarum numeri. Fasciculi plagularum litteris signati sunt. Charta est firma, & alba, sed minus polita.

Plures huius operis editiones nostram iam praecesserunt : prima Coloniae anno 1474 : secunda Louanii anno 1476 : tertia Spirae 1477. quarta ex Nic. GOTZ de SELZSTATT typographi Coloniensis officina anno 1478. in lucem prodiere : quintum locum praesens meretur, quacum & Venetiis alia hoc anno lucem adspexit. Conf. CLEMENT *Bibl. cur.* T. VIII. pag. 350-53. BAVR *Bibl. vniuers.* T. I. p. 276. qui omnes has editiones insignis raritatis nota honorat.

Auctor huius operis est *Wernerus* ROLEWINK *de Laer* patria Westphalus, ex dioecesi Monasteriensi oriundus, ordinis Carthusiensis domus S. BARBARAE in Colonia Monachus: scripsit praeter alia plura, vt ipse *Ioan.* TRITHEMIO anno 1494 se visitanti enarrabat, fasciculum temporum cum circulis ab exordio mundi vsque ad tempra SIXTI Papae IV. Exinde hoc Chronicon continuauit *Ioannes* LINTURIVS vsque ad annum 1514, OUDIN. *Comment. Script. Ecclef.* T. III. col. 2738. & seqq.

VII. Apollonii Regis Sidoniorum & Tyriorum historia, Theodisce. Augustae per Anthonium Sorg anno 1479. in 4.

Haec est tertia huius operis editio; primam *Guntherus* ZAINER anno 1471 : secundam *Ioannes* BAEMLER anno 1476 procurauit. Baemlerianam iam superius fusiori stilo adumbranimus; hinc in eiusdem descriptione hic immorari omnino necesse non est.

Initium eius ita sonat : *Das ist ein vorred in die hystori des Künigs Appoloni das man wisse wan er geregniret hat. in welcler vorred das Leben des grossen Alexanders gar schier mit wenig Worten begriffen ist.* Auersa folii septimi pagina *hebt an die hystori von den Künig Appolonio.* Litterae Initiales, & figurae hinc inde occurrentes sunt ligno incisae. Custodes, signaturae, paginarum numeri desiderantur. Charactere eodem est haec historia impressa

preſſa, quo illa ALEXANDRI M. ſuperiori anno fuit excuſa. Opus hoc folio 71 his verbis terminatur. *Hie endet ſich die hyſtori des Künigs Appoloni Gedruckt vonn Anthonio Sorgen zu Augſpurg Anno &c. in dem LXXIX. iar.* Cl. ZAPFIVS, & PANZERVS in *Annal. Litter. Teut.* hac de editione nullam habuerunt notitiam, ex quo inſignis eiusdem raritas elucefcit.

I. O. G. D.

Errata ſic corrige.

In Praefatione.

Pag.	I.	Linea	7	lege	adauctum.
Pag.	IV.	lin.	16	lege	Initum.
Pag.	VII.	lin.	22	lege	euagationes.
Pag.	IX.	lin.	21	lege	iſtos.
Pag.	XI.	lin.	25	lege	Kammius.
Pag.	XV.	lin.	26	lege	incidi.
Pag.	XVI.	lin.	10	lege	ſibi.
Eadem	—	lin.	12	lege	cognitione.
Eadem	—	lin.	15	lege	octauum.
Eadem	—	lin.	21	lege	hinc inde.
Eadem	—	lin.	penultima	lege	Imperiali.

Errrata in ipſo opere.

Pag.	12	linea	1	lege	Rariſſimis.
Pag.	15	lin.	20	lege	folia.
Pag.	20	lin.	28	—	de eo.
Pag.	24	lin.	32	dele	eſſe.
Pag.	31	lin.	33	lege	1311.
Pag.	35	lin.	38	—	illa.
Pag.	36	lin.	19	lege	1492.
Pag.	37	lin.	10	lege	vita praeclarus.
Pag.	38	lin.	16	lege	litteratorum.
Pag.	43	lin.	3	lege	eoquod.
Pag.	54	lin.	29	lege	conueniunt.
Eadem	—	lin.	55	adde	poſt obitum.
Pag.	61	lin.	27	lege	ex eadem.
Pag.	65	lin.	33	lege	indigna.
Pag.	66	lin.	21	lege	primam.
Pag.	68	lin.	penultima	adde	qui.
Pag.	75	lin.	2	lege	officinae.
Pag.	76	lin.	20	lege	colligi.
Pag.	80	lin.	7	lege	auguſtana.
Pag.	98	lin.	20	lege	germanicam.
Pag.	106	lin.	vltima	lege	ſequenti.
Pag.	126	lin.	16	lege	efficax.
Pag.	137	lin.	2	lege	comprehendant.
Pag.	140	lin.	6	lege	illam.
Pag.	141	lin.	33	lege	impertaeſe.
Pag.	151	lin.	16	lege	operis.
Eadem	—	lin.	17	lege	compiectitur.
Pag.	154	lin.	37	lege	libros XX.
Pag.	156	lin.	20	lege	aitum.
Eadem	—	lin.	21	lege	ſumma.
Pag.	262	lin.	31	lege	XXII.
Pag.	163	lin.	42	lege	Tabula.
Pag.	164	lin.	22	lege	impreſſus.
Eadem	—	lin.	28	lege	maxima ex parte.
Pag.	166	lin.	29	lege	quia.
Pag.	177	lin.	penultima	lege	intellectum.
Pag.	183	lin.	28	lege	nulli.
Pag.	184	lin.	18	lege	VIII.
Pag.	188	lin.	26	dele	&c.
Pag.	193	lin.	35	adde	Inter diſtinctionis.

aracteres Mentelliani.

hIJLMMNOPQRSTV
nopqrzſstuvxy

BLMNOPQRSTVXYZ
nopqrſſstuvxp

LMNOPQQRSTVY
opqrzſſtuvx

teres Eggensteiniani.

GHIJLMNOPPQQRS

nnoprzſßſttuvx

IKLMNOPPQQRSTVX
opqrzſstuvxy

HIJLMMNOPPQRSTTVX
opqrzſstuvxy

Bibliorum Joan. Bämler.

GHIJLMMNOPPPQQRSSTV
lmnopqrſstux

J. Bapt. Klauber Sc. Aug.

es Georgii Husner.

MNOPQRSTVXYZ

r z ſ ſt s t u v x

NOPQRSTVX

p q r z ſ ſt s t u v x

s Martini Flach.

L M N O P Q R S T V

n n o p q r z ſ ſt s u v x y z.

ographorum Augustanorum.

s Guntheri Zainer.

I L M M N N O P Q R S S T V

n n o p q r ſ ſt t u v x y

H I L M M N O P Q R S S T V

n p q r z ſ t u v x y z

I L M N O P Q R S T V

L M N O P Q R S T V

o p q r ſ s t u v x

I K L M N O P Q R S T V W

n o p q r z ſ ſt s t u v x y z

J. Bapt. ... sc. Aug.

teres Baemleriani.

E F G G H J J L M M N
V W X Y Z Z
l m n o p q r ꝛ ſ ſt s t u v w

R M N O P R T V W Z.

teres Sorgiani.

R L M N N O P Q R R S T V

q r ꝛ ſ s t u v x y.

G H J K L M N O P P Q R S T S W Y Z

n o p r ꝛ ſ ſt t u v w ÿ z.

teres Kelleriani.

N O P R S T V Y.

o p q r ꝛ ſ s t u v x y z.

es San-Ulricani.

M N O P Q R S T V X

p q r ſ s t u v x

res Hohenwang.

M N O P Q R S T V

o p q r ſ s t u v x.

J. Bapt. Mainberger sculp.

cteres Bertholdi.

M N O P Q R S T V X Z

n o p q r ſ ſt s t u v x

teres Richeliani.

L L M N O P Q Q R S T V | E N |

l m n o p q r z ſ s ſ t u v x y

N O P P R S T V X | N T |

p q r ſ s t u v x z

eres Wensleriani.

H H H Z L M N O P Q R R S T V X

m n o p q r ſ s t u v x

M N O P Q Q R S T V | F H M |

n o p q r z ſ s t u v x p

graphorum Coloniensium.

O P Q R R S T T V

o p q r s ſ ſt u v x

N O P Q R S T V

p q r ſ s t u x


M N O P Q R S T V

n o p q z r s ſ t u x

N O P Q R S T V X

J. Bapt. Steinberger sc. Aug.

Tabula V.



…bula VI.

eres Kobergeriani.

MNOPQRSTVX.

rzſstuvx.

es Greuſsneriani.

NOPQRSSTVXYZ.

rſstuvx.

nſenſchmid, et Friſner.

MNOPQRSTV.

opqrſstuvx.

IOPQRS TVXY.

rſstuvxy.

Reutlingani.

QRSTV X.

ſstuvx.

Han Typogr. Rom.

NOPQRSTVX.

opqqqryſstu x.

Spirenſes.

NOPQRSTV.

pqqrſstuvvx.

J. Bapt. Stumberger Sc. Aug.

racteres Veneti.

teres Vindel. de Spira.

NOPQRSTVX.

n o p q q̃ q̃ꝑ ꝗ r ꝝ ſ s ꝯ t u x y z.

Franc. Renner de Hailbrunn.

NOPQQRSTV.

n n o p ꝑ q ꝗ ꝙ q̃ r ꝝ ſ s ꝯ t u x.

Adami Typogr. Veneti.

NOPQRSTV.

l m n o œ p q q̃ r ſ s t u x.

teres Ioan. Zainer.

IKLMMNNOPQRSSTVXYZ

n o p ꝑ q r ſ s t u v x.

DILMNOPQRSTV

n o p q r ſ s t u v x

MNOPQRSTVXY

p q r ſ s t u v x

ctores Vlmenses.

ILMNOPRSTV

q r ſ s t u v x

ad Pag. 102. N.° CXLII.

H I L M N O P Q R S T V.

l m n o p q r z ſ s ſt t u v x.

Pag. 104. N.° CXLIII. etc.

I L M N O P Q R S T V.

n o p q r ſ s t u v x y z.

Pag. 106. N.° CXLVII.

H H I L M N O P Q R S T V.

o p q r z ſ s t u v x y.

Pag. 109. N.° CLI.

M N O P Q R S T V.

n o p q ꝑ q̃ r ſ s t u x.

Pag. 110. N.° CLII. etc.

M N O P Q R S T V.

n o p ꝑ q r ꝛ ſ s t u x.

Pag. 116. N.° CLXII.

I L M N O P Q R S T V.

i o p q r ſ s t u v x.

ad Germ. N.° CLXIII.

I K L M N O P R S T V W.

o p q r z ſ ß s t u v w x y z.